Antonius Bancherius

VINDICIÆ
SYNODI EPHESINAE
ET
S. CYRILLI
De processione ex Patre & Filio
SPIRITVS SANCTI.

Auctore
LEONE ALLATIO.



ROMÆ,
Typis Sac. Congreg. Propagandæ Fidei.
Anno MDCLXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Anastasius Patriarcha Antiochenus de quatuor Quadragesimis.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς ἐξακολουθοῦντας ταῖς Ἀποστολικαῖς παραδόσεσι, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ἐγγράφοις νομοθεσίαις, μὴ δεῖσθαι ζητήσεις, καὶ διερεσιλογίας ἐφευρίσκειν κενὰ καὶ ματαίας πρὸς ἀθέτησιν τῶν ὑπ' ἐκείνων ὁρισθέντων, ἀλλὰ προσέχειν ἀκριβῶς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὁρισθεῖσιν, ἔν τε τοῖς αὐτῶν θείοις κανόσιν, ἔν τε τοῖς διεσωσμένοις ἁγίοις τούτων συγγράμμασιν, καὶ ταῖς ἐκ παραδόσεως τούτων ἁγίων φωναῖς, καὶ ὡς Θεοῦ φωναῖς ἡγεῖσθαι, καὶ σέβειν αὐτάς.

Illustrissimo & Reuerendissimo

DOMINO

MARIO ALBERICIO

S. CONGREGATIONIS PROPAGANDÆ FIDEI A SECRETIS

LEO ALLATIVS *Felicitatem.*

GRÆCORVM apud auos nostros Schismatici, dum in probanda Spiritus sancti processione, *ex solo Patre*, nec ex diuinis eloquijs documenta, nec Patres Doctores dogmatum, dogmatis auctores, nec Conciliorum testimonia cer-

ta habeant, nec rationibus e penu Theologiæ petitis rem peruincere possint, ad nouas machinationes, & res minime credulas extra Catholicam Ecclesiam confugiunt: & sacram Patrum doctrinam euertentes, & quantum libido fert, tantum sibi concessum reputantes, suopte ingenio sententiam sibi complacitam ex aliorum scriptis per vim etiam extorquent. Hinc factum est, vt qui pietatem Christianam opportunis bonis auxerunt, & de fide Catholica perquam optime promeriti sunt, & Ecclesiam deturpasse, & fidem læsisse æque atque ipsi existimentur. Vt de reliquis sermonem abstineam, quis Cyrillo Alexandrino in decernendis fidei dogmatibus doctior, accuratior, sanior? quid Ephesino Concilio in

com-

compeſcendis Hæreticis celebrari poteſt ſanctius, glorioſius, auguſtius? Et tamen paratas ſibi à Schiſmaticis inſidias deuitare ac repellere prorſus non potuere, dum à Nilo Cabaſila, Macario Ancyrano, Marco Epheſio, alijſque a recta, quam ipſi Catholicos perdocuerant ſententiam, in aduerſiſſimam diſtracti, & in iudicium nequitia ſimilium hominum rapti, beneuolum iudicem, & diſertum ac integrum pro ſui defenſione patronum expoſtulant. Sic res eſt. Iam vero, vt ex offuſis tenebris emergat veritas, ipſe, quot pondo ſint Cyrilli, Concilijq; verba, & aduerſariorum conatus etiam atque etiam expendens, multo minus hoſce habere comperio. Quare æquiſſimis Tuis atque grauiſſimis ponderibus, qui huiuſce

Diſ-

Dissertationis auctor fuisti, examinandum subijcio, expectoque quem animo sensum acceperis. Non is es, qui amore vel odio ad aliorum voluntatem accedas. cognitionem Tuam vti ex oraculo Apollinis Pythij latam amplectimur. Et sicut animus Tuus in S. Congregationis Fidei propagandæ rebus maximis & gerendis & sustinendis exercitus nunquam molestijs debilitatur, sed præsens, & labore corporis, & mentis contẽtione semper alacrior assurgit, ita recti pertinax nihil in hac vita expetendum sibi putat, nisi quod est cum laude & cum dignitate coniunctum. Hoc pacto diuinis bonis ornatus, religionem & ritus patrios à maioribus accepta diligenter colit & retinet, & in alios propagare accuratione sedula conatur

tur

tur. Enarrent alij multas in simili-
bus peragendis rerum acerbitates,
multa mentis diuidia, intensas ocu-
lorum vigilias, effertissimam malo-
rum messem, mare laborum & pela-
gus, mihi oratio est cum virtute non
cum desidia, cum dignitate non
cum voluptate, quibus munus com-
missum sustines, & in altum propo-
situs editusque nullo inuidæ fortu-
næ nimbo succumbis. Excipe igi-
tur hanc, qualiscunque modi sit,
cum Schismaticis concertationem,
quæ nominis Tui claritudine collu-
strata, inter aduersariorum tela pe-
riculis vacua atque innoxia peruul-
gabitur, & Auctorem beneficentiæ
tuæ fauore tutare. Vale, ὧν αὖ ὀρέγοιο
εὐτυχῶς ἀπολαύων:

HÆ Vindiciæ Synodi Ephesinæ & S. Cyrilli, quas V. C. Leo Allatius summa cura, & studio elucubrauit, ab omni censura immunes sunt. Difficultas enim aduersus Spiritum sanctum ex ipsa Synodo obiecta, quam nonnisi obiter Latini Theologi tangunt, docte & diffuse hic enodatur: Processio eiusdem Spiritus ex Patre & Filio euidenter ostenditur; Græcorumq; Schismaticorum error ex Cyrillo, aliisq; Patribus Græcis, velut ex propriis, solide confutatur. Quare prælo dignissimus hic Liber est; vtpote singularis, & Theologis necessarius. Ita censeo ego infrascriptus, qui eum iussu Reuerendissimi P. Magistri S. Palatij accurate perlegi. Romæ in Monast. S. Bernardi ad Thermas, die 20. Iunij 1659.

D. Ioannes Bona Abbas Generalis.

Imprimatur si videbitur Reuerendissimi P. Magistri S. Palatij Apost.

O. Archiep. Patrac. Vicesg.

Imprimatur

Fr. Raimundus Capisuccus Ord. Præd. Sac. Apost. Pal. Magist.

IN-

VINDICIÆ SYNODI EPHESINÆ, & S. CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI De processione ex Patre & Filio SPIRITUS SANCTI,

Auctore

LEONE ALLATIO.

CAPUT I.

Proponitur quæstio.

QVID de processione Spiritus sancti Synodus Ephesina Oecumenica tertia, & Cyrillus Alexandrinus, Synodi decreto Pontificio director senserint, &, *An ille ex Filio procedat*, vel, *Ex Filio suam existentiam habeat*,

quod idem eſt, nunc etiam examinandum eſt. Schiſmatici proceſſionem Spiritus ex Filio oppugnantes, apertiſſimis verbis Synodum & Cyrillum in propriam ſententiam trahunt, & quantum poſſunt, voce ſcriptoque contendunt, eam, eumque damnata *Ex Filio Spiritus proceſſione ſolam ex Patre agnouiſſe & approbaſſe*. Sic parum cautos tantæ Synodi, tantique Patris auctoritate deludentes, quam ſibi perniciem in animum attulerunt, in alios quoque conijcere tentant.

Vt miſſos faciam Ioſephos Bryennium, & Philagrium, Georgium Plethonem, Michaëlem Balſamonem, & alios, qui horum fulti teſtimonio palmam ſibi videntur tribuere, & plane triumphare, ad Nilum Cabaſilam, Macarium Ancyranum, & Georgium Scholarium Monachum, qui fuſius hoc argumentum pertractarunt, orationem conuertam. Scribunt ſiquidem, cum celebraretur Epheſina Synodus contra blaſphema Neſtorij dogmata, oblatum eſſe Neſtorij Symbolum a Chariſio Presbytero, & Oeconomo Philadelphienſi, accuſante de communione cum Neſtorio Antonium, & Iacobum Presbyteros, qui non Eccleſiæ Symbolum, ſed aliud Teſſareſcædecatitis Hæreticis conuerſis tradiderant. In eo inter alia continebatur. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἐκ τῆς Θεοῦ τυγχάνον ὀυσίας,

οὐσίας, οὐχ υἱὸν, Θεὸν δὲ ὄντα τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἐκείνης ὂν τῆς οὐσίας, ἧσπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστί. καὶ οὔτε υἱὸν νομίζομεν, οὔτε δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός. *Et in Spiritum sanctum, qui cum sit ex Dei essentia, Filius non est, sed essentia Deus, vtpote illius essentiæ existens, cuius est Deus & Pater, ex quo quidem est secundum essentiam: sed nec Filium illum putamus, neque per Filium existentiam sortitum.* Symbolum hoc Patres & Cyrillus diligenter examinarunt: quidquid inerat quod neque rectæ fidei, neque rectis dogmatibus consonaret, ab Ecclesia eiecerunt, sana rectaque retinuerunt: & cum fides Christiana in dogmatibus de Deo, & de Christi œconomia diuidatur, Patres in illis de Deo nec minimum quidem nota, aut reprehensione dignum obseruarunt, ideoque neque ad illa animum aduerterunt in eodem Symbolo contenta, *Spiritum sanctum neque Filium esse, neque per Filium existentiam habere*; sed tantummodo, quæ ad œconomiam pertinebant, impie a Nestorio pronunciata, condemnarunt. Hæc plana sunt ex eiusdem Concilij actis, ne ea referentes longiores simus.

Synodum non admisisse, ex Filio Spiritum procedere.

HIs manifeste apparet Synodum non admisisse, Spiritum sanctum *ex Filio procedere*, &, *per illum existentiam habere*, neque illud inter approbata fidei dogmata reposuisse: quemadmodum enim reliqua, quæ de Deo tradiderat Nestorius, intacta reliquit, ita neque hoc signauit, agnoscens antiquæ Theologiæ Patrum cum Nestoriana consonum. In alijs tamen de Incarnatione placitis non ita se gessit; sed cum diuisisset Symbolum tum in ea, quæ de Deo tractabant, tum in ea, quæ de Saluatoris nostri humanitate, hæc quidem accusat, & pro ijs Nestorium reijcit, illa de Deo sui roboris esse reliquit, tantum non dicens, ille ab Ecclesia trudatur, qui ita sentit, alijsque auctor est, vt ita teneant, sicuti in oblata a Charisio professione Fidei continetur, de Incarnatione Vnigeniti Dei Filij. Non dixerunt in vniuersum, vti in hac sua professione docet Nestorius, sic enim & Theologica conclusissent, sed, *vti docet in ijs, quæ de Incarnatione profitetur*. Hinc apparet, si quis non extra veritatem ratiocinari vult, distinctio-

nem

nem esse necessariam, cum tali modo Patres decreuerint, neque iustum est, cum distinctio nulla est, distinctiones confingere: id enim legem ferentium, non addiscentium est. Postmodum quispiam addubitauerit. Quam ob causam cum vtraque Nestorij doctrina complectatur, Patres ea solum quæ de Incarnatione sunt, reijciunt? Apte respondetur. Hæc nempe esse improba ac nefaria Nestorij dogmata, quæ Incarnationem respiciunt. Legant Professionem fidei Nestorij, & de ea sacrosanctæ Synodi decretum, & illis se accommodent, eaque tantum peruersa dogmata reputent, quæ Synodus reputauit, & quæ Synodus intacta reliquit, ipsi ne moueant. Quare? Quia cum pleraque in ea pertractata sunt, firma ac stabilia permanere volunt, & nullum ex illis dimoueri; sin minus poenis ibidem illatis erit obnoxius, qui aliter tentauerit. Εἴ τινες βουληθεῖεν τὰ περὶ ἑκάστων πεπραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ παρασαλεύειν, ἡ ἁγία Σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν Ἐπίσκοποι ἢ Κληρικοί, τοῦ οἰκείου παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν. *Si qui velint ea quæ de singulis per sanctam Synodum Ephesinam gesta sunt, quocumque modo mouere, sancta Synodus ipsa decreuit, siquidem Episcopi, aut Clerici fuerint, eos omnino a proprio cadere gradu; si vero laici excommunicatos esse.*

CAPVT III.

Probatur ex rerum sequela.

RErum etiam sequelam considera. Non alia nunc Nestorio, alia cum penitus illum ab Ecclesia exterminant, opponunt; sed hic & ibique eædem causæ sunt. Sic Synodus datis ad Imperatores literis scribit; Ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ συνειδότος ἐλέγχου πονηροῦ κατεχόμενος ἀπαντᾷν οὐκ ἠβούλετο, ἐξετάσαντες τὰ παρ' αὐτοῦ ἐγγράφως ἐκτεθέντα περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἀσεβῆ δόγματα, αὐτά τε ἐκεῖνα ἀνεθεματίσαμεν καὶ τὸν τούτων πατέρα πάντη τῆς Ἐπισκοπικῆς ἀξίας ἠλλοτριώσαμεν. *Verum cum malæ conscientiæ reatu impeditus adesse nollet, impijs ipsius dogmatibus examinatis, quæ de Christi Domini Incarnatione literis exposuerat, & illa ipsa dogmata anathematizauimus, & illorum parentem ab omni Episcopali dignitate prorsus amouimus.* Vide sis Lector. De humanitate Saluatoris scripto tradidit Nestorius sua dogmata, nec dissimiliter scripto etiam tradidit, *per Filium existentiam non habere Spiritum sanctum.* In Synodo hoc & illud & lectum est & examinatum, & hoc quidem est dogma de Deo, illud de Incarnatione, & vtraque, vt Latini dicunt, impia, & Patres vna ab illis stare, neque ipsi Latini dicent.

Ad-

Adhuc ad Nestorium scribens Cyrillus, huius Synodi Dux, cum Synodo eorum, qui in Ægypto, & qui Romæ conuenerant, estque tertia hæc ad Nestorium Epistola, dicit; Ἀλλὰ γὰρ ἀκόλουθον ἐγγράφως καὶ ἐνωμότως ὁμολογῆσαι, ὅτι ἀναθεματίζεις μὲν τὰ σαυτοῦ μιαρὰ καὶ βέβηλα δόγματα, φρονήσεις δὲ καὶ διδάξεις ἃ καὶ ἡμεῖς ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἑῴαν Ἐπίσκοποι καὶ Διδάσκαλοι, καὶ λαῶν ἡγούμενοι. *Verum præter hoc operæpretium quoque fuerit, vt ea omnia scriptis exares, & anathematizes, publicæque abiures, quæ scelestè, & profanè hactenus sensisti aliosque docuisti: & ea posthac te sensurum & docturum sanctè pollicearè, quæ & nos & ceteri omnes quotquot vel in Occidente, vel in Oriente viuunt Episcopi, Doctores, & populorum Duces.* Et in fine Epistolæ; Τούτοις ἅπασι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν συναινέσαι χρή, καὶ συνθέσθαι δίχα δόλου παντός. ἃ δὲ ἐστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ. *His omnibus & te quoque subscribere, & citra omnem fucum ac dolum vnà nobiscũ assentiri oportet. Quæ vero tua reuerentia anathematis execratione condemnare debet, ea nostræ huic Epistolæ in hunc modum hoc loco subijcimus.* Capita sunt numero duodecim, omnia de Dominica Incarnatione, nullum de processione Spiritus sancti. Quodsi neque instruentes Nestorium, neque condem-

nantes, neque in eum calculum ferentes, neque eum vti amicum reuocantes, nihil ipsi opponunt, quod ad Theologiam pertineat, quomodo iustum fuerit, alienam a Patribus viam calcare, & bellum aduersus Patres irreconciliabile concitare? Etenim si dignum anathemate est, sentire, *non procedere ex Filio Spiritum*, quare id asserentem Nestorium non postulauit Synodus anathemati tradere, singillatim indicans, quæ ille anathemati traditurus esset? Si sanum; haud fas est dicere, quanto periculo subiacuissent, qui scandalorum aduersus pietatem ansam exhibuissent. Verumtamen illud sanum esse & sexta Synodus œcumenica demonstrauit, cum huiusce Cyrillianæ Epistolæ mentionem facit Act. 11. Ἐξαιρέτως δεκτέας εἶναι τὰς πρὸς Νεστόριον τὸν θεοστυγῆ καὶ θεήλατον δύο συνοδικὰς ἐπιστολὰς τήν τε δευτέραν καὶ τὴν τρίτην, ᾗ καὶ τὰ δυοκαίδεκα κεφάλαια, ἅπερ ἅπασαν τὴν Νεστορίου κακόνοιαν Ἀποστόλων ἰσαρίθμοις κατέφλεξεν ἄνθραξι. *Præcipue autem illas ad Nestorium Deo odibilem, & a Deo proiectum duas Synodicas Epistolas secundam & tertiam, in qua & duodecim connexa sunt Capitula, quæ omnem Nestorij malitiam Sanctorum Apostolorum æquinumeris exussit carbonibus.* Quod si duodecim illis Capitibus vniuersam, vt Synodus dicit, prauam Nestorij sententiam de Ec-

cle-

clesia eijciunt, & illa tantum de Christi Incarnatione est, & nihil de Spiritus sancti processione, quanam ratione manifestum non fuerit, Spiritum sanctum ex Filio non esse, non esse dogma Nestorij distortum, neque nouum illius rabiei commentum, sed antiquam Patrum sententiam?

CAPVT IV.

Contrarium asserens est iniurius in Patres, qui nunquam patiuntur fidem lædi.

PRæ his, *etiam ex Filio Spiritum sanctum procedere* affirmans, diris pœnis atque criminationibus obnoxius est, cum asserat, sanctissimos Patres non Pastores, aut Doctores, sed homicidas & execrabiles humanæ salutis hostes fuisse. Etenim si audierunt, vt certe audierunt, *Spiritum sanctum ex Filio non procedere*, quod est falsum, & fidei læsio, & nihilominus silentio dictum præterierunt, quomodo in dicta incidisse non audient? Sed Beati illi tales non sunt. Quid enim ait Cyrillus Nestorio scribens? Πῶς οὖν ἔνι σιωπῆσαι πίστεως ἀδικουμένης, καὶ τοσούτων διεστραμμένων; ἢ οὐ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ἀπολογησόμεθα δὲ τῆς ἀκαίρου σιωπῆς ἕνεκα, καί τοιγε τεταγμένοι παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ λέγειν ἃ δεῖ;

Cum

Cum igitur fides tam insigniter lædatur, totque passim peruerterentur, qui tandem tacere hic licuit? Annon ante tribunal Christi sistemur? An intempestiui silentij rationem reddituri non sumus, præsertim nos qui ea de re hunc in locum ab eo euecti sumus, ut quæ oportet prædicemus? Rursusque alia Epistola ad eundem; Πίστεως γὰρ ἀδικουμένης, ἐρρέτω μὲν ὡς ἕωλος καὶ ἐπισφαλὴς ἡ πρὸς γονέας αἰδώς, ἠρεμείτω δὲ καὶ ὁ τῆς εἰς τέκνα καὶ ἀδελφοὺς φιλοστοργίας νόμος, καὶ τοῦ ζῆν ἀμείνων ἔστω λοιπὸν τοῖς εὐσεβέσιν ὁ θάνατος, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι κατὰ τὸ γεγραμμένον. *Certe si fides violatur, omnis omnino erga parentes reuerentia tanquam inanis & periculosa valeat: facessat lex illa amoris erga liberos & fratres: quia mori utique satius est ijs, quam viuere, ut meliorem, sicut scriptum est, inueniant resurrectionem.* Et Epistola ad Theodosium Imperatorem; Καὶ τῶν ἱερέων ἕκαστος, ἐπειδὴ τέθειται παρὰ Θεοῦ σκοπὸς, εἰ μὲν ἐπαγγέλλει τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, στεφάνου πρόξενον ἑαυτῷ τὸ χρῆμα ποιήσεται, περιπεσεῖται δὲ πάλιν τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐπισυμβαίνουσι κακοῖς, ἀδικήσας οὐ μετρίως ταῖς σιωπαῖς, τὸ ταῖς παρ' αὐτοῦ φωναῖς εἰς ὀρθότητα διοικούμενος. *Ad eundem fere modum unusquisque Sacerdotum, quandoquidem speculator a Domino constitutus est, siquidem populis curæ suæ commissis malum quod lædere solet, annuntiauerit, coronam hac vigilantia sibi concilia-*

stabit. Quod si tacuerit incidet in mala, quæ per iram Dei irrogari solent, quippe cum suo silentio haud mediocri damno affecerit eos, quos vocibus suis ad rectam viam dirigendos acceperat. Nec multo post; Ἐπειδὴ δὲ παρὰ Θεοῦ τεθείμεθα σκοποὶ, καὶ τῶν λαῶν κηδεμόνες, πῶς οὐκ ἔδει καὶ μάλα προθύμως τὴν ἱεράν τε καὶ Ἐκκλησιαστικὴν λαβόντας σάλπιγγα τοῖς εὐσεβεῖν ἐλομένοις τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος κατασημῆναι τὴν ἔφοδον; τίνα γὰρ ἐπήρτησε δίκην τοῖς σιωπῶσι Θεός; τὸ αἷμα, φησὶν, ἐκ χειρός σου ἐκζητήσω. *Cum itaque a Deo speculatores constituti sumus, ut populorum curam geramus, quomodo nobis non incumbebat, ut admodum alacriter sacra Ecclesiasticaque tuba arrepta, his qui pietatem seruare cupiunt Diabolici laquei inuasionem detegeremus? Quam enim Deus pœnam parauit tacentibus? Sanguinem, inquit, eius de manu tua requiram.* Audisti quæ proferat Cyrillus, prædictæ Synodi director aduersus illos qui dissimulant, & silentio transeunt, dum fides damnum patitur, idque cum Nestorio sermonem conferens, & illius conatus accusans? Aut igitur dogma rectum est, & non procedit Spiritus a Filio, sicque quiescendum fuerit, neque contradicendo generali Synodo, turbæ ciendæ sunt: aut id mendacium est, & sic prorsus pietatis vindices diuinam iram in sese attrahunt, vt ipsi tradunt, & ob importu-

num

num silentium rationem iudici reddent, & deperditarum animarum sanguis e manibus eorum expostulabitur. Sed hæc plane non admiserit Cyrillus. Inquit namque in actis Synodicis, de Nestorio scribens ad Clericos Constantinopolitanos, mutuis dissidijs inter se conflictantes Epistolam; Οὐ γὰρ μὴ δώσω ὕπνον κατὰ τὸ γεγραμμένον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ ἀγωνίσωμαι τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀγῶνα. Τοιγάρτοι μεμαθηκότες τὴν ἡμετέραν γνώμην ἀνδρίσασθε. ἤδη γὰρ καὶ γενήσονται παρ' ἡμῖν γράμματα, ἃ δεῖ καὶ πρὸς οὓς δεῖ. σκοπὸς γάρ μοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ καμεῖν, καὶ ὑποστῆναι πᾶν ὁποιοῦν τῶν νομιζομένων εἶναι δεινῶν ἐν βασάνοις, ἕως οὗ καὶ τὸν ἡδύν μοι διὰ τοῦτο ὑπομείνω θάνατον. *Neque enim oculis meis, vt scriptum est, somnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis; donec certamine hoc pro omnium salute perfunctus fuero. Quare cum meam nunc sententiam didiceritis, viriliter agite. Quamprimum enim parabuntur a me literæ, & quales oporteat, & ad quos oportet. Statui enim propter Christi fidem quemuis laborem subire, quæuis quoque perferre tormenta, etiam ea quæ inter tormenta censentur grauissima, donec tandem mortem hac de causa susceptam mihi iucundam pertulero.* Quod si hæc sunt, & Sanctorum animæ hoc periculum sub-

subeunt, qui dum fides læditur, tacent, annon impudentia mera est, blasphemum dicere, ex Filio Spiritum non procedere; existimareque Sanctos illos auribus illud inaudiisse & tolerasse? Iosephus Bryennius Oratione 7. de Trinitate, Nilum Thessalonicensem exscribens; Σὺ δὲ καὶ τὸ γράψαι μὲν τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον ἐν τῷ ἰδίῳ Συμβόλῳ, πιστεύειν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, τήν τε τρίτην Σύνοδον ἀποδέξασθαι τὸ δόγμα, καὶ ὅλως ἐν τούτῳ μὴ ἀντειπεῖν, ἰσχυρέστατον, καὶ ἀκραιφνέστατον τῆς καθ' ἡμᾶς ὀρθοδοξίας γνώρισμα κέκτησο. ἔθους γὰρ κεκρατηκότος πόρρωθεν, ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν Συνόδων τὰ μὲν ὑγιᾶ τῶν δογμάτων ἀκίνητα ἐᾷν, τὰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντα πάντα διελέγχειν, καὶ γραφικαῖς ἀνάγκαις, καὶ δημοσίοις ἀποκηρύξεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμίοις, πῶς οὐχ ὑπέρδεινον τὴν μακαρίαν ταύτην Σύνοδον, πάντα μὲν μετὰ τοῦ πρέποντος ὁρίσαι σχήματος, τὸν δὲ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγον πρὸς Νεστορίου διαγραφέντα σιγῇ παρελθεῖν; πῶς δὲ καὶ ἀμφότερα Νεστορίου λέγοντος, ὅτι τε ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ψιλὸς ἄνθρωπος, συνῆλθον μὲν τῷ ἑνί, ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ δὲ οὐ συνῆλθον. ἢ ὧδε μὲν ἐμίσουν τὸ ψεῦδος, ὧδε δὲ ὑπεδέχοντο. *Tibi porro & scripsisse quidem Nestorium impium in proprio Symbolo, se credere in Spiritum sanctum, qui ex Patre procedit, sed non ex Filio; tertiam vero Synodum dogma ad-*

admisisse, nec prorsus contradixisse, validissimum & verissimum nostræ rectæ fidei signum sit. Cum enim ab antiquo consuetudo in vniuersalibus Synodis inualuisset, sana dogmata immota relinqui, contraria omnia refutari, & scripto traditis legibus, & publicis abdicationibus, & pœnis aliјs, quomodo non indignissimum fuerit, beatam hanc Synodum omnia addecenter decreuisse, de processione vero Spiritus dictum a Nestorio scripto traditum silentio præterijsse? Quomodo enim cum vtraque Nestorius diceret, & ex Filio Spiritum non habere existentiam, & Christum purum hominem esse, in vno quidem concurrere, in alio vero non concurrere? An partim quidem mendacium odio prosequebantur, partim amplectebantur?

CAPVT V.

Ephesinos Patres damnasse tantum quæ Nestorius de Incarnatione impie dixerat.

PRæterea cum duplex esset in Filium blasphemia, vt Latini contenderent, altera *Spiritum ex Filio non procedere*, altera, *non vniuisse sibi secundum hypostasim naturã humanã*, prima illius diuinitatem, secunda humanitatem respiciens, & vtraque in Synodo palam aperteque a Nestorio scripto asserta, de In-

Incarnatione tantummodo Patres solliciti aduersus eam inuecti sunt, & ita animati fuere, vt & mortem inter exteros subire, tot itinera conficere, tot commentaria edere; & calumnias pati elegerint: alteram vero quæ maior & potior erat, si maior homine Deus est, nec minimum nec animo, nec cogitatione comprehenderunt. Hoc ænigmati est non absimile. Nam si indifferens est hoc vel illo modo sentire, quare tantum circa minora studium posuerunt? quod nec dicerent aduersarij, neque enim quispiam salutem consequetur, si fides male sana est. Et quam ob causam in minoribus curam operamque consumpsere, in potiora quasi defatigati, neque vel cogitatione incubuere? eoque potissimum cum Dominus dicat, *illius qui blasphemauerit in Filium Dei veniam esse*, Incarnationem innuens, *qui vero aduersus Spiritum sanctum contumeliosus fuerit, non toterari*, Deitatem suam commostrans. Quinimo si in alijs generalibus Synodis possunt dogma peruersum ostendere publice decantatum, & silentio præteritum, præcedat illud quidem, hoc vero subsequatur. Demetrius Chrysoloras Dialogo Antirrhetico aduersus Demetrium Cydonium; Ὅσον ὑπερέχει Θεὸς, τοσοῦτον ἡ τῶν θείων προσώπων ἀναίρεσις τὴν ἐπὶ Χριστοῦ τῆς ὑποστάσεως ἀναίρεσιν ὑπερβαίνει.

καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ὁ πρὸς ἑκάτερον, ὡς οὐ χρεὼν ἀτιμαζόμενον εἰπεῖν. ὁ βλασφημήσας εἰς τὸν υἱὸν ἀφεθήσεται. ὁ δὲ βλασφημήσας εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφεθήσεται. εἰ γοῦν ὁ τῶν μακαρίων ἐκείνων κύκλος μεγάλους ἀνέχεται τῶν ἀγώνων ἐν τῇ σαρκώσει Χριστοῦ αὐτοῦ, τί αὖ εἰς τὸ μεῖζον ἐπεὶ τῆς θεολογίας μέρος αὐτοῦ. δῆλον ὡς πάμπολλα καὶ μεγάλα. οὐκ ἄρα σιγῶσιν. ὅτι Νεστορίῳ τῆς θεολογίας οὐ σκοπὸς ἦν. ἀλλ' ὅτι δίκαιον αὐτοῖς καὶ εὐσεβὲς τὸ λεγόμενον ἐλογίζετο. *Quantum exuperat Deus, tantum diuinarum personarum destructio destructionem hypostasis Christi transcendit. Dictoque meo fidem facit, qui de vtroque contra fas omne iniuria affecto dixit; qui blasphemauerit in Filium, veniam consequetur, qui vero blasphemauerit in Spiritum sanctum non consequetur. Si itaque beatorum illorum Patrum cœtus pro Incarnatione Christi magna init certamina, quid pro magis excellentibus de Deo dogmatibus nō ausus fuisset? Plane innumera atq; ingentia. Non itaq; tacent, quod nullum esset propositum de Deo aduersus Nestorium decernere, sed quod iustum piumque dictum reputabatur.* Et Macarius Ancyranus cap. 67. Τί γὰρ καὶ πλέον ἦν τὸ κατεπεῖγον, καὶ ἀναγκαιότερον οὐκ ἀκριβωθῆναι πρότερον τὸ τῆς θεολογίας, εἶτα τὸ τῆς οἰκονομίας; τὸ μὲν γὰρ προηγεῖται, τὸ δὲ ἐπακολουθεῖ. οὐκ ἄρα οὖν ὡς καὶ οἱ λίθοι κεκράξονται, τὸ δὲ θεολογίας πρότερον ἔδει ἐξετασθῆναι, ἐνστερνισθῆναί τε καὶ παῤῥησιασθῆναι, εἶτα

ἀσαι

ὡσαύτως γενέσθαι καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας; ἐκείνη γὰρ, ἤγουν ἡ θεολογία ἔχουσα τὸ εἰλικρινὲς καὶ θεοπρεπὲς, ὀρθόδοξόν τε καὶ πάγιον, καὶ ὡς ἐπὶ Θεοῦ δοξάζειν τοὺς εὐσεβεῖς ἄξιον ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν. καὶ αὕτη ἡ οἰκονομία τὰ ὅμοια πλουτεῖ. ὡς καὶ πᾶν τοὐναντίον ἐξ ἀνάγκης παρείσαται. ἐκείνης γὰρ δηλαδὴ τῆς θεολογίας τὸ βέβαιον μὴ ἐχούσης, καὶ αὐτῆς τουτέστι τῆς οἰκονομίας τὸ ἀβέβαιον κατακρατεῖ. *Quid enim magis vrgebat, & magis necessarium erat? nonne primum res de Deo, postmodum de Incarnatione accurate examinandę erãt? Id enim præit, hoc subsequitur. Non itaq;, vt etiam lapides clamabunt, res primum Theologica sub examine ponenda erat, acceptanda, & publicanda, tum de Incarnatione id quoque peragendum? Nanque illa, Theologia nempe, cum possideat sincerum atque diuinum, nec non rectum ac firmum, & vti de Deo sentire fideles cõnuenit, ex diuinis scripturis & ipsa etiã Incarnatio sua firmissime probat. Hinc necessario contrarium incumbit. Nanque si Theologiæ firmitas læditur, ipsius quoque Incarnationis firmitas modis omnibus deperditur.* Quodsi id ostendere non valent, quare de hoc solo talia pronunciant, eandemque eodem ipso tempore & sanctam & œcumenicam reputant, & œcumenicarum Synodorum signo spoliant? Cum enim ab antiquo vsus obtinuerit in œcumenicis Synodis recta dogmata immota relinquere,

aliter ſe habentia condemnare, & ſcriptis & publicis proclamationibus proſcribere, Latini non bene ſe gerunt, huiuſce ſolius negligentiam criminantes, quam Patres Dei cauſa longe abijcientes, mortem, vt ipſi inſinuant, propter hominum ſalutem optabilem ſibi futuram prædicant. Quomodo vero non indigniſſimum fuerit, hanc beatam Synodum de pietate ſollicitam adeo, vt & Pelagij & Celeſtij impijſſima dogmata, de quibus ipſi propoſitum non erat, ab Eccleſia ſemouerit, de reliquo Eccleſiaſtico Ordine, qui rebus diuinis inſeruiat, cura & vigilijs omnibus laborauerit, & eiectorum a Neſtorio ſacerdotium examinauerit, iudicaueritque, ita vt non omnes neque throno reſtituerit, neque eo priuatorum cauſam neglexerit; & neſcio cuius Rhegini, & Zenonis, & Euagrij Epiſcoporum, qui iniuriam paſſi fuerant, tranſire ſilentio non tolerauerit, ſed omnia, vti par erat, ordinauerit, de proceſſione vero Spiritus dogma a Neſtorio diſtortum ita temere ſilentio, vt aduerſarij dicunt, præterierit. Et cuinam hoc fuerit rationi innixum?

CA-

Non omnia quæ dicunt Hæretici fugienda, dicto Cyrilli.

SEd quid ad hæc aiunt? *Spiritum ex Filio non procedere*, opinionem fuiſſe Neſtorij, cui fidem adhibere non æquum fuerit. Sed neque hæc reſponſio facit ad rem. Scribit enim Cyrillus ad Eulogium; Ὡς οὐ πάντα ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ φεύγειν καὶ παραιτεῖσθαι χρή. *Non quæcunque dicunt Hæretici omnia fugienda ſunt & abominanda*. Multa ſiquidem illi æque atque nos confitentur. Imo in ipſa fidei profeſſione Neſtoriana, de qua verba facimus, non tantum aſſeritur, *Spiritum per Filium exiſtentiam non habere*, ſed etiam, *credere in vnum Deum & Patrem, ab æterno Patrem: Filium eiuſdem eſſentiæ cum Patre: Spiritum ſimiliter, & Spiritum non eſſe Filium*. Quod ſi quia Neſtorius ea faſſus eſt, ideo ſunt a nobis repudianda, næ nos in omnem impietatis barathrum incidemus. Quare ratio non concludit, quia id Neſtorius dixit, ideo cum abſurdis connumerandum; neque quia ille fatetur, propterea impium eſt; id enim eſſet acerbiſſime inſanire. Sed neceſſario verum remanet, quod diuinis calculis approbatum eſt; ſi eorum Patrum ſententia de-

decretum Dei eſt. Neque enim huius opinionis Neſtorius auctor eſt. Cum enim reliqua omnia illius de Incarnatione male & impie dictata anathema ſubierint, hoc tantummodo condemnatione ſuperius extitit. Dogmatibus ſiquidem impietatis, quæ in Generalium Conciliorum manus peruenere hoc eximius apparuit, quod nullum aliud ex ijs quæ non ita ſe habebant criminationem effugit, quam nec ipſum vitaſſet, ſi reliquis alijs condemnatis ſimile fuiſſet; dum iudices illi diuini diuina cum Deo diſcernerent. Quare non æquum fuerit, ſtatim atque dictum Neſtorij eſſe comprobatur, dicti damnationem edicere. Sed id probandum eſt, Neſtorium aſſeruiſſe in Synodo, & Synodum more Synodis conſueto dictum improbaſſe, quæ de ſe ipſa tradit, tantum id ſtuduiſſe, vt ad antiquam Patrum Theologorum doctrinam dicta Neſtorij conformaret.

CAPVT VII.

Synodum approbaſſe dictum Neſtorij.

SEd neque approbauit, inquiunt, dictum Synodus, *ex Filio non habere Spiritum exiſtentiam*. Sed approbaſſe demonſtratum eſt, cum

cum orationem diuidens; hæc anathemati tradidit, alia prorsus non condemnauit. Præterea ostensum est, ex placitis Nestorij illa quæ circa œconomiam fuere impijissima extitisse; hoc vero de Deo est, non de Incarnatione. Quodsi laudem siue approbationem dixeris de omnibus in medium allatis sententiam dicere, non id Synodi consueuere, neque hæc ipsa de qua sermo est. Idque manifestum est: nam cum pleraque asseruerit Nestorius de Deo & probe & congrue, aut ostendant de vnoquoque approbationes, aut expungant vti non bene dictata. Cum nec nos etiam ab aduersarijs inquirimus, dum dicimus, *ex Filio non procedit Spiritus sanctus*, si Pater ab æterno Pater est, si Filius eiusdem essentiæ est, cuius est & Pater, si Spiritus Filius non est. Quare taceant, & ipsius Synodi vestigijs insistant, discantque in omni regula Ecclesiastica, & in omni Theologica quæstione contradicere quibus Synodus contradixit, & taciturnitatem seruare, & non sese opponere, in quibus ipsa silentium laudauit. Hæcque seruare eorum fuerit, qui veritatem colunt & seruant. Et in Trinitate non errasse Nestorium habemus testem locupletissimum Leontium Byzantium de Sectis Act. 3. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος εἰ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον ἔλεγε τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὖν τὸν αὐ-

 θυπό-

ἐνυπόστατον λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ υἱὸν ἔλεγε γενέσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ. περὶ γὰρ τὴν Τριάδα οὐχ ἡμάρτανεν ὁ Νεστόριος. *Quippe Nestorius licet Christum diceret purum hominem esse: tamen subsistens per se Dei Verbum ac Filium in homine illo fuisse fatebatur. Non enim circa Trinitatem aliquod Nestorij fuit erratum.*

CAPVT VIII.

Refutantur qui dicunt, Syndum esse tantum congregatam ad stabilienda dogmata de Incarnatione.

SEd inquiunt, Synodus non est congregata principaliter, vt de processione Spiritus inquireret; sed vt tantum negotium Incarnationis tractaret, ideoque in Spiritus processionem mentem non aduertisse. Qui mos fuit aliarum quoque Synodorum. Hoc merum mendacium est: nam ait Synodus ad Romanorum Imperatores scribens; Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἔλιπε τὸ δοκιμασθῆναι τὰ δόγματα τὰ κηρυχθέντα παρὰ τοῦ θαυμασιωτάτου Νεστορίου. οὐ γὰρ ἄδηλα ἦν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ διαρρήδην κηρυττόμενα, καὶ ἐν βιβλίοις, καὶ ἐν ταῖς δημοσίαις διαλέξεσιν ἐκβοώμενα. *Cum vero examinanda essent dogmata ab admirabilissimo Nestorio pronunciata: neq; enim latebant quæ ab il-*

li palam in suis Epistolis, & libris, & publicis colloquijs deprædicabantur, & alta voce præcinebantur. Vides omnia Nestorij dicta a sanctis Patribus examini subacta fuisse, quorum vnum fuit, *per Filium Spiritum non habere existentiam*. Præterea cum a vero auersum sit, *ex Filio Spiritum non esse*, & pari modo mendacium, non humanam naturam secundum hypostasim Verbum assumpsisse, qua de causa propter vnum quidem congregati sunt, pro alio vero non conuenere? Si enim alterum periculo caret, eloquantur, quodsi vtraque ad mortem conducunt, frustra insumpsere studia, cum vnum ad perdendum sufficiat. Rursus. Quare propter Incarnationem tantum Synodus celebrata est? An vt rationem illius simpliciter vti quæstionem fortuito exortam pertractaret, & præterea nihil, aut vt ipsa assereret, ne negligeret rectam fidem pessime habitam, metuens vna simul & Dei iudicium propter importunum silentium. Id si verum est, mendacium fuerit, tantum illos circa Incarnationem studium posuisse.

Quomodo vero rationi consentaneum fuerit, nunc quidem propter humanam salutem, vt ipsi dicunt, tantum insudasse Patres illos, vt in multis laboribus nondum absolutis mortem oppetierint: nunc vero eos

in medio errore relinquere, cum possent verbo solo morbo medicinam afferre? Dicite per Deum, si quis Medicum aduocauerit, ad sanandum oculum, ille accedens oculis quidem ex arte remedium apponat, depascentē vero cerebrum putredinem non ignorans, ægrum male sanum & misere laborantem neglexerit, dum potest illi remedijs ex arte occurrere, nonne hunc lictorem atque homicidam nuncupabis? An existimabis, si responsum dederit, tantum se pro dolore oculorum accersitum fuisse facturum satis? Et lex quidem Hebræo iubet, si iumentum ceciderit, non simpliciter præterire, Patres vero, qui Apostolicum certamen currebant, sustinuissent dogma peruersum silentio præterire? Quomodo vtraque Nestorio asserente, *per Filium Spiritum existentiam non habere*, &, *Christum simplicem hominem*, congregati sunt pro vno, & pro alio congregati non sunt? Neque enim in vno mendacium oderant, in alio amplexabantur. Hoc vero quod dicunt pro vno conuenisse, veritatem nostri dicti comprobat: plane enim & pro alio congregati fuissent, blasphemiam discussuri, si sciuissent dogma criminatione dignum esse. Et dicti testis adfuerit œcumenica quinta Synodus generalis: Nanque cum pleraque essent, quæ asse-

clæ

clæ Origenis impie obloquebantur, pro illis omnibus ea celebrata eſt, quæ etiam ad barathrum protruſit. Hoc idem aduerſus Maſſalianos Synodus celebrata videtur feciſſe: cum enim illi multa impie aſſererent, contra omnia, vti par eſt, ſententiam dixit.

CAPVT IX.

Refutantur qui dicunt, de quibus a principio ſit propoſitio, de illis tantum in Concilijs ſermonem haberi.

SEd moris eſt in Generalibus Concilijs, de quibus propoſitio a principio ſit, tantum ſermonem haberi. Hoc item mendacium eſt: neque enim de his tantum, ſed de omnibus alijs de nouo exortis, quod opus eſt decernunt. idque manifeſtum eſt ex hac ipſa Synodo de qua loquimur, cui multa alia curæ fuere, vt oſtendimus, & definitionem pro omnibus tulit, licet a principio propoſitum eſſet, contra Neſtorij conatus. Hoc etiam in alijs videre licet. Ipſo initio primæ Synodi de Vnigeniti gloria agebatur, cum poſtmodum de Spiritu ſancto ſermo propoſitus eſſet, & Arianos in Spiritum ſanctum blaſphemantes audiuiſſent, innouationem non acceptarunt, neque eam ſub dente con-

condemnarunt, vt quiſpiam dixerit, cum de alijs ſermones haberentur, ſed etiam de Spiritus diuinitate accommoda publicarunt, & de Paſchate quoque digna ſeipſis decreuerunt, & multas alias leges tulerunt, proponentes definitionem in omnibus. Et ſecunda non de Spiritu ſancto tantummodo quæſtiones examinauit, de quibus tunc tractabatur, ſed multa alia Theologica: neque enim in dogmatibus tantum decernendis ſolliciti fuerunt, ſed alia quoque Eccleſiaſtica accurarunt, & Canones multum ad iſta conferentes ſcripſerunt. Dum enim Deum viuum colunt, haud ſatis eſſe reputant, propter dogmata ſapere, inſtitutis vero viuendi male agere. demortuam enim ſimilem fidem exiſtimant, & viuo Deo minime addecentem.

CAPVT X.

Profeſſionem fidei Neſtorianam damnum Eccleſiæ attuliſſe.

SEd de proceſſione Spiritus ſancti dogma nondum cuiquam damnum attulerat, ideoque neque aliquali cura dignum iudicatum eſt. Primum non videtur neceſſaria hæc reſponſio: nanque ſi recte a ſui exordio Ec-

Ecclesiam consideraueris, inuenies ipsam eorum etiam, quæ postmodum futura erant, curam habuisse, & longinquas etiam radices euulsisse, metu, ne fructus inde producendi noxam inferrent: mentem siquidem Christi, vt scriptum est, possidens futura mala non ignorabit. Deinceps falsa instantia est, nullo modo sibi constans, & male subsistens. Nam in Symbolo de processione Spiritus sancti audiuerunt, *ex Patre & non ex Filio ipsum esse*; & multos in Lydia oriundos Hæreticos, cum ad lumen veritatis reuerterentur, persuasos a Nestorianis fuisse, assensum præbere simili Symbolo, & subscriptione sua affirmare in eo contenta, & nihil ex his œcumenicam Synodum latuit. Afferantur verba Synodi; Χαρίσιός τις ὀνόματι πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος γεγονὼς τῆς Φιλαδελφέων πόλεως ἁγίας Ἐκκλησίας, ἐδίδαξεν, ὅτι τινὲς τῶν ἀπὸ Λυδίας ὁρμωμένων Αἱρετικῶν ἠθέλησαν τὴν μὲν ἑαυτῶν ἀφεῖναι πλάνην, ἐπιστρέψαι δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς, καὶ μυσταγωγηθῆναι τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὀρθά τε καὶ εὐσεβῆ δόγματα. εἶτα δέον αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν χειραγωγηθῆναι, μειζόνως ἠπάτηνται, καὶ οἷον ἐκ βόθρου πεπτώκασιν εἰς χείρονα βόθρον. ἐδίδαξε γὰρ ὅτι Ἀντώνιος καὶ Ἰάκωβος πρεσβυτέρων ἔχοντες ὄνομα κατῆλθον ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιστολὰς ἔχοντες παραθέσεως παρὰ Ἀναστασίου τινὸς, καὶ Φωτίου συνόντων τῷ τηνικάδε

τῷ

τῶν αἱρετικῶν Νεστορίῳ, καὶ αὐτῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐχόντων ὄνομα, καὶ δέον τὴν τε εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν τῆς πίστεως, ἣν ἐξέθεντο κατὰ καιροὺς οἱ Πατέρες οἱ ἐν τῇ Νικαίων συνελθόντες, παραθεῖναι τοῖς ἐκ πλάνης ἐπιστρέφουσι πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς ἔρχεσθαι ζητοῦσιν, προσκεκόμικας ἔκθεσίν τινα δογμάτων ἀσεβῶν, ὡς ἐν τάξει Συμβόλου συντεθειμένην, καὶ ταύτῃ καθυπογράφειν τοὺς ἀθλίους ἐκείνους παρεσκεύασαν· πάντα τρόπον ἀσεβείας νικῶντες ἐν τούτῳ. ὑπὲρ δὲ σαφηνείας ἀκριβοῦς τῶν εἰρημένων ἐντέτακται ὁ ἐπιδοθεὶς λίβελλος παρὰ τοῦ μνημονευθέντος πρεσβυτέρου Χαρισίου, καὶ ἡ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἔκθεσις κακοδοξίας, ἡ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μεθ' ὑπογραφῆς τῶν ἠπατημένων. *Presbyter quidam Charisius nomines sanctæ Philadelphiensium Ecclesiæ œconomus, significauit, Hæreticos quosdam Lydios, errore quo tenebantur deserto, ad veritatis lumen redire, & in Catholicæ Ecclesiæ rectis ac pijs dogmatibus institui voluisse: verum cum, ad veritatem manuduci debuissent, in grauiorem errorem adductos, & velut ex fouea in foueam maiorem cecidisse. Exposuit enim, Antonium quendam & Iacobum Presbyterorum nomen habentes ex Vrbe Constantinopolitana descendisse, literasque commendatitias cuiusdam Anastasij & Photij, qui & ipsi quoque Presbyteri vocabantur, Nestorioque hæretico tunc temporis adhærebant, secum detulisse. Cumque opor-*

oportuiſſet Euangelicam Apoſtolicamque fidei traditionem, quam olim ſancti Patres apud Nicæam congregati expoſuerunt, proponere his, qui ex errore ad veritatem redire, & ex tenebris in lucem venire quærebant, quandam impiorum dogmatum expoſitionem in Symboli formam redactam obtruſiſſe, vtque huic ſubſcriberent, miſeros illos induxiſſe. Quæ ſane res omnem impietatis modum ſuperat. Ad exactam autem dictorum euidentiam Libellus a memorato Chariſio Preſbytero exhibitus, impiæque illius ac prauæ opinionis, quæ eſt de vnigeniti Filij Dei incarnatione expoſitio, vna cum illorum ſubſcriptione, qui decepti ſunt, hic interſeruntur. Vides hic quoque Synodum, quæ infanda Neſtorij dogmata criminatur. Impiam enim illius Symboli expoſitionem vocans, circa Incarnationem impietatem extendi ait, & recte faciens adnotauit. Videre poteris aliã quoque noxam ex hoc Symbolo prouenientem. Nanque traditi a Chariſio Synodo Libelli tradunt; Τὴν γὰρ Φιλαδελφέων πόλιν τῆς Λυδίας καταλαβὼν, καί τινας τῶν ἀπλουστέρων ἀπατήσας, Κληρικοὶ δὲ οὗτοι, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων Πατέρων ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐξουθενήσας, ἑτέρᾳ τινὶ πίστεως ἐκθέσει, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας καθυπογράψαι παρεσκεύασε. καὶ δὴ τοῦτο πεποιήκασιν, ὡς ἀπλούστεροι καθυπογράψαντες, ὅτι δὴ ταύτῃ φησὶ τῇ ὀρθοδόξῳ στοιχοῦμεν πίστει, ἥτις ἔκθεσις αἱρετικῆς βλασφημίας

πε-

πεπληρωμένη, ἔχουσά τε τὰς τῶν ὑπ' αὐτοῦ συναρπασθέντων ὑπογραφὰς σώζεται. ἣν ἀξιῶ ἀναγνωσθῆναι ὑπὸ τῆς ἡμετέρας ὁσιότητος πρὸς τὸ ἐννοηθῆναι τὴν ὑπ' αὐτῶν μελετηθεῖσαν τῆς ὀρθοδοξίας ἀνατροπήν. *Nam postea quam Philadelphiam Lydiæ ciuitatem venit, & quosdam e simplicioribus Clericis fraude circumuenit, spreta fidei expositione per sanctos Patres Nicææ edita, alteri cuidam fidei, aut perfidiæ potius expositioni subscribere iussit. Equidem hoc illi vt simpliciores fecerunt, subscribentes, in hunc modum; Huic orthodoxæ fidei assentimur. Quæ quidem expositio hæretica blasphemia repleta, illorum qui ab ipso deducti sunt, subscriptionibus signata seruatur, & in vestræ sanctitatis præsentia recitari eam postulo; vt hinc perspicuum euadat, illos orthodoxæ fidei euersionem molitos esse.* Hinc plane apparet Symboli noxam non exteros tantum, sed ex Ecclesiasticis etiam nonnullos infecisse. Non itaque veritati ratio innititur, *Spiritum sanctum non procedere ex Filio*, quæstionis huiusce locum non esse, non fuisse dijudicatum a Patribus, quod nondum noxam ingenuisset. Alias etiam cum ostensum sit multis argumentis, Synodum hæc omnia vidisse & examinasse, & vt ipsa de seipsa scribit, sese spuria a legitimis segregasse, & cum rectis dogmatibus illud quoque enumerasse, *Spiritum sanctum non procedere ex Filio*, & impia

Nestorij dogmata vniuersa circa Incarnationem fuisse. Præterea sacram œcumenicam Synodum dogma peruersum silentio præterituram, quæ vilissima quæque accusauit, temere asseritur, si quis, quod conueniens est, recte considerauerit.

CAPVT XI.

Dictum Cyrilli de processione Spiritus proponitur, & conuenit cum dicto Theodoreti.

ADhuc cum res Synodi finem accepissent, Nestorio de Ecclesia protruso, & Cyrillo victore declarato, inuidia bonos insequi atque insectari non destitit, sed aduersus hunc eundem virum sanctissimum calumniæ iacula contorsit, & quæ aduersus Nestorium Commentaria scripserat, quibus illius in dogmatibus innouationem refellebat, in vituperatores inciderunt, cum Orientales Episcopi ea perfecte non intelligerent, ideoque contra illius capita manus admouere, & mentem acuere cœperunt, quorum criminationes Cyrillus Euoptio nuncio cum considerasset, quorum vna erat, eundem dicere, *Spiritum sanctum ex Filio procedere*, respondet ad singula ad Euoptium scribens, & se-

semetipsum in omnibus calumniose impeti ostendens, & ad vnumquodque accinctus, speciatim in quibus suam sententiam aperit, blasphemum & ipse reputat, si quis asserat, *ex Filio Spiritum procedere*. Vt vero hæc omnia veluti sub oculis posita conspiciantur, apponam hic & Cyrilli dictum, & ad illud Theodoreti criminationem, necnon & ipsius rursus Cyrilli ad Theodoretum responsionem. Εἴ τις φησὶ τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δοξάζεσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησὶ, δι᾽ οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς θεοσημείας, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis vnum Dominum Iesum Christum a Spiritu clarificatum dixerit, propria virtute ipsius tanquam aliena vtentem; ac vim & efficaciam ab eodem accepisse, qua contra immundos Spiritus operaretur, & diuina inter homines miracula patraret, ac non potius ipsum Spiritum, per quem diuina signa edidit, illius proprium esse confessus fuerit, anathema sit*. Hæc diuina vox est Cyrilli; sed Theodoretus eam temere accusans ait; Ἴδιον δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς, καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἔφη, συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν. Εἰ δ᾽ ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι᾽ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ

ὡς

ὡς δυσσεβὲς ἀπορρίψωμεν. πιστεύσομεν γὰρ τῷ Κυρίῳ λέγοντι, τὸ πνεῦμα ὃ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τῷ θειοτάτῳ δὲ Παύλῳ ὁμοίως λέγοντι, ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Proprium autem Spiritum Filij, siquidem vt eiusdem cum eo naturæ, & ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur, & tanquam piam suscipimus vocem. Si vero tanquam ex Filio, aut per Filium existentiam habeat, hoc vt blasphemum & impium reijcimus. Credimus enim Domino dicenti, Spiritus qui ex Patre procedit: sed & sacratissimo Paulo similiter; Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo Patre est.* Ad hanc Theodoreti accusationem ad Euoptium, litteris datis, hunc in modum respondet Cyrillus; Δέδεγμαι δὲ καὶ νῦν εἰς πληροφορίαν τῆς ἐνούσης διαθέσεως τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὸν διαπεμφθέντα τόμον, ὃν συντεθεῖσθαι λέγεται κατὰ τῶν Ἀναθεματισμῶν Θεοδώρητος ὁ Κύρου. καλεῖσθαι γὰρ οὕτω φασὶ τὸ πολίχνιον. ἐντυχὼν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἀνέθηκα τῷ Θεῷ τὰς χαριστηρίους ᾠδάς. Οὐ διαλέλοιπα δὲ κἀκεῖνο λέγων, Κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. εὑρίσκω γὰρ ἐμαυτὸν συκοφαντούμενον πανταχῆ, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν Κεφαλαίων ὑπομένοντα τοῦτο. *Abundantius autem comprobatum est, mihi tuæ pietatis erga me studium, libro abs te exhibito, quem composuisse dicitur contra Anathematismos Theodoretus Cy-*

ri: ita enim ciuitatulam vocari dicunt. Lectis autem his quæ in eo habentur, gratias Deo egi cum hymnis sine intermissione illud dicens, Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua dolosa. Reperio enim me vbique calumnijs impeti, idque per singula Capita. Quodsi beatus Cyrillus *proprium* dicit *Spiritum Domini*, quod Nestorius diceret, *Dominum vti facultate Spiritus vt aliena:* nanque nudum hominem illum stulte existimabat, & propterea bene se gerens Cyrillus, alienum proprio contra opposuit. Et Theodoretus longe a suspicione non abhorruit, ne illa ratione proprium Filij Spiritum vocaret, quasi ex ipso existentiam haberet; proptereaq; hanc opinionem impiam blasphemamque appellauit; cui Cyrillus respondens, calumniose sese ait vbique a Theodoreto tractari, & in vnoquoque Capite dira similia perpeti; Qua ratione non fuerit manifestum, antiquorum Theologorum opinionem, necnon Apostolorum & Patrum communem sententiam fuisse, *Spiritum sanctum ex Filio non procedere?* Sed ad reliquam responsionis partem accedamus, quam priuatim Cyrillus orditur ad hanc eandem criminationem respondens. vt vero clarius oratio procedat, resumatur. Theodoretus itaque ignorans modum, quo Cyrillus dixerat, *proprium Filij esse Spiritum*, *bla-*

blasphemum impiumque nominat, ita proprium Filij asserere, quasi ex Filio procederet, pium vero reputat, si quis illum dixerit proprium veluti connaturalem & consubstantialem. Sed Cyrillus omnem suspicionis ansam eleuans scribit; Φθάσας ἔφην, ὅτι τοῖς Νεστορίου βατταρισμοῖς, ἤγουν δυσφημίαις, καὶ ταῖς ἄγαν ἀτημελήτως εἰρημέναις ἡ τῶν Κεφαλαίων μάχεται δύναμις. ἐκείνου γὰρ λέγοντος περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην τῷ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν, τὸ δαίμοσιν αὐτὸν φοβερὸν ἐργασάμενον, τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ τὴν εἰς οὐρανοὺς χαρισάμενον, καὶ ὥσπερ εἴ τινος τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ τὰ τοιάδε πεφλυαρηκότος, γέγονεν ἀναγκαίως ὁ Ἀναθεματισμός, οὐ κατά γε τῶν λεγόντων δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν Ἰησοῦν, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Θεοῦ λόγον. κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἳ καὶ ἀναιδῶς αὐτὸν ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος κεχρῆσθαί φασι. μεμνήμεθα δὴ εἰπόντος σαφῶς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. Ἴσμεν τε πρὸς τούτῳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ τὰς πονηράς τε καὶ ἀκαθάρτους δυνάμεις συντρίβοντα. ἀλλ' οὐχ οὕτω φαμὲν αὐτὸν καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστοι ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει κεχρῆσθαι τῇ διὰ τοῦ πνεύματος. ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο ἡμῖν εὖ μάλα σαφηνιεῖ ὁ θεσπέσιος Παῦλος. εἰ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.

ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός. *Iam dixi quod Nestorij nugis seu blasphemijs, & eius dictis admodum temerarijs virtus Capitulorum repugnat: illo nanque dicente de Spiritu sancto, is qui tantam Christo gloriam contulit, eum Dæmonibus fecit terribilem, donauitque ei ad cœlos ascensionem, & tanquam de aliquo sicut nos homine communi hæc deblaterante, factus est necessario Anathematismus, non aduersus eos qui dicunt, clarificatum a Spiritu sancto Iesum, hoc est inhumanatum Dei Verbum, sed potius contra illos, qui impudenter eum virtute per Spiritum tanquam aliena vsum dicunt. Meminimus eum aperte dixisse de sancto Spiritu, ille me clarificabit. Nouimus ad hæc sancti Spiritus operatione conterentem nequissimas immundasque virtutes, sed non ita dicimus eum sicut vnumquemque scilicet Sanctorum virtute Spiritus sancti tanquam aliena vsum. Erat enim & est eius Spiritus sicuti certe & Patris. Et hoc nobis bene satis explanat diuinus Paulus scribens: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: verumtamen non estis in carne, sed in Spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Procedit enim ex Deo &*

Pa-

Patre Spiritus sanctus secundum Saluatoris vocem, sed non est alienus a Filio, omnia enim habet cum Patre. Hæc Cyrillus. An vero cum Theodoretianis conueniant, vel ab iis differant, hinc constare poterit. Theodoretus duos modos proposuit, quibus Spiritus Filij proprius dici poterat, vnum quidem si ex Filio est, alterum propter coniunctionis, & consubstantialitatis rationem: primum impium blasphemumque nuncupat, alterum vti pium amplectitur. Hæc Cyrillus legens, & ad Theodoretum sedato animo de hoc eodem scribens, non contradixit, & sane innumeras voces emisisset, qui *oppidulum, discordiæq; pomum* obiecit, si vel suam vel Apostolorum fidem obsessam iudicasset: sed sic proprium esse Spiritum Filij, vti non alienum acceptauit, dum Nestorius misere asseuerabat, alienum ipsum Domini esse. Nanque Theodoretus proprium vti connaturalem vocauit, idque exponens admittensque non alienum Cyrillus nuncupauit. Sic alium modum Theodoretus reijcit, vti impium & blasphemum, seque Domino fidem adhibere dicit pronuncianti, *Spiritum sanctum ex Patre procedere.* Hoc idem Cyrillus facere videtur, dicens; *Procedit quidem a Deo & Patre Spiritus sanctus secundum Dominicam vocem, sed non alienus est a Filio,* vno in mem-

bro alterum ex iam dictis modis reijciens, & Patri soli illum tribuens, vt Theodoretus fecerat, alterum insinuans, in hoc quoq; ductorem se Synodi ostendens, & sibimetipsi, & veritati, & Synodo per omnia concordem. Nanque quod pium in illa cum omnibus alijs reputauit, *non procedere* nempe *ex Filio Spiritum*, sequitur: impium & blasphemum ostendens se existimare oppositum, & ægre ferre criminationem, & calumniam sibi illatam. Cum autem & secunda responsione opus fuisset Cyrillo super illis, de quibus Orientales ipsum accusabant, quorum vnum erat hoc, de quo quæstio est, inspiciamus, quid etiam ibi de Spiritus processione scribit; ad hanc eandem criminationem Theodoreti animum aduertens, Epistola ad Antiochenum Ioannem; Καὶ κατ' οὐδένα δὲ τρόπον σαλεύεσθαι παρά τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνηθέντων κατὰ καιρούς, οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέροις ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβὴν, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος, μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες σου. οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. *Nullo autem modo patimur, vt ab aliquo fides illa,*

siue

siue fidei Symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam Patribus Nicænis editum est. Neque enim aut nobis, aut vlli omnino alteri, vel vnam voculam ibi positam immutare, aut vnam etiam syllabam præterire permittimus, memores eius qui dixit; Ne auferas terminos æternos, quos posuerunt Patres tui. Non enim ipsi locuti sunt, sed ipse Spiritus Dei ac Patris; qui procedit quidem ex ipso, est vero non alienus a Filio secundum essentiæ rationem. Hic plane concordiam illorum cognosces, in vna quippe eademque dictione, diuisione vsus Cyrillus, causæ rationem Patri attribuit, quam a Filio demit; coniunctionis vero ac consubstantialitatis modum, vel, vti quispiam vocauerit, Filio, & explicans illud *non alienus*, secundum essentiam adiungit, dicens; *Est vero non alienus a Filio secundum essentiæ rationem*. Quod si Cyrillus dixisset, Filium domesticum Spiritus, Theodoretus dicto occurrisset, si Filium domesticum Spiritus, ais, vti connaturalem & consubstantialem, vti ex Patre genitum non inficiabimur, sed veluti rectam ac piam vocem acceptabimus: si vero vti ex Spiritu, aut per Spiritum existentiam habentem, vti blasphemum atque impium reijcimus: credimus siquidem Scripturæ dicenti; ex Patre Filium: tum postmodum suspicionem euellens Cyrillus sic

respondisset; Filius generatur quidem a Patre, est vero non alienus a Spiritu secundum essentiæ rationem. Annon opportune locutus fuisset, suspicionem simul remouens, & dogmatis veritatem de Filio conseruans, & veritati potissimum, & sibimetipsi, & Theodoreto, & communi vsui Patrum concordans? Similia quoque de Spiritu ratiocinare. Etenim si ibi hæc attendenda sunt, sunt etiam attendenda de Filio: quodsi non de Filio, neque de Spiritu dicenda. Macarius Ancyranus cap. 67. Ἡμεῖς δὲ τῇ χάριτι καὶ δωρεᾷ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἐδείξαμεν, καὶ δείξομεν ἀκριβῶς, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀντεῖπεν ὁ θεῖος Κύριλλος πώποτε τῇ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος θεολογίᾳ τοῦ μακαρείτου Θεοδωρείτου. ἀλλά γε μᾶλλον καὶ συνήνεσε ταύτῃ, καὶ ἀπεδέξατο, καὶ ἠσπάσατο αὐτὴν, ὡς ἑπομένην τῇ τε θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ πᾶσι τοῖς Θεολόγοις. *Nos vero gratia munereque Spiritus sancti ostendimus, & plane ostendemus, non solum nunquam non contradixisse diuinum Cyrillum beati Theodoreti placito de processione Spiritus sancti: quinimo illud laudasse, recepisse, & amplexatum fuisse, tanquam diuinæ Scripturæ, & omnibus Theologis consonum.* Sed Ancyrani verba qua firmitate nitantur, infra videbimus suo tempore.

CAPVT XII.

Cyrillus consentit cum Theodoreto.

PRæterea. Cum Theodoretus non præter rem diceret, quæcunque illa fuerint aduersus Cyrillum scripta, & Cyrillus ad ea cunctanter, & per otium responderet, præsidente generali iudicio, & pietate non sine discrimine vacillante, quid aduersarij de verbis Cyrilli iudicant? Theodoreti ne verbis necessario conueniunt, aut contra ab illis dissident, aut, vt ex verbis conijci potest, neutrum necessario colligitur? Quodsi neutrum, ergo neque ad verba Theodoreti Cyrilli dirigebatur oratio & scopus: sed hoc plane purum mendacium est. Quodsi ab initio illi contradicere intendens hæc protulit, & quomodo id non fuerit præter rationem? Possumus enim & nos omnes eundem modum vsurpantes in non dissimilibus hanc eandem dissonantiam ostendere; sed id præter rem est, neque id Rhetorum aut dissertorum regulæ concedent, & quicunque linguam Græcam vel leuiter degustarunt. Quare prorsus necessario colligitur concordes hos esse sermones cum Theodoreto, & cum eundem ordinem in alijs oratio seruet, fas est omnibus eorum consensionem demonstra-

stra-

ſtrare, quod ſupra Filium familiarem Spiritus aſſerentibus oſtenſum eſt. Quod vero potiſſimum eſt in hoc negotio, & cui contradicere inſanum plane fuerit, ſic Theodoretus, vt paulo infra probabitur, Cyrilli hanc reſponſionem accepit, & præſentem verbis & literis datis de his ſæpiſſime allocutus, tanquam Cyrillo non probante, Spiritum exiſtentiam habere ex Filio, nec tantum palam hoc Theodoretus effatur, ſed & gratias Deo pro eodem reddit, & Eccleſiarum pacem in hac eadem opinione celebrare videtur: rurſuſque Cyrillus multis magniſque laudibus Orientales extollit, quorum caput, ſic dicunt Schiſmatici, erat Theodoretus. Item hanc eandem ad Antiochenum Ioannem Cyrilli epiſtolam quarta œcumenica Synodus ita ſe habentem excepit, & non præterijt ſine præconio, adeo vt ſuæ definitioni ſubiunxerit, & bona omnia in ea contineri ſuo teſtimonio probat. Nanque ait Synodus in Definitione, poſtquam lectum fuiſſet diuinum Symbolum; Ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος Σύμβολον. περί τε γὰρ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον. *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem & confirmationem pietatis hoc ſapiens & ſalutare diuinæ gra-*

tiæ

tiæ Symbolum : de Patre enim, & Filio, & Spiritu ſancto perfectiſſime docet. Et poſt aliqua commemorata ſubdit; Διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθέντα Μαρίας ἀναιδῶς ληρῳδοῦντες, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος, συνοδικὰς Ἐπιστολὰς πρός τε Νεστόριον, καὶ πρὸς τοὺς τῆς Ἀνατολῆς ἁρμοδίους οὔσας ἐδέξατο, εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου Συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν. *Propter illos autem qui diſpenſationis myſterium corrumpere conantur, & purum hominem eſſe genitum ex ſancta virgine Maria impudenter delirant, Epiſtolas ſynodicas beatiſſimi Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ Præſulis ad Neſtorium & ad Orientales congruenter habentes ſuſcepit, ad conuincendas Neſtorij vaſanias, & ad interpretationem eorum, qui ſalutaris Symboli pio zelo noſſe deſiderant intelligentiam*. Quodſi Cyrillus ad Ioannem Antiochenum Epiſtola, ſemetipſum a crimine liberans, timens, ne cenſeretur dicere, Spiritum ex Filio exiſtentiam habere, iam appoſita dicit, & Synodus Epiſtolam definitioni Fidei appendit, ad exponendum illis, qui pietatis zelo intelligentiam Symboli procurant; aduerſarij vero etiam ſic rebus diſpoſitis affirmant, Spiritum ſanctum ex Fi-

lio

lio procedere, quæ ipsos machina eripiet, dum definitioni Fidei aduersantur, ab adeo magna & vniuersali Synodo publicatæ. Quodsi & quatuor vniuersalium Conciliorum opinionem fuisse ostensum est, non procedere ex Filio Spiritum sanctum, & communis in Ecclesia forma agnoscitur, tradita dictataque a Patribus in illis Synodis, non eorum fuisse voces, sed Spiritus sancti oracula linguis eorundem vtentis: Imo & Theodosij & Sabæ asseclæ, & si qui alij ex eorum cœtu intererant, anathemati subijciunt eos, qui quatuor has Synodos vti quatuor Euangelia non recipiunt, quis non indolebit ad illud decretum, quam res illa terribilis sit, conspiciens.

CAPVT XIII.

Ex Theodoreti Epistola & alijs Cyrilli & Synodi sententia elicitur.

PRæterea, redeundum est enim ad ea quæ diximus, Cum dissidium in Ecclesia esset exortum, quod dicta Cyrilli plane non intelligerentur, necesse erat Orientis Ecclesias in vnum cum reliquis omnibus per orbem terrarũ dispersis conuenire, & quemadmodum vna fides & vnus Deus in vniuer-

so

ſo terrarum Orbe publicari, & pacem Deus conceſſit, dum pius Imperator adſiſtit. Theodoretus vero & Cyrillus ad Antiochenum Patriarcham ſcribentes, bonum pacis denunciant, æque acſi diem feſtum pro ea celebrarent, & ſic controuerſis de medio ſublatis alius alterius fidem, vti ſui propriam amplexus eſt, vt vterque oſtendit. Theodoretus ergo ad Ioannem Antiochenum de conſtitutis cum Cyrillo hæc habet; Ὁ πάντα σοφῶς πρυτανεύων Θεὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμονοίας, καὶ τῆς τῶν λαῶν κηδόμενος σωτηρίας, συναθροισθῆναι ἡμᾶς κατὰ ταυτὸν παρεσκεύασε, καὶ συμφώνους ἀλλήλοις τὰς πάντων ἔδειξε γνώμας. ἐν κοινῷ γὰρ ἀναγνόντες τὰ Αἰγύπτια γράμματα, καὶ ἐξετάσαντες αὐτῶν ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, εὕρομεν σύμφωνα τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένα. *Qui omnia ſapienter dirigit Deus, de noſtra ſolicitus concordia, & populorum procurans ſalutem, vt in vnum nos congregaremur effecit, & concordes omnium ſententias oſtendit. Publice ſiquidem cum ex Ægypto literæ lectæ fuiſſent, & earum ſententia accurate examinata, dictis concordia eſſe quæ inde mittebantur reperta ſunt.* Et paucis annexis, ait; Τὰ δὲ νῦν ἀπεσταλμένα τῇ Εὐαγγελικῇ εὐγενείᾳ καλλωπίζεται, Θεὸς γὰρ τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἀναγορεύεται. *Quæ vero nunc recenter miſſa ſunt, nobilitate Euange-*

ge-

gelica exornantur. Deus quippe perfectus & homo perfectus Dominus noster Iesus Christus in illis prædicatur. Et enumeratis singulis de hac quoque proposita quæstione scribit; Καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. ταύτην τὴν ὀρθότητα ἐν τοῖς γράμμασι θεασάμενοι, ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰατρεύσαντα, καὶ τὸν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἡδεῖαν ἁρμονίαν μεταρρυθμίζοντα. *Et Spiritum sanctum non ex Filio, aut per Filium existentiam habentem, sed ex Patre procedentem: proprium vero Filij vti consubstantialem nuncupatum. Hanc rectitudinem in literis cum inspexissemus dictis hymnis laudauimus eum, qui balbutientes linguas sanauit, & dissonam vocem in dulcem harmoniam & consonam conuertit.* His constitutis receptum in communionem Cyrillum ab Orientalibus, nempe ex Patre, & non ex Filio Spiritum sanctum procedere, ex iam dictis manifestum remanet. Quæ porro ex ijs, quæ proposuerant Orientales Cyrillus admiserit, partim Cyrillus narrat ad eundem Ioannem, partim ipsi cum de rebus similibus verba faciunt. Ait enim, & dictum ipsius ipsissimis his verbis exprimitur; Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογι-

κῆς

κῆς καὶ σώματος πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε. διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν, κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν. ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. τὰς δὲ Εὐαγγελικὰς, καὶ Ἀποστολικὰς φωνὰς ἴσμεν τοὺς Θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων, καὶ τὰς μὲν θεοπρεπῶς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας, ταύταις ἡμεῖς ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας εὑρίσκοντες, εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, ἐδοξάσαμεν τὸν ὅλων σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων Πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίαι.

Confitemur itaq; Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, Deum esse perfectū, & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore constitutum; ante secula quidem ex Patre natum secundum diuinitatem, postremis vero temporibus eundem ipsum propter nos & propter nostrā salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem: eundem Patri consubstantialem secundum diuinitatem, nobis item coëssentialem se-

se-

secundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta est unio; & propterea unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum sanctam Virginem Deiparam esse confitemur: propterea quod Deus Verbum incarnatum sit, & homo factum, & ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Euangelicas autem & Apostolicas de Domino voces, scimus Theologos alias quidem tanquam ad unam personam pertinentes, communes facere: alias vero tanquam in duabus naturis diuisim usurpare: & illas quidem Deo dignas secundum Christi diuinitatem; alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere. Et post pacem initam idem Cyrillus ad Valerianum Episcopum; Οἱ γάρτοι κατὰ τὴν ἑώαν πάντες θεοσεβέστατοι Ἐπίσκοποι, ἅμα τῷ Κυρίῳ μου τῷ θεοσεβεστάτῳ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ διέγραψε καὶ σαφοῦς ὁμολογίας φανερὸν ἅπασι κατέστησαν, ὅτι τὰς μὲν Νεστορίου βεβήλους καινοφωνίας κατακρίνουσί τε καὶ ἀναθεματίζουσι μεθ' ἡμῶν, καὶ οὐδενὸς ἀξιῶσιν αὐτὰς πώποτε λόγου, ἀλλὰ τοῖς Εὐαγγελικοῖς καὶ Ἀποστολικοῖς ἕπονται δόγμασι, καὶ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν κατ' οὐδένα λυποῦσι τρόπον. *Quandoquidem religiosissimi totius Orientis Episcopi una cum Domino meo Ioanne religiosissimo Ecclesiæ Antiochenæ Episcopo, scripta dilucidaque confessione omnibus pa-*

lam

lam fecerunt, se profanas Nestorianorum vocum nouitates æque ac nos condemnasse, & anathematizasse, seque nullo vnquam loco eas habuisse: Verum Apostolica & Euangelica dogmata sectatos esse, sanctorumque Patrum confessioni nullo modo aduersari. Et non multo post; Ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν, ἑτέρα τινὰ παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτοὺς μὴ πιστευέτωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν Διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. *Si qui igitur sunt, qui illos diuersa ab ijs sentire falsa affirmauerint, nulla eorum dictis fides adhibeatur; verum tanquam impostores & mendaces secundum patrem suum Diabolum amandentur, ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent.* Theodoretus autem & Orientales aperte edicunt; Ἴδιον δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἔφη, συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν. εἰ δὲ ὡς ἐξ υἱοῦ καὶ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν. *Proprium autem Spiritum Filij, siquidem vt eiusdem cum eo naturæ, & ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur, & tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam ex Filio, aut per Filium existentiam habeat, hoc vt blasphemum & impium reijciemus.* Nec non idem ait; Καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ υἱοῦ ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, ἀλλ' ἐκ τοῦ πα-

τρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. *Et Spiritum ſanctum non ex Filio aut per Filium exiſtentiam habentem, ſed ex Patre procedentem: proprium vero Filij vti conſubſtantialem nuncupatum.* Aut igitur non impium eſt Neſtorij vaniloquium, Spiritum ſcilicet ex Filio non procedere, ſed Apoſtolorum traditio, & Latini criminis conuincuntur: aut oppoſitum, & Cyrillus aperte mendacij, contra veritatem de Orientalibus ſcribens; *Neſtorij impia dicta condemnant, & anathemate feriunt nobis concordes.* Aperte ſiquidem & illi poſt concordiam exiſtimant, non eſſe aſſerendum, Spiritum ex Filio procedere. Et quod maxime conſiderandum eſt, pacem & vnionem Eccleſiarum ſplendide vti diem feſtum celebrare videntur, dum Cyrillum cognoſcunt, *neque ex Filio, neque per Filium exiſtentiam habere Spiritum ſanctum*, dicere. Quinimo dum Cyrillus inquit, impia vaniloquia Neſtorij Orientales nullo vnquam loco habuiſſe, de ijs quæ Incarnationem reſpiciunt verum eſt, & nunquam eoſdem deprehendes impij aliquid vllo in loco effutientes; de proceſſione vero Spiritus ſancti, *eum*, nempe *non eſſe ex Filio*, licet id quoque ad Neſtorium reiectemus, annon ſumma impudentia erit, cum tot ac tanta Theodoretus, & alij libere confidenter-

terque pronunciassent, & ante & post vnionem Ecclesiarum, generali Concilio audiente & decernente; & dum addit Cyrillus, *Orientales condemnant, & anathemate feriunt, vna cum nobis impia Nestorij dogmata*, annon aperte affirmantis est, non esse Nestorij opinionem, *ex Filio Spiritum non esse?* Ipse enim, vt ostendimus, in Spiritus processione cum Orientalibus eadem sentit, productionem soli Patri palam attribuens, cum prius male circa hoc audisset, quasi æque atque illi non profiteretur. Præterea si quis poposcerit ab ipsis Latinis. Cum Orientales dicunt, blasphemum ac impium esse, asserere, Spiritum ex Filio procedere, cum ipsis ne Apostolis circa hoc concordant, an cum Nestorio conueniunt? Si secundum, & magna voce reclamabit Cyrillus: nanque eos Apostolorum & Patrum dogmata sequi, & nullo pacto confessionem Patrum lædere, testis est; & qui contraria illis opinantur, eos & mendaces, & fraudulentos nuncupat, & vna cum Diabolo eos ab Ecclesia reijcit. Si primum, quid ergo Græcis opponunt?

CAPUT XIV.

Cyrilli verba ex Epistola ad Nestorium exponuntur.

QVid porro ad hæc dicunt? Cyrillus Epistola ad Nestorium, cui annexa sunt contra Nestorium Capita, hæc ipsissimis verbis recitauit. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ τὸ πνεῦμα, καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτό, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια. καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. *Licet sit in speciali hypostasi Spiritus, cum per seipsum intelligatur, vti Spiritus est & non Filius, nihilominus non est alienus ab ipso: nanque Spiritus veritatis nuncupatus est, & est Christus veritas, & profunditur ab ipso eadem ipsa ratione, qua & ex Patre.* Hæc Cyrillo fatente ad Nestorium, Synodus in pleno consessu tacuit, neq; ob hoc ipsum sententiam dixit contra Nestorium: tacuit etiam Cyrillus, ad Theodoretum singula scribens, quæ in Epistola continebantur satis superque esse rati; nanque eam vti propriam Synodus exceperat. *Profundi* vero loco illius *procedere* positum esse, Cyrillus demonstrat in expositione sacri Symboli de Spiritu sancto, Προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται,

ἐκ

ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ υἱοῦ. *Profunditur, hoc est procedit ex Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium.*

Dicunt Schismatici. Non conuenire aduersus veritatem tam manifeste mentiri, & post tot demonstrationes existimare, Cyrillum opinari, ex Filio esse Spiritum sanctum, assereréque ad obiecta Theodoreti taciturnitatem seruasse, cum tamen ipse tot dictarit, & semetipsum calumnia omni superiorem ostenderit, adeo vt neque Theodoretus contradixerit, sed tantum fassus fuerit, Cyrillum a suis minime discordem esse: suspicionis vero causam non ad sententiam, sed ad voces Cyrilli conuertisse, quasi ille non esset satis ad sua cogitata promenda. Hoc scilicet innuit, dum scribit concordiam splendide admodum in Epistola deprædicans, *Rectitudinem in scriptis Cyrilli deprehendentes hymnis laudauimus eum, qui balbutientes linguas sanauit, & dissonam vocem in dulcem harmoniam & consonam conuertit.* Adde, similia proferre, esse ignorantis & Epistolæ scopum, & quæ in ea continentur Capita, & quot numero, & virtute qualia, & ad quod ex Capitibus Nestorij vnumquodque respondeat, & cui ex Anathematismis conueniat. Qui enim ista percurrit, opus est eum omnia hæc curiose diligenterque addi-

ſcere in mentem reuocantem eiuſdem Cyrilli verba in Theſauris; *Oportet eum qui diuinas Scripturas interpretatur, tempus obſeruare, quo quidquid exprimitur dicitur, & perſonam a qua, & per quam, aut de qua enunciatur. Sic enim ſententia abſque errore ſeruabitur apud eos, qui rectam intelligentiam ambiunt*. Δεῖ τὸν εἰς ἔρευναν τῶν θείων ἐμβαίνοντα γραφῶν, τὸν καιρὸν ἐπιτηρεῖν, καθ' ὃν λέγεται τὸ δηλούμενον, καὶ πρόσωπον παρ' οὗ, ἢ δι' οὗ, ἢ περὶ οὗ λέγεται. οὕτω γὰρ ἂν ἀπλανὴς ἡ διάνοια φυλαχθείη τοῖς ὀρθῶς ἐθέλουσι νοεῖν. Quodſi ad iam numerata diſcernenda ſeipſos ineptos fateantur: attamen Epiſtolam illam ignorare non debent, qui eam in ſuam defenſionem adducunt. Neque enim illa eſt, qua in pleno Concilio lecta, Synodus exclamauit ſe credere; illa quippe eſt ſecunda ad Neſtorium, hæc vero ad eundem tertia, de qua hoc ſolummodo Patres dixerunt, iuſtum eſſe conuenienſque inter alia Synodi acta recenſeri, quod & de Epiſtolis Celeſtini, Capreoli, aliorumque multorum faciendum putarunt. Illud verò de proceſſione Spiritus ſancti, eum nempe non eſſe ex Filio, ſilentio Patres præteriiſſe, non ſanum dogma reputantes, in illam hæſitantes amandaſſe, quod in ea Cyrillus diceret, *Profundi Spiritum a Filio non alio modo quam quo profunditur a Patre*. quod plane fabellam

olet,

olet, eſtque aduerſariorum merum commentum: Neq; enim iſta vllo in loco comperiuntur, & vna cum mendacio id fieri nequiuiſſe, argumenta certa euincunt. Neque enim prius Synodus hanc Epiſtolam, de qua ſimilia comminiſcuntur, approbauit, tum de proceſſione Spiritus, eum ſcilicet ex Filio non eſſe calculum tulit, vt ipſi ſibi ſimilia quomodocunque poſſint fingere, ſed oppoſitum, poſtquam de Symbolo bene ſibi placita decreuit, eaque regulam Eccleſiæ propoſuiſſet, tempore ſic elapſo hanc Epiſtolam legerunt. Quare quæ antea diximus velle, ea eſt velle quæ fieri nequeunt. Neq; enim in eam Epiſtolam pro illis, quæ in dubio erant, amandaſſet, quam neque in principio ipſa legerat. Et hæc vera eſſe manifeſto colligitur ex ipſa Synodo.

CAPVT XV.

Profuſio Spiritus ex Filio non eſt proceſſio: & explicatur hoc idem fuſius.

PRæterea neque Cyrilli opinio fuit, *Spiritum ſanctum ex Filio procedere*: neque neceſſarium eſt, *profundi* loco illius *procedere* intelligi. Et quid, inquiunt, neceſſarium non eſſe? Prorſus neceſſarium eſt, eum non

intelligi hic hoc modo. Nam huiusce Epistolæ propositum ita se habet. Aduersus Nestorium fuit nonnullorum opinio, quæ contraria illius placitis omnia insinuaret, ita vt quædam vti Apostolica decreta acciperet, alia vti non recte dicta vitaret. quæ cum diuiderentur in Capita duodecim, Caput hoc Epistolæ cum vndecimum sit, quod Latini inde euellentes nobis opponunt, aduersatur nono Anathematismo, quemadmodum & alia singulis Anathematismis. Tradente quippe Nestorio de Christo, *eum purum esse hominem, & virtute Spiritus vti aliena ad mira facienda vsum fuisse, & Spiritus participem fuisse eodem modo, quo & alij:* his contra opponens Cyrillus veritatis dogmata, ait; Οὐκ ἔστιν ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ ἅγιον. *Non est alienus ab ipso Spiritus sanctus*, secundum essentiam videlicet. Hoc enim ipse addit seipsum exponens Epistola ad Antiochenum Ioannem, de hoc eodem ibi quoque scribens. Postmodum dicti sui ratione ex Scriptura desumpta, Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστιν ἀλήθεια ὁ Χριστὸς, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. *Nanque Spiritus veritatis nuncupatus est, & est veritas Christus, & profunditur ab ipso, eodem ipso modo, quo & a Patre profunditur*, Sanctis nempe Dona Spiritus sancti innuit. Quinetiam & hac eadem

dem

dem Epiſtola continetur Neſtorij abdicatio, vt diximus, Capitibus duodecim, omnes falſas illius opiniones infamans, vt ſexta Synodus ait, in illis nihil eſt, neque de proceſſione Spiritus, neque aliud, quod tractet de Deo, ſed omnia circa Incarnationem verſantur. Poſtmodum dictum hoc eſt ænigmati non abſimile: ſi Neſtorio Cyrillus ſcribens reprehendit eum de proceſſione Spiritus ſancti in illis Commentarijs, in quibus nihil tale eſt. In qua enim Epiſtola Neſtorij, contra quas ſcribit Cyrillus id continetur? Cum vero in Synodo palam legatur, *Spiritum ſanctum non procedere ex Filio*, vel, *Impium blaſphemumque eſſe, ſi quis exiſtimat Spiritum ex Filio procedere*. Quod inſinuat Theodoretus Cyrillo, tum vna cum Synodo Cyrillus tacet, rurſuſque priuatim tacet, cum de eo otio ſuo vtens pertractat, neque id ſolum, ſed etiam dum cum Theodoretianis concordat ibidem allatis, & calumniam pati ſe dicit, ſiquis ſimilia de ſe exiſtimauerit: tum demum teſtis eſt, Orientales Epiſcopos, quorum caput erat Theodoretus, & diuinæ Scripturæ, & traditionibus Apoſtolicis concordem fidem tenere, nulloque vnquam tempore impia Neſtorij dogmata aliquid feciſſe. Mirumque prope eſt, quam ob cauſam cum innumera prope dictaſſet Cyrillus

de

de Incarnatione antea, tot vero Celestinus, non satis fuerint Synodo, sed rursus pluribus alijs atque alijs in Nestorium adduxerunt, demonstrationibus & testimonijs Patrum confirmatis, de processione vero Spiritus breue hoc, ideoque non admodum manifestum Cyrilli dictum absque vlla demonstratione contra tantam blasphemiam satis habuerint.

Quinimo cum dictum hoc vnum ex Anathematismis respiciat, pro quo Cyrillus Theodoreto respondens, quia blasphemum iudicabat, *Spiritum ex Filio procedere*, consentit, quomodo quod blasphemum, atque impium accepit, exponitque ipse pluribus suum dictum, opinari licet, eundem in breuibus eiusmodi verbis, vt sanum accipere, cum oppositum magis necessarium sit, & obscura manifestioribus definiri? Quodsi Theodoretus post responsiones, vt demonstratum est, admodum clare testatur, Cyrillum non opinari, Spiritum ex Filio existentiam habere, annon plane probrum est, Theodoreto contradicere, cum quo de hoc argumento tot sermones Cyrillus habuit, vt vniuersus Orbis in partes discerpi periclitaretur, ni ipse adueniens perpulchras illas responsiones concinnasset, scriptoque tradidisset?

Di-

Dicere diuinum Cyrillum, *profundi* loco illius *procedere* accepisse, sacrum exponentem Symbolum, cum scribit, *Profunditur, id est procedit Spiritus sanctus ex Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium*, palam ostendit, *profundi* non loco illius *procedere* solummodo poni, sed de alijs etiam affirmari: hoc vero fuerit *suppeditari*. Aut quam ob rem *profundi* dicens, illud *procedere* pro explicatione apposuit, si vbicunque effundi procedere significaret. Et præ his per Ioëlem Deus dicit; *Effundam in postremis diebus de Spiritu meo in omnem carnem*. & Paulus ad Titum; *Saluauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, ex quo effudit in nos abundanter per Iesum Christum Saluatorem nostrum*. Neque quispiam asseuerabit, hæc posita esse loco illius *procedere*, si sanus esse voluerit. Item per diuisionem direxisse Cyrillum orationem, dixisseque de Spiritu sancto, *Effunditur quidem, id est procedit ex Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium*; annon sentientis est, ex Patre solo existentiam habere Spiritum sanctum? Nanque cum Patri & Filio communis sit suppeditatio Spiritus, si commune quid esset & processio temere apposita esset diuisio, & verbi *profundi* interpretatio, & præter communem vsum dictorum enunciatio

tio: diuerſa quippe nonnulla, ſed ad duas perſonas pertinentia, coniunctionibus ſeparare, & vni quidem alterum accommodare, alteri vero aliud Græcorum lingua non patitur. Nanq; ſi quis de Petro & Paulo, cum vterque ſit Apoſtolus & Martyr, verba faciens, ita Orationem efformaret, *Petrus quidem Apoſtolus, Paulus vero Martyr*, næ ille neque lingua, neque mente ſanus eſſe reputaretur. Pari modo neque *Periclem quidem exercitus Ducem, Themiſtoclem vero Oratorem*: Vtrique enim vtrumque eadem ratione ineſt. Et hæc quidem cum non ignoraſſent Chriſtianæ Theologiæ auctores, hanc diuiſionis formulam ſæpius in rebus diuinis vſurparunt, diuinitatis principes perſonas diſcernentes. Quare diuinus Dionyſius ſermone de vnione & ſegregatione ſcribit; Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶ πηγαία θεότης ὁ πατὴρ. ὁ δὲ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη, καὶ ὑπερούσια φῶτα πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν. *Rurſus a Scripturis ſacris accepimus, Patrem quidem eſſe originem in diuinis, Filium vero & Spiritum ſanctum quaſi Dei prolem, vel ſi dictu fas ſit, quaſi germina diuina ac lumina ſuperſubſtantialia exiſtere*. Et Nicæna prima Synodus; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ ἐστι τοῦ υἱοῦ. *Spiritus ſanctus procedit quidem ex Patre pro-*

proprius vero est Filij: Et Basilius Epistola ad Gregorium fratrem; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ υἱοῦ μὲν εἴρηται, ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται. *Spiritus sanctus Filij quidem dicitur, cui inseparabiliter adnectitur, paternæ vero causæ adglutinatum habet esse, & inde procedit.* Rursumque; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μετὰ τοῦ υἱοῦ καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεται, ἐκ δὲ τοῦ πατρὸς ὑφέστηκεν. *Spiritus sanctus cum Filio & cum eodem agnoscitur, ex Patre vero subsistit.* Et Nyssenus Gregorius in Antirrheticis; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ υἱοῦ συνημμένως καταλαμβάνεται, οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱὸν, ὡς ποτὲ τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ πνεύματος νοηθῆναι, ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι. ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς, διὰ δὲ τοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν. *Spiritus sanctus per Filium coniunctim intelligitur, non posterius existens secundum existentiam post Filium: ita vt aliquando vnigenitus absque Spiritu intelligatur: sed ex omnium Deo etiam ipse causam sui habens, vnde quoque vnigenitum lumen est, per lumen vero elucens.* Nec non; Οὐχὶ ἀκτῖνα ἐξ ἡλίου νοήσομεν, ἀλλ' ἐξ ἀγεννήτου ἡλίου ἄλλον ἥλιον ὁμοῦ τῇ πρώτῃ ἐπινοίᾳ γεννητῶς αὐτῷ συνεκλάμποντα, καὶ κατὰ πάντα ὡσαύτως ἔχοντα κάλλει, δυνάμει, λαμπηδόνι, φαιδρότητι, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς περὶ τὸν ἥλιον θεωρουμένοις. *Non radium ex Sole intelligimus, sed ex ingeni-*

to

to Sole alium Solem, Filium ſcilicet ſimul prima intellectione per generationem vna cum ipſo effulgentem, eidemque per omnia æqualem pulchritudine, virtute, ſplendore, magnitudine, claritate, & vno verbo omnibus, quæ Soli ineſſe cernuntur. Et ſubdit, Ἕτερον τοιοῦτον φῶς κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐ χρονικῷ τινὶ διαστήματι τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἀποτεμνόμενον, ἀλλὰ δι᾽ αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτός. *Et rurſus aliud lumen ſimile Spiritum, eodem modo, non temporis aliquo interuallo a genito lumine diſſectum, ſed per illud ſplendens, ac hypoſtaſeos cauſam habens ex primo illo ac exemplari lumine.* Necnon Cyrillus libris ad Hermiam de Spiritu ſancto; Πρόεισι μὲν ἐξ ἰδίας αὐτὸ φύσεως ὁ πατὴρ, χορηγεῖ δὲ τοῖς ἀξίοις καὶ αὐτὸς ὁ υἱός. *Emittit quidem illum ex propria natura Pater, elargitur vero dignis & ipſe Filius.* Si dicant, nihil eſſe impedimento, quin diuerſa nonnulla duabus aut tribus perſonis inhærentia coniunctionibus vnum ab alio ſeparari, cum Nazianzenus Gregorius Oratione de Theologia ita ſermonem diſponat; Προστησάμενοι τοῦ λόγου τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥστε τὸν μὲν εὐδοκεῖν, τὸν δὲ συνεργεῖν, τὸ δὲ ἐμπνεῖν. *Orationis principium Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum conſtituentes, ita vt hic quidem aſſenſum præbeat, hic vero cooperetur, ille inſpiret,* nihil

con-

concludunt. Non enim aliter se habet, vt si quis diceret; assensum præbere quidem Patrem, præbere vero Filium, & præbere Spiritum sanctum: quod moris est Græcorum, aut in ijsdem semper orationem afferre, aut in ijs, quæ non admodum diuersa sunt, quemadmodum dictum hoc Theologi se habet, expressione tantum vocum aliud tinnientium, sed significatu idem, aut parum diuersum exprimentium; patetque palam, cum vnum pro alio sumatur. Nanque εὐδοκεῖν συνεργεῖν est, & inspirare, & συνεργεῖν εὐδοκεῖν, & ἐμπνεῖν, & εὐδοκεῖν καὶ συνεργεῖν, si quis ea in Deo consideret.

CAPVT XVI.

Spiritum sanctum ex Filio non procedere indicatum fuit in Synodo commune Ecclesiæ dogma.

COmmune itaque Ecclesiæ dogma iudicatum fuisse, *Spiritum sanctum non procedere ex Filio*, & approbato hoc articulo factam esse Ecclesiarum Orientalium, aliarumque vbicunque locorum sitæ sunt vnionem, iam dictis satis manifestum remanet, & propriam hanc fuisse Cyrilli opinionem, & modis omnibus suspicionem, quam de eo Orien-

Orientales habuerant, eum nempe ſentire, ex Filio procedere Spiritum, de medio tuliſſe. Dirum ſiquidem tum exiſtimabatur, ſi quis Patris propria communia eſſe Filio opinaretur. quod etiam ex eodem Cyrillo clarum fit. Nanque expoſitione in Euangelium Lucæ cap. 39. diuinam Domini vocem exponens, *Si in digito Dei eijcio Dæmonia*, ſcribit. Ἐπειδή φησι τὸ παρ' ὑμῶν λεγόμενον οὐκ ἀληθὲς, ἕωλον δὲ μᾶλλον ἐστὶ, καὶ κατεψευσμένον, ἀλλὰ καὶ συκοφαντίας ἔχον γραφὴν, πρόδηλον ὅτι ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. δάκτυλον δὲ Θεοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα φησί. χεὶρ μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ βραχίων ὠνόμασται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐνεργεῖ δὲ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ. ἐνεργεῖ δὲ ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς ἐν πνεύματι. ὥσπερ οὖν ὁ δάκτυλος ἀπήρτηται τῆς χειρὸς, οὐκ ἀλλότριος ὢν αὐτῆς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ φυσικῶς. οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ τῆς ὁμοουσιότητος λόγῳ συνῆπται πρὸς ἕνωσιν τῷ υἱῷ, κἂν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορεύεται. *Quandoquidem ait quod a vobis dicitur verum non eſt, ſed vanum potius ſit & mendacio innitatur, imo & calumniæ crimen non effugit; manifeſtum eſt, me in digito Dei eijcere Dæmonia. digitum autem Dei Spiritum ſanctum vocat: manus ſiquidem ipſe & brachium Dei & Patris nuncupatus eſt. efficit vero omnia per ipſum; operatur vero ſimiliter & Filius in Spiritu. Quemadmodum itaque digitus pendet e manu, non alienus ab ea,*

ſed

ſed in ipſa naturaliter exiſtens, pari modo & Spiritus ſanctus ratione conſubſtantialitatis coniunctus eſt Filio, licet ex Patre & Deo procedat. Quodſi ex Filio Spiritum procedere ſciret, quomodo non temere adieciſſet verba illa, *Licet ex Deo & Patre procedat?*

CAPVT XVII.

Symbolum oblatum a Chariſio Synodo non eſſe Neſtorij, ſed Theodori Mopſueſteni.

HI ſunt conatus & machinæ Schiſmaticorum, quibus ſibi videntur dimouere poſſe rectum Eccleſiæ dogma de proceſſione Spiritus ſancti etiam ex Filio, quaſi ipſa Synodus Epheſina, & eximius Eccleſiæ Doctor opitulentur. Sed liceat, vti ipſis licuit falſa, vera mihi enuntiare. Non omnia ſunt, vt dicunt, & etiam, cum cauſa non eſt, ſæpius mentiuntur, & ampliter; vt prætercam loquacitatem, ne dicam garrulitatem, qua inferciunt omnia, & cum volunt diſerte ſapere, abſque vlla menſura deblaterant, & porrectis ſermonibus, & legentibus & audientibus moleſtiam & nauſeam ingerunt. Verbis ingenia obtundere, vocibus vincere, clamoribus contendere, proprium Schiſmaticorum eſt: ſi pondera rerum conſide-

fiderentur, cum nihil habeant, vel muti sunt, vel porrectiori fronte nimis tinniunt, ac perstrepunt. Poterant hi vel vna pagina se expedire, & suæ causæ defensionem, si quæ erat, tueri. Ne tamen ipse rationes eorum in compendium redigendo, vel mutilasse, vel immutasse, & non ita vt ipsi in medium attulisse dicar, vti ab ipsis digestæ sunt, eorundem verbis, & ad fastidium vsque loquacitate scripto protuli. Nunc singula considerate excutiamus.

Et ante alia, quod ipsi Nestorij Symbolum fuisse tradunt, Nestorij non est, sed Theodori Mopsuesteni, Nestorij Magistri, licet id inficiatur Facundus Episcopus Hermianensis pro defensione trium Capitulorum Concilij Chalcedonensis lib. 3. *Quibus ego hoc compendiose respondeo, quod istud Symbolum, in quo negatam perhibent Trinitatem, priorum testimonio affirmetur non esse Theodori.* Sub Theodori tamen nomine Expositionem hanc, siue Symbolum in Concilio Ephesino condemnatum fuisse, in Concilio V. Generali Collat. 6. legimus. *Epistola laudat Theodorum, qui super alias innumerabiles blasphemias ausus est, & impium exponere Symbolum, in quo aliud dicit Verbum Dei, & aliud Christum; & anathematizat idem Theodorus eos, qui non secundum sceleratum quasi Symbolum ipsius sapiunt,*

piunt, vt secundum insaniam ipsius omnes sanctos Patres & Doctores Ecclesiæ condemnaret. Hoc autem Symbolum in Ephesino primo Concilio prolatum anathematizatum est, cum suo Scriptore. Et Iustinianus Imperator in professione suæ fidei aduersus tria Capitula. Τοῦτο δὲ τὸ ἀσεβὲς Θεοδώρου Σύμβολον, καὶ ἐν τῇ κατ᾽ Ἔφεσον πρώτῃ Συνόδῳ προκομισθὲν, καὶ ἐν Χαλκηδόνι ἀναγνωσθὲν ὑφ᾽ ἑκατέρας Συνόδου μετὰ τοῦ ἐκθεμένου, καὶ τῶν δεξαμένων αὐτὸ κατεκρίθη. *Hoc autem Theodori impium Symbolum, & in Ephesina prima Synodo prolatum, & in Chalcedonensi recitatum ab vtraque Synodo cum eius expositore, & ijs qui illud suscipiunt condemnatum est.* Condemnatio facta in Ephesino fuit; Κατὰ τὸν ἴσον τρόπον εἰ φωραθεῖεν τινὲς, εἴτε Ἐπίσκοποι, εἴτε Κληρικοὶ φρονοῦντες, ἢ διδάσκοντες τὰ ἐν τῇ προκομισθείσῃ ἐκθέσει παρὰ Χαρισίου πρεσβυτέρου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τὰ μιαρὰ καὶ διεστραμμένα Νεστορίου δόγματα, ἃ καὶ ὑποτέτακται, ὑποκείσθωσαν τῇ ἀποφάσει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου. ὥστε δηλονότι τὸν μὲν Ἐπίσκοπον ἀλλοτριοῦσθαι τῆς Ἐπισκοπῆς. &c. *Simili etiam modo si inuenti fuerint vel Episcopi, vel Clerici, vel laici, siue sentire, siue docere ea quæ continentur in oblata Expositione a Charisio Presbytero de vnigeniti Filij Dei Incarnatione siue scelesta, & peruersa Nestorij dogmata, quæ & subnexa sunt, subiaceat sententiæ sanctæ huius, &*

vniuerſalis Synodi, vt videlicet Epiſcopus quidem remoueatur ab Epiſcopatu. Et Cyrillus dixerat ſcribens Orientalibus; *Prolata eſt in ſancta Synodo Epheſina Definitio velut a Theodoro depoſita, ſicuti offerentes dicebant*: Quare ridiculus plane videtur Facundus, cum ſcribit contra Cyrillum, *Falſum ergo eſt quod dixit, apud Synodum Epheſinam Theodori Symbolum cum ſuo Scriptore damnatum*. Cum parum interſit, an præfixum nomen Neſtorij, vel Theodori in Expoſitione Symboli ſit, cum conſtet, verba prolata tum in Synodo Epheſina eadem verbo tenus eſſe, & Theodoro & Neſtorio appingantur: & quod ſub Neſtorij nomine aliquando innotuit, id idem poſtmodum, cum Theodorum præſeferat, ſub Theodori nomine dicere damnatum fuiſſe. Sed ſiue Theodori, ſiue Neſtorij fuerit illa expoſitio Fidei, cum praua ſit ac diſtorta, licet voce confiteatur dictionem Nicæni Symboli, vt Cyrillus tradit Epiſtola ad Neſtorium, in Synodo Epheſina condemnata fuit, & poſtea in quinta Generali poſt lectam prædictam Expoſitionem a Patribus, & ſancta ipſa Synodo clamatum eſt. *Et poſtquam lectæ ſunt blaſphemiæ Theodori Mopſueſtani, & impium eius Symbolum, ſancta Synodus exclamauit; Hoc Symbolum Satanas compoſuit. Anathema ei qui hoc Symbolum compoſuit.*

ſuit. Hoc Symbolum Epheſina prima Synodus vna cum Auctore eius anathematizauit. Et non verentur Schiſmatici ex hoc Symbolo a duobus Concilijs œcumenicis condemnato vna cum ſuo Auctore, ex hoc Symbolo a Satana compoſito, ſuis dogmatibus fundamenta ponere, firmareque ea ac conſtabilire, Hæreticorum hominum dicto, & Satanæ compoſitione? Abeat nunc Chriſtus: abeat nunc Petra Eccleſiæ, ſuper quam Eccleſiam ſuam ædificare promiſerat: valeat ſanctorum Patrum auctoritas: Doctorum Eccleſiæ ſcripta concrementur, quando iam nunc Schiſmatici pulſo Chriſto, confoſſa Petra alia ſuperinducunt fundamenta, & alias rectæ, vt ipſi putant, fidei eriſmas ſubſtituunt. Et quænam illæ ſunt? Hæreſiarchæ, Sectarij, pudet dicere, Satanas. Caueas o Schiſmatice, qui tua ex ſimilibus probare conaris, ne de te illud intelligatur Hieremiæ: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* De Hæreticis ſermonem eſſe Chryſoſtomus, Irenæus, Cyrillus, Athanaſius, alijq; tradunt, qui non participant Spiritum Dei, neque a mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Chriſti procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detri-

tos de fossis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem Ecclesiæ. *An dici potest maius argumentum malitiæ*, dicebat Basilius in Esaiam, *quam ab eo deficere, qui vere bonus est.* Aspernantur Christum, repudiant Patres, illudunt auctoritati Ecclesiæ, & sequuntur Diabolum, cum Nestoriani vel Theodoriani Symboli verba sequuntur, quæ Satanas composuit. Non sunt Allatij commenta: voces sunt V. œcumenicæ Synodi, cui non credere piaculum est.

CAPVT XVIII.

Non sequi, Synodus non reprobauit, ergo approbauit.

SEd dictum in Symbolo, *Spiritum non habere existentiam ex Filio*, postqum examinasset accurate Symboli omnia Synodus non reprobauit, neque signauit. Esto. quid præterea? ergo probauit. Lepidam plane conclusionem! Ergo quidquid non reprobatur, approbatur. Multa sunt in Commentarijs allatis in Synodis, de quibus Synodi silent, vel quia ad rem, de qua tum sermo est, minime faciunt, vel quia obscure prolata sententiam ad amussim non exprimunt, vel quia, vtcunque res se habeat, nondum pa-

lam & apud plerosque in contentionem veniunt, vel turbas in Ecclesia concitant, vel quia etiam in bonum sensum intorqueri possunt. Quare cum eo tempore Nestoriana Hæresis de Incarnatione tantum Ecclesiam vniuersam conturbaret, & scriptis quacunque dimissis fidelium animos inficeret, & Catholicorum priuatis admonitionibus non acquiesceret, coacta est Synodus Ephesina, in qua inter alia scripta lectum est & hoc Symbolum, continens expositionem tum de rebus diuinis, tum de Incarnatione. Dogmata de rebus diuinis in eo contenta nondum innotuerant Patribus, cum in quæstionem vocata non essent: in impia vero & blasphema de Incarnatione antea publicata, & tum recens in Symbolo inculcata conspicientes, animumque figentes reprobarunt. Silent ergo de rebus diuinis, de rebus Incarnationis determinant. *Non dixerunt omnia in vniuersum, quæ continentur in Symbolo: tum enim Theologica quoque conclusissent.* Et ex verbis Concilij apertissimum est, dicta tantum de Incarnatione examinasse reprobasseque, Theologica non curasse. Κατὰ τὸν ἴσον τρόπον εἰ φωραθεῖεν τινὲς φρονοῦντες, ἢ διδάσκοντες τὰ ἐν τῇ προσκομισθείσῃ ἐκθέσει παρὰ Χαρισίου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τὰ μιαρὰ καὶ διεστραμμένα δόγματα Νεστορίου. Si-

mili etiam modo si qui inuenti fuerint siue sentire siue docere ea quæ continentur in oblata expositione a Charisio de vnigeniti Filij Dei incarnatione, nempe scelerata & peruersa Nestorij dogmata. Ergo solum quæ de Incarnatione vnigeniti Dei Filij dictarat Nestorius, Patres examinantes sententiam tulerunt: alia vero, cum de illis nulla esset disquisitio, intacta reliquerunt. Quare male argutantur qui dicunt, illa tantum de Incarnatione damnata fuisse; Ergo Synodus approbauit, quæ præter dogmata de Incarnatione pronunciauit Nestorius. Et quamuis Synodus iusserit firma ac stabilia debere esse pœnis etiam scriptis, quæ ipsa in Synodo pertractauerat, non de rebus omnibus intelligi debet, sed tantum de ijs, quæ ipsa suo decreto, & circa dogmata Nestorij de Incarnatione definierat. Sic etiam, licet semper Patres eadem dogmata referunt, easdemque causas commemorant condemnationis Nestorij, & eadem assertione tradat Nestorius & sua de Incarnatione dogmata, & Spiritum sanctum non habere suam existentiam per Filium, non inde tamen sequitur, Patres quoque Concilij eodem modo dicta Nestorij de Deo, vti ea, quæ de Incarnatione dixerat, examinasse: sicq; decreuisse, vt quæ ipsi non damnassent, ab alijs vti recta reciperentur.

Sed

Sed cum dignum anathemate sit dogma, *Non procedere Spiritum ex Filio*, quare Synodus non postulauit a Nestorio, vt illud quoque anathemati traderet, cum illi singula anathemati tradenda indicauit? Dicimus verba Nestorij sic prolata eo temporis, cum nondum certum de processione Spiritus ex Filio aliquid determinatum esset, in Ecclesia vti indifferens & ambiguum neglexisse. Nunc post tot Concilia & Ecclesiæ determinationes blasphemum atque impium reputari. Nihil ergo dilemmate illo concluditur, dictum Nestorij de processione aut erat dignum anathemate, aut sanum. Cum enim determinatum non esset, neque alias condemnatum, neque tum debuit, nisi accuratiori examini subactum condemnari vel approbari, quod vel tempus vel rerum momenta aliud vrgerent. Demetrius Cydonius; Πρῶτον μὲν ὡς οὐκ ἄντικρυς τὴν περὶ τοῦ πνεύματος συκοφαντίαν ὁ Νεστόριος προϊσχόμενος τὴν Ἐκκλησίαν ἐτάραττεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν προσθήκης ἔλεγε μέρει. τὸ δ' ἀληθὲς, καὶ ὃ μᾶλλον ἐσπούδαζε, καὶ πρὸς ὃ πάντα ἠρτύετο, τὴν ἐπὶ Χριστοῦ τῶν προσώπων ἐμηχανᾶτο διαίρεσιν. αὐτὸν ἄντικρυς τὸν τῆς πίστεως θεμέλιον ὑποσπῶν, καὶ τὸ καθ' αὐτὸν τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα πείθων ἀρνεῖσθαι. *Primum quidem, quod non aperte de Spiritu calumniam Nestorius proferens Ecclesiam perturbabat, sed illud per addi-*

tionem assuebat ; re tamen vera, & qui erat præcipuus illius scopus, & ad quod omnes illius conatus conferebantur, personarum in Christo diuisionem machinabatur, ipsa fidei disijciens aperte fundamenta, & Christi diuinitatem, quantum in eo erat, persuadens negare. Quod dicunt Sextam Synodum id approbasse, cum Epistolæ Cyrilli contra Nestorium mentionem facit, falsum est. Neque enim illa Synodus ea Sectione mentionem fecit Cyrillianæ Epistolæ, cum in Synodico Sophronij Hierosolymitani ea mentio sit. Neque quia acceptantur Anathematismi Cyrilli a Sophronio, in quibus tantum de Incarnatione agitur, nec de processione verbum vllum fit; ergo quidquid dixit Nestorius de processione admittitur. Verba plane sunt. Ibi de Incarnatione agens Sophronius dicit; *Omnem Nestorij malitiam a Cyrillo duodecim Capitibus æquinumeris sanctorum Apostolorum carbonibus exussisse.* Quare male concluditur, quia in Capitibus non condemnatur quod dixit Nestorius de processione Spiritus; ergo non procedere ex Filio Spiritum sanctum sanum dogma iudicatum fuit. Adde, Synodum VI. probasse probata ab Ephesina, & Cyrillo; sed Ephesina & Cyrillus probarunt, Spiritum ex Filio, vt patebit. Ergo Synodus VI. non confirmauit sententiam Nestorij. CA-

CAPVT XIX.

Silentio suo Synodum non approbasse sententiam Nestorij.

QVodsi procedit Spiritus ex Filio, *actum iam est de sanctis Ecclesiæ Doctoribus*. In Synodo dogma impium propositum est. Patres obmutuerunt. non correxerunt. non condemnarunt; ergo animarum carnifices, & salutis humanæ hostes fuêre. Cum fides læditur, atque in discrimen adducitur, silentium & potissimum in Synodis periculosum est, noxium est. qui tacet homicida est, peior hæretico ipso asserendus est. pro veritate enim confirmanda clamandum est. nullus respectus habendus est Regibus. parentes, liberi, affines, amici repudiandi sunt; vita proijcienda; sanguis quoque, si se occasio tulerit, profundendus. Non aliorum sed Cyrilli ipsius, qui Synodo præfuit, qui Synodum direxit, qui Nestorij dogmata omnia curiosissime excussit, verba sunt. Ita est. poterant etiam addere Proclum, cuius verba prolixiora sunt, consideranda tamen Epistola ad Antiochenum Ioannem, quæ in Collat. V. Synodi sexta integra lecta est, & tantæ auctoritatis ac ponderis fuit, vt sola ad Ibæ damna-

mnationem suffecisse visa sit. *Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & socordia Præpositi rapinam factos, faucibus lupi voracis hominum irrecusabilis damnationis experimentum minitatur dormitanti, mercenarium non pastorem, desidiosum & dissolutum Scriptura vocante: quomodo non per omnia iustum est, studiosum quidem in talibus persequi, desidiosum vero in vrgentibus effugitare? In eodem enim vtraque similia ad vituperationem existunt & irrecusabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipse negligenter viuit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum: & quod peccantes in fidem, & delinquentes in vitam non statim corrigit, licet despiciens extra tale supplicium non est constitutus. Eiusmodi vero exemplum non ex me refingo, sed ex diuinis Scripturis eruditus scribo. Heli ille ætate fatigatus, & in Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem non operabatur, quæ pueri audebant; cooperabatur vero illis, postquam non prohibebat peccantes: quoniam secundum veram rationem non prohibere flagitia, agenti cognatum est. Et iterum pueri actionibus gradum iniuriantes indignos se per quæ peccabant, Sacerdotio demonstrantes, non solum eis quibus operabantur, cadebant; sed enim & ad peccandum alios euocabant, imaginem peccati sese æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum est supplicium,*

cium, & eis qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit socordia: filijs autem perniciem intulit inemendatio: & senex in iuuenum tempestate naufragium passus est, pro quibus affectum non gubernauit increpatione. Ita oportet, Religiosissime, eum qui sortitus est praesse populo, & tenere habenas Sacerdotis, non solum procurare, quomodo ipse probus appareat, sed vt & quod ab ipso dicitur sit purum ab omni vituperatione. Et Synodi V. decretum in Definitione. *Cum sit omnibus fidelibus manifestum, quod quando de fide ratio moueatur, non solum impius condemnatur, sed etiam ille, qui potest quidem prohibere impietatem, negligit vero aliorum corruptionem.* Consentire siquidem videtur, qui cum potest, & ex officio tenetur, non prohibet flagitium. Et hæc quidem de hoc commentitio aduersus sanctissimos Viros iniuriose, vt eorum mos est, perstrepunt. Qui enim tacuisse dicendi sunt, cum Cyrillus non ad alienos aut exteros scribens, sed ad eundem Nestorium dogma ipsum Nestorij de processione Spiritus explicat, corrigit, & damnat? Sed quare Patres siluerunt? cum ego in secreta eorum non peruenerim: neque enim illi dicendi sunt, causam adeo grauem fidei neglexisse, dicant qui se Patribus sapientiores esse reputant Schismatici,

& ex-

&excuſent, vt ſibi lubet, Patres, ſi modo Patres ſuos non abnegant, vt ſeipſos ſupponant, & dogmata pro libitu diſſeminent. Ego Cyrillum ſequor. Neque Cyrillo prudentior, aut orthodoxæ fidei amantior eſſe autumo. Quid vero Cyrillus de hoc ſilentio ſtatuit? Audiatur. Nanque cum Clerici Conſtantinopolitani mutuis diſſidijs inter ſe conflictarentur, quod Synodus *Deiparæ* vocis nullam vſquam mentionem feciſſe agnoſceretur, ſcribit ad eoſdem; Ἐγὼ δὲ γέγραφα, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐμνήσθη ἡ Σύνοδος τῆς λέξεως, καλῶς ἐποίησεν. οὔπω γὰρ ἐκινήθη τοιοῦτόν τι κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ. διὸ οὔτε ἦν ἀνάγκη τὰ μὴ ζητούμενα φέρειν εἰς μέσον. *Ego vero ad hunc modum ſcripſi: quamuis Synodus voculæ huius Deiparæ non meminerit, non ideo tamen officio recte functa non fuit. Per id enim tempus nihil eiuſmodi per controuerſiam adducebatur. Quare quæ tum ambigua non habebantur, ea in medium proferre nullum operepretium erat.* Quod etiam confirmauit Iuſtinianus Imperator in Confeſſione ſuæ fidei aduerſus tria Capitula pro V. Synodo; Οὐδεὶς γὰρ προσέχει τοῖς κατὰ μέρος παρά τινων λεγομένοις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς κατὰ κοινὴν συναίνεσιν παρὰ πάντων ὁριζομένοις. εἰ γὰρ κατ᾽ ἐκείνους βουληθείη τις προσέχειν ταῖς τοιαύταις ἐναντιώσεσιν, ἑκάστη Σύνοδος εὑρίσκεται ἑαυτὴν ἀνατρέπουσα. *Nemo enim attendit ea quæ per partem a quibuſdam di-*

dicuntur: sed sola illa, quæ ab omnibus communi consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere eiusmodi contrarietates, vnaquæquo Synodus inuenietur semetipsam destruens. Cum ergo tum de processione simili nulla concertatio esset in Ecclesia, Cyrillus alijque Patres Synodi Ephesinæ, licet Nestorius, quasi aliud agens, pronunciasset, *per Filium Spiritum sanctum non habere existentiam*, parum de dogmate isto soliciti, curam grauem non susceperunt. Sed quis id dicit, Patres tum silentio vsos, & rem dignam animaduersione ita incuriose præterijsse? Nilus & alij Schismatici. Sed quale est eiuscemodi testimonij pondus? Negat Cyrillus. Negant Patres Synodi. Negat antiqua ac recens, ante & post Cyrillum Ecclesia, qui vna voce omnes processionem Spiritus ex Filio aperte clamant, & nolentibus etiam Schismaticis intonant. Scribit suos Anathematismos aduersus Nestorium Cyrillus, præsentat Synodo: Synodus cum nonnulla in illis pronunciata subobscure dicta iudicasset, eorum clariorem declarationem a Cyrillo exigit. Cyrillus prompte mandata exequens Anathematismum nonum, in quo de processione Spiritus egerat, ita declarat. Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεός,

Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνε τοῦ εἶναι πατὴρ, καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον εἰργάζετο τὰς θεοσημείας. ὥστε καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς ἐπιμεμένηκε τε ὢν Θεὸς, ὥστε ἴδια δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπλήρου τὰ θαύματα. *Etsi vnigenitum Dei Verbum homo factum est, mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens: Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest proprium habens, diuinæ potentiæ signa operabatur. Quare postea, cum homo factum est, Deus etiam sic permansit, atque ita propria per Spiritum virtute miracula patrabat.* Idem Cyrillus & Synodus Alexandrina ad eundem Nestorium; Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρός. *Nam etsi Spiritus in propria persona subsistat, eatenusque in seipso consideretur, quatenus Spiritus est, & non Filius, non est tamen ab eo alienus, quandoquidem Spiritus veritatis nominatur, Christus autem veritas est: sed & perinde quoque ab illo atque a Deo Patre effunditur.* His lectis in Synodo Synodus exclamat; *Antiqua fidei dogmata confirmantur: noua & absurda excogitata, & impie diuulgata reprobantur*

tur & proſcribantur. Tum poſtmodum Neſtorius propter impias ſuas prædicationes decreto Synodi deponitur, atque ab omni Eccleſiaſtico gradu alienus eſſe declaratur. An dici potuit clarius? Quid de Spiritus proceſſione ſenſerit Neſtorius, ſiue Theodorus, parum enim refert, cuiuſcumque illud ſit, in Symbolo ſupra expoſitum eſt, *Spiritum* nempe *non habere ſuam exiſtentiam per Filium, & ex Filio*.

CAPVT XX.

Sententia Cyrilli, Spiritum ſanctum procedere etiam ex Filio.

QVid Cyrillus dixerit, in ſupradictis Cyrilli verbis apertiſſimum cernitur; *Filium omnia quæ Patris ſunt ſibi vindicare, illud tantummodo ſi excipias, Filium Patrem non eſſe, & Spiritum proprium habere, qui ex ipſo eſt, & ipſi eſſentialiter ineſt*. Et ad Neſtorium ſcribens, & ſimilia repetens, tradit, *Spiritum in propria perſona ſubſiſtere, nec alienum eſſe a Filio, cum Spiritus veritatis ſit, & Chriſtus ſit veritas, & effundi ab ipſo non alio modo, quam effunditur a Deo & Patre*. Deus effundit Spiritum vt Deus eſt & Spirator, non vt Pater: nanque ſi effunde-

ret vt Pater, esset Spiritus Filius: Filius autem non est. Est ergo alia ratione Pater productor Spiritus, alia genitor Filij, ne ambo Filij sint. Filius, vnam si excipias Paternitatis rationem, omnia possidet quæ Patris sunt, ergo etiam, ni mentitur Cyrillus, productor Spiritus est, cum non est eadem ratio paternitatis & productionis: alio enim modo generat Filium, alio producit, & spirat Spiritum sanctum. Ergo etiam Filius erit productor & spirans, si omnia quæ Patris sunt, vna excepta paternitate, possidet, & non alterius Spiritus sancti, si Trinitas immota consistit. Ergo Spiritus existentiam habebit etiam a Filio, & proprius erit Filij, & illi essentialiter inhærebit. Item. Effusio, qua profunditur Spiritus, non est generatio, neque pertinet ad paternitatem: Deus enim, qua Pater est, tantum generat, qua effusor, spirat Spiritum sanctum, & Filius possidet omnia quæ Patris sunt, excepta paternitate. Ergo possidebit etiam effusionem Spiritus, alias non recte loqueretur Cyrillus. Ergo Spiritus sanctus habet existentiam a Filio, & dictum Nestorij id negans reprobatur a Cyrillo. Et cum ista effusio essentialiter sit in Patre, essentialiter quoque erit in Filio, alias non eodem modo possideretur a Filio, essetque instrumentum, &

con-

consequenter creatura Filius & Spiritus sanctus. Ergo nihil aliud esse poterit, quam vis actiua processionis Spiritus: ideoque Spiritus habebit suam existentiam a Filio; propter eaque Spiritus veritatis nuncupatur, cum ipsa veritas Christus sit. Hæc, vt vides, Cyrilli dogmata sunt, ipsi Nestorio inculcata, & in Synodo sæpius publicata. Hæ sunt voces, hi clamores, & tu vocaliorem tubam exposcis? & ideo impudenter dicis, Cyrillum in hoc dogmate obticuisse; tantum de Incarnatione impia Nestorij dogmata reprobasse? claro sub Sole cæcutis mi homo. Quid vero Synodus ipsa? Audiatur. In Relatione de depositione Nestorij scribit; Καὶ τῇ ἐκθέσει ταύτῃ πρότερον μὲν τὰς περὶ τῆς πίστεως Ἐπιστολὰς τοῦ θεοσεβεστάτου Κυρίλλου συγκρίναντες, συμφώνους εὕρομεν τοῖς τε δόγμασι καὶ νοήμασι, καὶ κατ᾽ οὐδὲν ἀπηλλοτριωμένην τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, τῆς εὐσεβοῦς ἐκείνης ἐκθέσεως. *Ac principio quidem Cyrilli Epistolas de fide conscriptas cum hac expositione contulimus*, Nicæna scilicet, *collatisque dogmatibus ac sententijs, consentaneas comperimus, nec vlla in re doctrinam eius a pia illa expositione discrepantem*. Et Relatione ad Cælestinum Papam; Λοιπὸν ἀνεγνώσθη τὰ γραφέντα πρὸς Νεστόριον παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας Κυρίλλου, ἃ καὶ ἐδοκίμασεν ἡ ἁ-

γία Σύνοδος ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως ἔχειν, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀσύμφωνα εἶναι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἤγουν τῇ παραδοθείσῃ πίστει καὶ ἐκτεθείσῃ ἐν τῇ μεγάλῃ Συνόδῳ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς, καθὰ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης ὀρθῶς τοῦτο δογματίζασα ἐμαρτύρησεν. *Lectæ deinde sunt literæ, quas sanctissimus Deoque dilectissimus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus Cyrillus ad Nestorium scripserat, quas sancta Synodus approbauit, vt recte inculpateque exaratas, atque in nullo dissentientes diuinis scripturis, traditæ videlicet fidei, & expositæ in magna illa Synodo a sanctis Patribus, qui Nicææ Bithyniæ olim conuenerunt, sicut tua quoque sanctitas id recte probans testificata es.* Cyrillus Oratione Apologetica ad Theodosium Imperatorem; Τῇ γὰρ ἐμῇ πίστει μεμαρτύρηκε τὴν ὀρθότητα καὶ ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία, ναὶ μὴν καὶ ἡ ἁγία Σύνοδος ἡ ἐξ ἁπάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς ὑπ' οὐρανὸν συναγηγερμένης. ὅτι γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον ἔξω γεγονὼς ἀλόγως αὐτῆς τε Ἀποστολικῆς καὶ Εὐαγγελικῆς παραδόσεως, ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον τῶν ἱερῶν δογμάτων διηγαύνω τρίβον, παμψηφὶ διωμολογήκασι. καὶ τοῦτο ἐγγράφως ἐπὶ πίστεως ὑπομνημάτων ἀναγινωσκομένων τῶν παρ' ἐμοῦ γραφέντων πρὸς Νεστόριον. *Fidei nanque meæ rectitudini testimonium perhibuit & Romana Ecclesia, & sancta Synodus ex vniuerso, vt ita dicam, orbe qui sub cælo est congregata. Quod enim nulla ex parte ab Euangelica*

& Apo-

& Apostolica traditione aberrauerim: imo vero quod rectam minimeque obliquam sacrorum dogmatum semitam teneam, id postea quam Epistolas, quas ad Nestorium praescripseram, legissent, communi sententia confessi sunt omnes, & quidem scripto in ipsa fide monimentorum, rerumque gestarum. Vides hic Cyrilli Epistolas ad Nestorium collatas cum expositione Nicaenae Synodi, non leui manu sed diligenter & accurate, neque ab vno aut altero, sed a Synodo ex vniuerso fere Orbe, qui sub caelo est, & quod magis considerandum, a Romana Ecclesia examinatas discussasque inuentas fuisse concordes cum expositione Nicaena, & in nullo discrepantes a diuinis Scripturis: ideoque vti recte inculpateque exaratas approbatas fuisse? Sed in illis habetur manifestissime, Spiritum sanctum esse ex Filio, ea ipsa ratione, qua ex Patre est, non semel inculcatum; & tu dicis, Synodum neglecto de hac re Cyrilli dogmate, sententiam Nestorij, quam ille de processione Spiritus suo Symbolo inseruit, acceptasse? Hoc vero temerarium est & ingens perfidia. Sententiam Nestorij probatam contendis, solo Patrum silentio confisus; Cyrilli vero verbo laudeque probatam reijcis, quia Nestorij condemnata nō est. Apage ineptiarum. Symbolum Nestorij, siue Theodori condemna-

tum eſt, vnaque cum eo hæc illius opinio, quæ continebatur in Symbolo, cum in eo nihil eſſet ſanum, & quidquid in eo erat, fuiſſet a Synodo reprobatum. Nolo teſtem fideliorem Cyrillo, qui ad Proclum Patriarcham Conſtantinopolitanum refert; Ὅτι μὲν ἐν τοῖς συντάγμασιν αὐτοῦ εὑρίσκομεν τινὰ ἐκτόπως εἰρημένα, καὶ ἀκράτου γέμοντα δυσφημίας, οὐδενὶ τῶν τὰ ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων ἀμφίβολον. ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης, ὅτι παρενεχθείσης τῆς ἐν ἁγίᾳ Συνόδῳ ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συνταχθείσης, ὡς οἱ προσιόντες ἔφασκον, οὐδὲν ἐχούσης ὑγιές, κατεκιβδήλευσε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία Σύνοδος, ὡς διεστραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν, καὶ τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν οἱονεί πως ἀναπηγάζουσαν. καταχείνασα δὲ τῶν οὕτω φρονοῦντας, οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ αὐτὸν ἐπέθηκεν ὀνόμασι ἀναθεματισμοῦ δι' οἰκονομίαν. *Quod vero in ſcriptis eius inuenimus quædam nefaria dicta, & puræ blaſphemiæ nimis referta, nulli recte ſapientium dubium eſt. Sciat vero ſanctitas tua, quod expoſitione, quæ nihil ſani habet, ab eo compoſita, vti dicebant illi qui eam protulerunt apud ſanctam Synodum, prolata, eam quidem reprobauit ſancta Synodus, vtpote peruerſis conceptibus refertam, & Neſtorianam impietatem quaſi effluentem: eis autem qui ita ſapiunt condemnatis, diſpenſatiue nullam viri mentionem fecit, nec ipſum nominatim anathemati ſubiecit propter diſpenſationem.* Cyrillus di-

dicit, nihil ſani eam expoſitionem continere vti peruerſis conceptibus refertam, ideoque a Synodo damnatam: Schiſmatici ſomniant, vt ſuam proceſſionem defendant, tantummodo quæ de Incarnatione continebat Patres Synodi condemnaſſe, quæ vero de Deo, approbaſſe. Cyrillus oculatus teſtis, Synodi director hæc dicit, & ego credam heri aut nudius tertius poſt Synodum tot ſecula prognatis hominibus? Credant qui nihil ſani in cerebro habent.

Sed antequam ad alia progrediamur, nullo modo eſt hic ſilentio prætereunda ſupina ignorantia Nicolai Hidruntini de proceſſione Spiritus ſancti, qui de Synodis agens, in Epheſina dicit Cyrillum præfuiſſe, locumque Cæleſtini Papæ tenuiſſe, quod Cæleſtinus Neſtoriano errori implicitus in Synodo non fuerit; Ἡ δὲ τρίτη Σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ γέγονε τὸ πρότερον ἐν ᾗ παρῆσαν διακόσιοι ἅγιοι Πατέρες βασιλεύοντος Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ἧς προηγοῦντο Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, διέπων καὶ τὸν τόπον Κελεστίνου Πάπα Ῥώμης, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι ἐκεῖνον, ὡς τὰ τοῦ Νεστορίου φρονοῦντα, καθάπερ ἐκ τοῦ τετάρτου κανόνος τῆς αὐτῆς Συνόδου θεωρεῖται τοῦ λέγοντος οὕτωσι. εἴ τινες τῶν Κληρικῶν Κελεστίνῳ, ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσι καθαιρετέοι. *Tertia Synodus Epheſi prius congregata eſt, in qua aderant ducenti ſancti Patres imperante Theodoſio iuniore,*

 qui-

quibus praerant Cyrillus Alexandrinus, locum tenens Cælestini Papæ Romani, quod ille vti cum Nestorio sentiens in illam non aduenerat. Et hoc ex quarto Synodi Canone dicente manifestum est. Si qui ex Clericis Cælestino, & Nestorio consenserint, deponendi sunt. Vel nominum similitudo, vel male interpositum in Canone Cæleſtini nomen Nicolao impoſuit. Alius ſiquidem eſt Cæleſtius, alius Cæleſtinus vt animaduertunt Theodorus Balſamon in dictum Canonem, & alij, legiturque inter Codices Manuſcriptos Barberinos, animaduerſio in dicto Canone non eſſe legendum Cæleſtino, ſed Cæleſtio: Ὁ γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος Πάπας Ῥώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Nanque Cælestinus sanctus erat & orthodoxus, Papa Romanus, Cælestius vero hæreticus.* Illud equidem in homine admirandum: nam, cum poſt duas paginulas pro Chalcedonenſi Concilio edictum Marciani inſeruiſſet, & expreſſe illa verba; Καὶ ἐκείνοις δὲ τοῖς ἤδη πάλιν κατὰ τὴν Ἔφεσον ὁρισθεῖσιν, ὅτε τῆς ἀληθείας ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐπίσκοπος ἐξῆρχον. *Atque ea quæ apud Ephesum pridem statuta sunt, cum beatissimæ recordationis Cælestinus Romanæ Vrbis, & Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis Episcopi duces præerant,* non animaduerterit, alia tenuiſſe Neſtorium,

rium, alia Cæleſtinum beatæ memoriæ, & veritatis ducem; & Cæleſtinum a Cæleſtio Pelagij diſcipulo, quem ductorem, ac magiſtrum exercitus impiorum appellat Hieronymus ad Cteſiphontem multis paraſangis diuerſum eſſe. Et hæc obiter, vt quantum in eruditione valeant Schiſmatici, quiſpiam agnoſcat, dicta ſint.

CAPVT XXI.

Hæc Cyrilli ſententia probatur teſtimonio aduerſariorum.

ET cum teſtimonia ab inimicis petita efficacius probent, hoc ipſum ex Cyrilli hoſtibus confirmetur. In Epheſina Synodo poſt aduentum Ioannis Antiocheni turbis omnia complentur, quid huius cauſa fuerit, alij diligentius examinent, & Ioannes cum alijs Orientalibus indictis cum Cyrillo inimicitijs in ſuo illo Conciliabulo Cyrillum deponit, vti Apollinarij aſſeclam; Capita etiam illius vti male ſana condemnat. Acerrimum inter alia Ibæ Edeſſeni Epiſcopi odium aduerſus Cyrillum inclaruit. Sedatis poſtmodum animis, Ibas Epiſtola ad Marim Perſam, quæ recitatur in Concilio Chalcedonenſi, & in Concilio V. Oecumenico, confitetur

fitetur, damnata antea Cyrilli Capita post illius expositionem laudasse acceptasseque vti catholica. En eius verba. Ἴβας εἶπεν· Εἶπον, ὅτι εἰ μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν ἡρμήνευσε, καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ἡ Ἀνατολικὴ Σύνοδος, κἀγὼ μετὰ τοῦ ἐξάρχου μου, καὶ τῆς Ἀνατολικῆς Συνόδου ἀπηρνούμην αὐτόν. *Ibas dixit. Dixi quia nisi semetipsum interpretatus fuisset, & suscepisset, eum Orientale Concilium, & ego eum cum meo Principe, & Orientali Concilio abnegabam.* Et infra; Ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ μετὰ τὸ ἑρμηνευθῆναι αὐτοῦ τὰ Κεφάλαια ἀναθεματίσαι τὸν ἄνδρα, ὅτι καὶ τὰ γράμματα παρ' αὐτοῦ ἐδεξάμην, καὶ γράμματα αὐτῷ ἔπεμψα, καὶ κοινωνικόν με ἔχει, καὶ κοινωνικὸν αὐτὸν ἔχον. *Ego, postquam sua Capitula interpretatus est, tantum abest vt eum virum anathematizauerim, vt etiam literas ab eo acceperim, & literas ei miserim; & communicatorem me habuerit, & communicatorem eum habuerim.* Et infra; Ἕως ὅτε ἡρμήνευσεν αὐτὸν, ἐπειδὴ ἡ Ἀνατολικὴ Σύνοδος αἱρετικὸν αὐτὸν ἐκάλει, καὶ ὡς αἱρετικὸν καθεῖλε, αἱρετικὸν κἀγὼ αὐτὸν ἐνόμιζον· μετὰ τὸ ἑνωθῆναι τὰς Ἐκκλησίας, καὶ τὸν μακάριον Παῦλον ἀπελθεῖν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἀπενεγκεῖν τὴν πίστιν τῶν Ἀνατολικῶν, καὶ δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἑρμηνείαν τῶν Κεφαλαίων, πάντες κοινωνικὸν αὐτὸν ἔχομεν καὶ ὀρθόδοξον, καὶ οὐδεὶς καλεῖ αὐτὸν αἱρετικόν. *Donec semetipsum interpretatus fuisset, quia Orientale Concilium eum vocabat hereticum*

reticum, & vt hæreticum eum condemnauit, hæreticum eum & ego putabam. Poſtquam vero adunatæ ſunt Eccleſiæ, & beatus Paulus perrexit Alexandriam, Orientalium Fide portata, & ſuſcepit ab eo Capitulorum interpretationem, omnes eum communicatorem habuimus, & orthodoxum, & nullus eum appellat hæreticum. Ergo Ibas, & reliqui Orientales in Concilio Epheſino Capita Cyrilli ante expoſitionem damnata, poſt expoſitionem vti recta & pia receperunt. Tum ſic; Sed *Spiritum ex Filio*, &, *Filium cum Patre omnia communia habere, præter vnam & ſolam paternitatem*, Πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, &, πάντα ὑπάρχων ὁμογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ, in illis Capitibus poſt dictam expoſitionem Cyrilli continentur. Ergo plane in Epheſina Synodo, fautoribus Neſtorij, & Cyrilli aduerſarijs id fatentibus, ſententia illa in Symbolo Neſtorij comprehenſa, *Spiritum non habere exiſtentiam per Filium* reiecta eſt, cum oppoſita, *habere* nempe *exiſtentiam per Filium* approbata eſt. Et Schiſmatici diſtortam opinionem Neſtorij ſilentio tantum approbatam fuiſſe prætendunt, vbi omnes loquaciſſimi videntur fuiſſe.

CAPVT XXII.

Synodum ipſam Epheſinam probaſſe ſententiam Cyrilli.

ET ſecutos Cyrillum in Eccleſia Patres doctrinâ Cyrilli ſiluiſſe, nec approbaſſe dicere, proiectæ ac effrænatæ temeritatis & dementis inſcitiæ fuerit. Nanq; poſt Epheſinam ſubſecuta Synodus Chalcedonenſis eandem confirmauit, & Cyrilli ad Neſtorium Epiſtolas, eiuſque Capita vti catholica, & doctrinæ Patrum conſona, Nicænæque Synodo declarauit, & publicauit. Act. 2. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἡ γραφεῖσα πρὸς Νεστόριον, ἥ τις παρὰ πάντων τῶν ἁγίων Ἐπισκόπων τῶν ἐν Ἐφέσῳ πρότερον συναχθέντων ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου, καὶ ἐνεκρίθη, καὶ δι' ὑπογραφῆς πάντων ἐβεβαιώθη. ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἐπιστολὴ. &c. *Eſt & Epiſtola ſancti Cyrilli ſcripta ad Neſtorium, quæ ab omnibus ſanctiſſimis Epiſcopis prius in Epheſo in damnationem eiuſdem Neſtorij congregatis, & appr bata eſt, & ſubſcriptione omnium confirmata.* Et infra; Ὡς Κύριλλος, οὕτω πιστεύομεν. αἰωνία μνήμη Κυρίλλου. ὡς αἱ Ἐπιστολαὶ Κυρίλλου ἔχουσιν, οὕτω φρονοῦμεν. οὕτως ἐπιστεύσαμεν. οὕτω πιστεύομεν. *Sicut Cyrillus ita credimus. Aeterna memoria Cyrilli. Sicut Epiſtolæ Cyrilli habent, ita ſapimus. Sic credidimus,*

nius . ſic credimus. Et antea in fine Actionis primæ Iudices & Senatus dicunt; Ὁ θειότατος δεσπότης κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων Πατέρων τιή, καὶ κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ρν', τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ τὰς κανονικὰς Ἐπιστολὰς καὶ ἐκθέσεις τῶν ἁγίων Πατέρων Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἀθανασίου, Ἱλαρίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς Κυρίλλου δύο κανονικὰς Ἐπιστολὰς, τὰς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ Συνόδῳ βεβαιωθείσας, καὶ δημοσιευθείσας πιστεύει, κατ' οὐδένα τρόπον τῆς αὐτῶν πίστεως ἀναχωρῶν. *Imperator ſecundum expoſitionem in Nicæa congregatorum trecentorum decem & octo Patrum, & ſecundum expoſitionem, qui poſt eas fuerunt, centum quinquaginta, & ſecundum canonicas Epiſtolas, & Expoſitiones ſanctorum Patrum, Gregorij, Baſilij, Athanaſij, Hilarij, Ambroſij, & Cyrilli duas canonicas Epiſtolas in Epheſina prima Synodo publicatas & confirmatas, credit, nullo modo ab earum fide recedens*. Hoc idem vniuerſalis V. Synodus firmat, dum Theodoreti contra Cyrillum ſcripta anathemati tradit; *Si quis impij Theodoreti ſcriptis fauerit, quæ contra fidem rectam, & Cyrillum, duodecimque illius Capitula, quibus ipſe eadem, quæ Theodorus ac Neſtorius prædicti, ſenſiſſe deprehenditur, eos, illorumque impietatem fouens; neque prædicta impia ſcripta anathematizauerit, atque vna eos qui talia ſenſerunt, & ſentiunt; & omnes qui ſcripſerunt contra rectam fidem,*

Cyril-

Cyrillumque beatissimum, contraque eius duodecim Capitula, & in tali impietate mortui sunt, anathema sit. Et ne sextæ quoque vniuersalis Synodi calculus desit, Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus sua Epistola Encyclica scribit; Ταῦτα δεχόμενος τὰ ἱερὰ πέντε τῶν μακαρίων Πατέρων καὶ θεῖα συνέδρια, καὶ τὰ Κυρίλλου πάντα τοῦ πανσόφου συγγράμματα, καὶ μάλιστα κατὰ τῆς Νεστορίου μανίας γενόμενα, καὶ τὴν τῶν ἀνατολικῶν προέδρων συλλαβὴν τὴν πρὸς αὐτὸν γραφεῖσαν τὸν θειότατον Κύριλλον, καὶ παρ' αὐτοῦ μαρτυρηθεῖσαν ὀρθόδοξον, ὡς Μάρκου γινώσκω ὁρίσματα. *Sacra & diuina quinque beatissimorum Patrum Concilia suscipiens, omniaque conscripta præsertim Cyrilli sapientissimi, quæ contra Nestorij insaniam facta sunt, & Epistolam Orientalium Episcoporum, quæ ad eundem diuinum Cyrillum scripta est, quam & ipse orthodoxam esse testatus est, vt Marci definitiones agnosco.* In his tot sanctorum vocibus & stentoreis clamoribus Schismatici silentium somniant. Et quod maioris impudentiæ est, Michaël Balsamon in Anaphora, Ephesinam Synodum sententiam Nestorij de processione Spiritus approbasse, nimis inuerecunde refert. Καὶ ἡ τρίτη δὲ Σύνοδος ἀκριβῶς τοῦτο δοκιμάσασα, τὸ μήτε υἱὸν εἶναι τὸ πνεῦμα, μήτε ἐκ τοῦ υἱοῦ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, τοῖς ὑγιέσι δόγμασι συνέταξεν. *Et tertia Synodus cum hoc exquisite examinasset,*

minasset, neque Spiritum esse Filium, neque ex Filio existentiam habere, inter sana dogmata collocauit. Nicetas Stethatus Tractatu de processione Spiritus sancti, Ταύτην, Nestorianam scilicet, ἡ τῶν ἐν Ἐφέσῳ διακοσίων τρίτη ἐκύρωσεν, ἧς ἔξαρχος Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥώμης, καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων. Ταύτην δὲ ἡ τετάρτη τῶν ἐν Χαλκηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα ἐπεσφράγισεν ἀκολούθως τῇ ἐν Ἐφέσῳ, περιλάμπειν ὁρίσασα τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δεκαοκτὼ ἔκθεσιν κρατεῖν τε, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα μακαρίων ὁρισθεῖσαν Πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει, πρὸς ἀναίρεσιν μὲν τῶν αὐτίκα φυεισῶν αἱρέσεων. *Hanc Ephesina tertia ducentorum Patrum confirmauit, cui præsidebat Cælestinus Romanus, & Cyrillus Alexandrinus Præsules. Hanc & quarta Chalcedonensis sexcentorum & triginta subsignauit, Ephesinam determinationem subsequens, decernensque rectæ & inculpatæ fidei Nicænam trecentorum & decem & octo Patrum definitionem, & quæ a centum quinquaginta sanctis Patribus in vrbe Constantinopolitana decreta fuerant, firmitatem habere, ad conuellendas hæreses tum primum exortas,* &c. Nec diuersus ab his est Iosephus Bryennius, & alij. tanta est pertinaciæ vis. Cyrillus clamat, *Spiritum ex Filio esse*, &, *omnia sibi Patris, vnam & solam si excipias paternitatem, vindicare Filium.* Vident Patres,

Syno-

Synodi vniuerſales, aduerſarij, Cyrillo ſynchroni, Cyrillo poſteriores, diſcutiunt, examinant, tandemque probant, alijſque credenda propinant. & maiora condemnationis ſententiæ, *Spiritum non habere exiſtentiam per Filium*, argumenta emendicamus? Cum ſæpius in medium Cyrilli Epiſtola contra Neſtorium, Capita, & eorum expoſitio per Cyrillum rogatu Patrum digeſta, allata diſcuſſaque probata fuerint, etiam inimicorum calculo, annon extremæ ſtultitiæ eſt aſſerere, ſententiam oppoſitam Neſtorij, quod ſolummodo Synodus tacuerit, vt catholicam ſilentio præterijſſe?

CAPVT XXIII.

Silentio ſuo Synodum probaſſe ſententiam Cyrilli.

DEmus tandem Schiſmaticis, Cyrillum neque quid teneret in hoc dogmate ſcripſiſſe, neque explicaſſe, ſed omnia in obſcuro reliquiſſe, dicent ne ipſi Neſtorij dictū de proceſſione Spiritus a Synodo confirmatum hoc ſolo prætenſo ſilentio? Næ Dauus ipſe ſum, ſi credam. Examinetur. Legitur Symbolum Neſtorij a Chariſio productum, in eo continetur, & *Spiritum per Filium exi-*

ſtentiam

ſtentiam non habere, & reliqua impij Neſtorij dogmata circa Incarnationem. Et præterea, Theodoretus aduerſus Cyrilli Capita ſcribens, & idem dogma enucleans, vti blaſphemum & impium damnat. Patres audiunt Neſtorij Symbolum, legunt Theodoreti aduerſus Cyrilli dictum de proceſſione ex Filio criminationem, nec hiſcunt, nec aliquid de hoc dogmate proferunt, ſed omnes æque atque muti tacent. Si ex ſilentio argumenta petenda ſunt, certe ſilentium hoc Cyrillo fauerit, cum ſua ſub examine ſæpius venerint, pluribus in locis dictata, Neſtorij ſiue Theodori Symbolum ſemel pronunciatum ſit, & quaſi aliud agentibus propoſitum. Fides lædebatur in dogmate, vt verba ſua audiant Schiſmatici, pro cuius indemnitate parentes & omnia huiuſmodi abneganda ſunt, vita, ſanguis etiam ipſe profundendus; & tamen tacuerunt, prodiderunt fidem, & facti ſunt homicidæ, & animorum carnifices hoc ſuo ſilentio.

Idque vt manifeſte videant. In Epiſtola in qua ſunt Anathematiſmi Cyrilli, eſt etiam dictum Cyrilli de proceſſione Spiritus ex Filio, ſicuti etiam in Symbolo Neſtoriano oppoſitũ continebatur. Orientales poſt examen Epiſtolæ nullo habito verbo de proceſſione Capitula vti hæretica damnãt. Non fingo verba.

Orientales Epiſtola ad Rufum, inter quos etiam Theodoretus non poſtremus eſt; Πολλοὶ δὲ τῶν εἰς τὴν Σύνοδον παραγινομένων ἐξέκλιναν καὶ τὸν προφήτην, καὶ ἠγνόησαν, ἣν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας δώδεκα Κεφαλαίοις καθυπογράψαντες, ἃ τῆς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας. συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ. καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὴν γυμνὴν ταύτην ἀσέβειαν. Ταύτῃ τῇ λύμῃ τῆς πίστεως λίαν ἀντέστημεν, οἵτε ἀπὸ τῆς ἑώας συνελθόντες, καὶ ἕτεροι οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων Πατέρων κρατυνθῆναι πίστιν. Οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἴς τε διδασκαλίαν τῶν Εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διατελοῦμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες τερπνῶν τε καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν πατρῷον τοῦτον κλῆρον. Τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι τὰ ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκτεθέντα Κεφάλαια καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν, καὶ τοὺς ὑπογράψαι καὶ συνθέσθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν. ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελ-

θόντων

θέντων ἐπαύλωσαν. Cæterum multi qui ad Synodum venerunt, iuxta Prophetam, declinauerunt, inutilesque facti sunt. Fide nanque relicta, quam a sanctis Patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini Capitibus subscripserunt, quæ Apollinarij praua opinione plena sunt, & cum Arij & Eunomij impietate conueniunt: omnesque qui manifestam illam impietatem non suscipiunt, anathemati subijciunt. Huic fidei pesti strenue restitimus tam nos qui ex Oriente, quam alij quoque qui ex diuersis diœcesibus conuenerunt, vt fides a beatis Patribus Nicææ exposita confirmaretur. Nihil enim, vt sanctitas tua nouit, in illa desideratur, quod ad confirmandam Euangelicorum dogmatum doctrinam, & quamuis hæresim confutandam faciat. Propter hanc omnibus lætis tristibusque, quæ humanæ vitæ accidere possint, simul posthabitis, iugiter in acie versamur, vt hanc sortem a Patribus traditam incontaminatam conseruemus. Hac etiam de causa Cyrillum & Memnonem deposuimus, illum quidem tanquam hæresiarcham, hunc vero tanquam illius fautorem, & adiutorem in omnibus ad confirmanda ac stabilienda Capita, quæ exposita sunt in Ecclesiarum perniciem: cæteros vero, qui dogmatibus illis pietati dissentaneis subscribere, & adstipulari sunt ausi, tantisper excommunicationi subiecimus, dum ea anathematizauerint, & ad sanctorum Patrum Nicænorum fidem redierint,

dierint. Retorquenda itaque ſunt omnia in ipſos Schiſmaticos; quæ ipſi in Catholicos dicteria eiaculantur. Et primum illud, Tractatus diuiſus fuit in illa quæ de Deo tractabant, & quæ de Saluatoris noſtri humanitate, hæc quidem accuſant, & pro ijs Cyrillum eijciunt, illa de Deo ſui roboris eſſe reliquerunt; Quaſi dicerent, ille ab Eccleſia trudatur, qui ita ſentit alijſque, auctor eſt, vt ita ſentiant, ſicuti continetur in Cyrillianis Capitibus. Non dixerunt in vniuerſum, vti in his ſuis Capitibus dicit Cyrillus, ſic enim & Theologica concluſiſſent, ſed vti docet in ijs, quæ de Incarnatione pertractat, Ario, Apollinario, & Eunomio concors. Nihil hoc ſimile ſimilius eſt. Hic diſtinctio nulla eſt, & ad diſtinctionem confugere, *legem ferentium, non addiſcentium eſt*. Ταῦτα νομοθετούντων, οὐ διδασκομένων ἐστὶν. Sic etiam ſi quis addubitauerit. Quare cum Cyrilli expoſitio Anathematiſmorum, & ad Neſtorium Epiſtola in Synodo lectæ ſunt, Synodus tantum, quæ contra Neſtorium erant, laudauit, quæ de Spiritu, intacta atque immota reliquit? Annon recte reſpondebitur? Quia per Anathematiſmos impietas Neſtorij reijciebatur, in proceſſione Spiritus etiam ex Filio rectum fidei dogma agnoſcebatur. Legant Schiſmatici ſacroſanctæ Synodi

nodi decreta: tantum peruersa reputent, quæ ipsa Syuodus peruersa, recta quæ recta declarauit: neque quidpiam ex ijs remoueant. Sic habebimus impietatem Nestorij reiectam, processionem Spiritus ex Filio constabilitam. Sin minus Synodicis pœnis obnoxij erunt. Et licet eædem condemnationis Nestorianæ causæ sæpius repetantur, non inde tamen infertur, processionem Spiritus ex Filio fuisse improbatam. Vtrumque scripsit Cyrillus & Spiritum esse ex Filio, & Anathematismos in Nestorium, primum est dogma de Deo, secundum de Incarnatione: acceptatur a Synodo dogma de Incarnatione, dogmati de Spiritu nihil opponunt; Quare ipsi alienam a Patribus viam calcant, & aduersus sanctos irreconciliabile bellum suscitant. Si dignum anathemate est, Spiritum sanctum ex Filio procedere, quare non postulauit Synodus anathemati tradi? si sanum, quanto periculo subsunt, qui scandalorum aduersus pietatem ansam exhibent? Verumtamen istud sanum esse, & ipsa Ephesina Synodus & subsequenter aliæ, quæ Epistolas Cyrilli, & contra Nestorium Anathemathismos approbarun t, vt supra ostensum est. At eas dogma dissimulasse, impium est credere. Ne igitur diuinam iram in se attraherent, & fidelium animas perderent,

post accuratum rerum examen in fide læsa neque tacuissent, neque quippiam tolerassent, cuius vel auditu solo exhorruissent, & indoluissent. Non videtur aduersarijs credibile, de Incarnatione, quæ minus quid est, Patres adeo solicitos fuisse, de Processione Spiritus, quæ maius & de Deo ipso, nullam curam habuisse. Quasi vero de Christo & eius Incarnatione dogma de Deo non sit, & alius Dei Filius, alius Christus in carne assumpta, & maioris ponderis sint quæ de Deo simpliciter, quam quæ de Deo incarnato. Sed esto. Nolo siquidem verbis contendere. Quis id asserit minus curasse Patres de Deo? Licet id assertum a Nestorio viderint, attamen cum satis a Cyrillo expositum & confirmatum existimassent, Nestorij omnia condemnarunt, cum Cyrilli Epistolam aduersus Nestorium approbarunt, in qua & dogma de Spiritu sancto & de Incarnatione abunde veritas elucebat.

CAPVT XXIV.

Synodum tractasse dogma de Incarnatione, quod magis vrgebat.

QVid vero si dicamus, Ephesinum Concilium coactum fuisse ad dogmata Ne-

Neſtorij de Incarnatione non tum primum alijs inter ſermones publicos & priuatos intra extraque Eccleſiam diuulgata, ſcripto etiam a multo tempore tradita; ideoq; quod magis vrgebant, examinanda & condemnãda: proptereaq; quæ ille de exiſtentia Spiritus ex Filio in Symboli expoſitione appoſuerat, vt etiã reliqua ab eodem in eodem Symbolo, quæ in prauam intelligentiam verti poterant, non attendiſſe. *Quid mirum*, ait Calecas lib. 2. cõtra Græcos, *ſi id omiſerunt, propter quod minime conuenerant, cum vix paucis tum eſſet cognitum: ac propterea neque Eccleſiaſtica cauſa infirmior eſſet, neque id vllus argueret? Quanquam dici poſſet, ſanctam Synodum alio intentam ad calumniam huiuſmodi fortaſſe non ſatis inſtructam ac paratam aduenisse: ſicut etiam putaſſe, eliminato de Incarnatione Domini, qui emerſerat, errore, & hunc etiam vna proijciendum*. Idque exemplo magnæ Nicænæ Synodi, quæ licet agnouiſſet Arium non tantum in Filium Dei fuiſſe blaſphemum, ſed etiam diuinitatis Spiritus oppugnatorem, illius tantummodo, nulla facta de diuinitate Spiritus mentione, in Filium impietatem, quam ille & Canticis & alijs ſcriptis oppugnauerat, repreſſit & condemnauit. Et Arium præter diuinitatem Filij Spiritus quoque diuinitatem oppugnaſſe,

habetur ex antiquissimis Patribus, Epiphanio de hæresi Ariana. Ἀλλὰ καὶ ὑποδεέστερον φασὶν εἶναι οἱ τοιοῦτοι τὸ πνεῦμα, καὶ κτίσμα κτίσματος, ὡς αὐτοῦ τοῦ Λόγου. *Sed minus habere tradunt hi Spiritum, creaturam creaturæ vti ipsius Verbi.* Leontio Byzantio de Sectis Act. 1. Ὁ δὲ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ τρεῖς φύσεις ἐκφύλους. πρῶτον γὰρ ἔλεγεν εἶναι τὸν πατέρα, ποιήματα δὲ αὐτοῦ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, γενόμενα ἐξ αὐτοῦ πρὸς ὑπουργίαν τῶν ἐξ αὐτοῦ κτισθησομένων. *Arius autem esse tres aiebat hypostases; & tres diuersi generis naturas. Nam primam dicebat esse Patrem, eiusque creata Filium, & Spiritum sanctum ab, ipso facta ad seruiendum ei in creatione rerum condendarum.* Palam ergo mentitur Simeon Thessalonicensis in expositione Symboli; Ἡ μὲν Νικαία Σύνοδος περὶ τοῦ υἱοῦ πλατύτερον εἴρηκεν. Οὐκ ἦν γὰρ τότε ὁ ἀθετῶν τὸ πνεῦμα. Κατὰ τοῦ υἱοῦ δὲ μόνον βλασφημῶν ἦν ὁ δυσεβέστατος Ἄρειος. *Synodus Nicæna fusius de Filio elocuta est. Neque enim tum aderat, qui Spiritum exauctorabat. Verum contra Filium solum impia impijssimus Arius obloquebatur.* I nunc tu & crede, fidemque adhibe scriptis eruditionique Schismaticorum. Aurum dicunt se venditare, & plumbum supponunt. Imo etiam in ipsam Filij Dei Incarnationem iniurium fuisse scribitur a Theodoreto lib. 4. Hæreticarum Fabul. Καὶ

μέντοι

μέντοι, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἠκρωτηρίασε λόγον. Σῶμα γὰρ αὐτὸν ἄψυχον ἔφη εἰληφέναι. ἐνηργηκέναι δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τὴν θεότητα. *Præterea & Incarnationis rationem mutilauit. Corpus quippe eum inanimatum asseruit assumpsisse. quæ vero animæ sunt, diuinitatem operatam fuisse.* Et Leontius de sectis Act. 3. Ὁ Ἄρειος περὶ τὴν θεότητα, καὶ περὶ τὴν ἀνθρωπότητα ἐσφάλλετο. περὶ μὲν τὴν θεότητα, ὅτι ἔλεγε κτίσμα εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν ἄψυχον εἶναι. ἀρχὴν γὰρ ἔλεγεν ἐν αὐτῷ ἀντὶ ψυχῆς τὸν Λόγον. *Arius & circa diuinitatem & circa humanitatem errabat. circa diuinitatem, quia Filium dicebat esse Dei creaturam, itidemque Spiritum sanctum: circa Incarnationem, quia Christi corpus aiebat inanimatum esse, in quo animæ loco Verbum principatum obtinuerit.* Vides, o Schismatice? Arius diuinitatem Spiritus abnegabat; Incarnationis mysterium non minus Apollinario mutilabat. In Eclogis quoque Philostorgianis lib. 2. habetur; Arium in tantum definiuisse Deum cognosci, comprehendique non posse, vt etiam a Filio Dei vnigenito eum cognosci comprehendiue posse negauerit. Testatusq; id Athanasius Disput. 1. contra Arianos. Augustinus lib. 3. contra Maximum cap. vltimo. Nicetas lib. 5. cap. 2. Socrates lib. 1. cap. 3.

Ὅτι ἄρρητος ἐστὶ τῷ υἱῷ ὁ πατήρ. οὔτε γὰρ τελείως οὔτε ἀκριβῶς γινώσκει ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, οὔτε τελείως ὁρᾷν αὐτὸν δύναται. *Ineffabilis est Filius Patri: neque enim perfecte, neque exquisite cognoscit Filius Patrem, neque perfecte videre ipsum potest*. Et Arius ipse apud Athanasium. Συνελόντι εἰπεῖν, τῷ υἱῷ ὁ Θεὸς ἄρρητος ὑπάρχει. *Vt compendio dicam, Filio Deus ineffabilis existit*. &, Ἔστι γὰρ αὐτῷ ὅ ἐστι, τουτέστιν ἄλεκτος. *Est enim ipsi quod est. Effari nempe non potest*. Nicæni Patres ante quam sententiam ferent, dicta scriptaque illius examinant: neque enim illis ignorantiam scriptorum Arij obijcias, cum ea Athanasio innotuerint, illaque Athanasius, & consequenter alij quoq; Patres meditate percurrerint. Athanasius de decretis Synodi Nicænæ, Ἐκεῖνο λοιπὸν ἔχουσιν ὑπολειπόμενον, ὃ καὶ ἐν ἀσματίοις Ἄρειος, καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ Θαλείᾳ ὡς ἐπαπορῶν μυθολογεῖ. Vide præterea de hoc eundem Athanasium de sententia Dionysij. Orat. 2. contra Arium. de Synodo Ariminensi & Seleuciensi. Socratem lib. 1. cap. 15. Sozomenum lib. 1. cap. 2. Neque enim verisimile est, imo stultum esset asserere, eos scriptis Arij non visis neq; diligenter examinatis in iudicium accessisse, deq; illis sententiam tulisse. Tum postmodum illius hæresim condemnant, & Filium Patri consubstantialem definiunt, de Spi-

Spiritus diuinitate, & hæresi circa Incarnationem Filij crimen obiectum non est. Argumentare ergo tu o acutule, Ergo illo trusus silentio Spiritus sanctus de sua diuinitate est. & corpori Christi inanimato loco animæ diuinitas deseruijt, vel anima Christi ante illius aduentum præextiterat. Quare vero id egerint Patres? Non aliud dixeris, quam illos Filij diuinitatem propugnasse, reliqua, licet ea assereret Arius, non curasse: quia non ita publice populorum animos infecerant, neque adeo in Ecclesia vires occupauerant. Et tamen in eodem gradu erant, & æque periclitabantur, & diuinitas Filij, & diuinitas Spiritus, vt de Incarnationis mysterio taceam. Post Arium Macedonius Ecclesiam turbat. Is Spiritum creaturam esse deprædicat, Filium Patri esse consubstantialem negat. Theodoretus ibidem. Οὗτος ὁ Μακεδόνιος τὸ μὲν ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν παντελῶς ἀπεκήρυξε. ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα λέγειν ἐνομοθέτησε. καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου ἐπενόησεν. *Hic Macedonius consubstantialem esse Filium prorsus abnegauit, similem vero in omnibus decreuit. &* ὁμοιούσιον, *loco* ὁμοουσίου *excogitauit.* Cogitur Synodus generalis centum quinquaginta Patrum, examinatis omnibus Synodus tantum decernit, *Spiritum sanctum esse Dominum & viuificantem, qui ex Patre procede-*

cederet. ὁμοιούσιον explicite non condemnat, ſed ſilentio præterit. Dices ne tu ob hoc ſilentium tantum Synodum ὁμοιούσιον comprobaſſe? licet id etiam decreto Synodi Nicænæ reprobatum eſſet? Quia tamen non illius cauſa Patres conuenerant, quod tum vrgebat determinarunt, reliqua taciti præterierunt. Quare vero in hac Synodo in Symbolo proceſſio Spiritus ex Patre addita, de proceſſione ex Filio nulla mentio facta eſt? *Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.* In promptu reſponſio eſt. In Symbolo appoſitum eſt quod negabant Hæretici. quod illi fatebantur, vti ſuperuacaneum prætermiſſum eſt. Macedonius concedebat ex Filio Spiritum procedere, negabat ex Patre: quare neceſſarium fuit addere, *qui ex Patre procedit*, vt blaſphemia hæretici comprimeretur. Iuſtinus Siciliæ Epiſcopus Epiſtola ad Petrum Antiochenum, Μακεδόνιος δὲ τέμνει ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Macedonius ſcindit a Patre Spiritum ſanctum*. eo ipſo modo, quo illum a Patre ſcindebat ac ſeparabat Eunomius, & Arius, vt refert Theodoretus Hæret. Fab. lib. 4. Τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ παραπλησίως βλασφημῶν διετέλεσεν. *Spiritum ſanctum, æque atque Arius & Eunomius blaſphemabat*. Eunomius teſte Baſilio proceſſionem ex Filio

lio concedebat, negabat ex Patre. Hinc ille; Οἱ γοῦν Αἱρετικοὶ ἔλεγον τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς. οἱ δὲ ἅγιοι, ὅπερ ἠρνοῦντο οἱ Αἱρετικοὶ, ἐν τῷ Συμβόλῳ σαφῶς ἐκήρυξαν φάσκοντες τὸ, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ υἱοῦ οἱ Αἱρετικοὶ συνεχώρουν, καὶ οὐκ ἦν ἀναμέσον αὐτῶν ἐν τούτῳ διαφορά. *Igitur Hæretici asserebant, Spiritum ex Filio & non ex Patre: sancti quod Hæretici negabant, in Symbolo clare prædicarunt, dicentes, qui ex Patre procedit. Siquidem ex Filio procedere Hæretici concedebant, & non erat inter eos & Catholicos in hoc differentia.* In V. vniuersali Synodo inter alia Theodori Mopsuesteni dogmata commemorantur & illa, Librum Iob, & Cantica Canticorum, in quibus multa ipse notat & criminatur, non esse libros sacros. Et tamen in Decreto illius Synodi hisce neglectis, omnia alia, vt ita dicam, definita sunt. Quidquid ergo ab aduersarijs asseritur falsum esse colligitur, cum Synodus Ephesina sanctarum Synodorum vestigijs insistens, malo tum vrgenti sua definitione remedium attulit, nihil curãs de alijs, quæ non dum in publicum venerant, neq; Ecclesiæ pacem & vnionem interturbauerant. Apposite ergo Manuel Caleca dicto loco; *Quam absurdum est, per huiusmodi silentium putare sanctam Synodũ hæretici hominis blasphemijs acquieuisse: quod scilicet Spiritus non per Filium substan-*

ſtantiam haberet, cum id manifeſte contrarium ſit, & ſanctorum Patrum præcedentium, & beati Cyrilli ſcriptis, quæ Synodus ſecuta eſt, & ſequenda cæteris ſtatuit. Hoc enim eſt Eccleſiæ ſanctæ calumniam ſtruere. Præterea ſtolidiſſimum omnino eſt, his quæ ſancti Patres innumeris in locis conſcripſerunt, non acquieſcere; ſed eis neglectis, ea illos dixiſſe conijcere, quæ nunquam dixerunt; atque ex his quæ illi tacuerunt, velle argumenta trahere, quaſi diſputatione ſublata, ſolum ſilentium, quæ in quæſtione ſunt, explanare ſufficiat, cum certa ſcriptura dicat; ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, atque ita facile de rebus arduis velle concludere. At qui ſecundum eam facilitatem, ne perniciosam leuitatem dixerim, Spiritum ſanctum Deũ verum de Deo vero appellabimus; neque Patri & Filio conſubſtantialem confitebimur; quoniam in Symbolo fidei non vt de Filio, ita & de Spiritu ſancto id notatum eſt; hic nempe ex his quæ ſilentio ſuppreſſa ſunt volentibus malignari aperitur aditus. Quæ vero in Symbolo de Spiritu conſcripta ſunt, Patri Filioque communia inueniuntur. Qui etiam exemplum adductum de medico & infirmo ſic eludit. *Nam & ſapientiores quique Medici, cum infirmum gemino morbo laborare animaduerterint, aduerſus eum, qui perturbat magis, & ſectione indiget, etſi in ſuo genere minor eſſe videatur,*

pri-

prius armantur. Et Iudices ſæpenumero reum aliquem nacti pluribus criminibus obnoxium, illud vnum, in quo deprehenſus fuerit, omiſſis interim cæteris, illi maxime obÿciunt. Etſi enim erat peccatum, ac mendacium deterius & maius circa diuinitatem, quam circa humanitatis diſpenſationem blaſphemiæ fræna laxare; ratio tamen Incarnationis tum magis vrgebat. Periclitabatur enim tunc fides, cum neque Verbum ſuſcepiſſe carnem, neque Deum hominem factum fuiſſe plurimi aſſererent; ſacramentumque diſpenſationis, in quo Chriſtianorum ſalus eſt, nomen potius quam res eſſe videretur. Neque ſane opportunum erat, omiſſo, propter quod conuenerant, & propter quod periclitabatur Eccleſia, de his, quæ nihil vrgebant, verba mouere, cum principibus quæſtio multo tempore, multiſque ſermonibus, vt enodari poſſet, indigeret: ne ſi ab inſtituto re infecta, reſilÿſſent, confundere omnia ac miſcere viderentur: dumq; quod erat in manibus corrigere deberent, neque hoc digne facerent, neque illud quod intempeſtiue molirentur. Neceſſarÿs itaque omiſſis cæteris hoc vnum, quod vrgebat curare perſtiterunt. Et Demetrius Cydonius; Συμβαίνει δὲ πολλάκις δυοῖν ὄντοιν κακοῖν ὑπὸ τοῦ κουφοτέρου μᾶλλον τοὺς ἔχοντας ἐνοχλεῖσθαι. καὶ τοσοῦτον, ὥστε πολλάκις τοὺς νοσοῦντας οὐδ' αἴσθησιν λαμβάνειν τοῦ χείρονος. καὶ ἰατροὶ δὲ τοῖς κάμνουσιν εἰσιόντες, οὐκ ἔτι καὶ ἄλλο

περὶ

πρότερον παρηνώχλει τοῦτο εὐθὺς θεραπεύειν πειρῶνται, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο πρὸς τὸ παρὸν μεθίειν ἐάσαντες τοῖς κατεπείγουσιν ἐπάγουσιν τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης βοήθειαν. οὕτω κἀκεῖνοι ἄνδρες οἱ μακάριοι. *Accidit vero sæpissime, si duo sunt mala, a leniori magis morbo affectos tantundem vexari, vt atrocioris nullum sensum habeant. Et medici dum ingrediuntur ad infirmos, non quod antea molestabat curare conantur, sed eo ad præsens neglecto, vrgentibus tum ex arte remedia parant. Sic & beati illi Patres.*

CAPVT XXV.

Præter processionem erant alia de Deo improbanda a Synodo, & suo silentio non intelligitur ea probasse.

Illud quoque obseruatione dignum est, licet omnia in Symbolo, siue illud sit Theodori Mopsuesteni, siue Nestorij, fuerint examinata, non tamen omnia male impieque prolata, vel dubia, vel obscura Patres condemnasse. Præter enim hoc de existentia Spiritus per Filium, videtur negari Trinitas, quod contra Theodorum obiectum legitur apud Facundum lib. 3. Habebebatur in Symbolo; Ὁμολογοῦμεν τὸν πατέρα τέλειον τὸν υἱὸν ὁμοίως, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσαύτως. *Confitemur Patrem perfectum persona, & Fi-*

Filium similiter, & Spiritum sanctum itidem. Quæ verba in Expositione deprauata Symboli Nestorij ipsissimis verbis habentur. Ex quo sensus ille videbatur elici, cum dicit in sanctæ Trinitatis persona, vnam personam Trinitatis ostendi, & Patris & Filij & Spiritus sancti trium personarum vnam tantum esse personam, quæ fuit insania Sabellij. Quæ sententia vtique reprobanda erat, & Patres dicendum, vel cum legeretur Symbolum, dormitasse, vel læsam fidem neglexisse, & sic homicidas incusandos. Non dubito dices, licet hæc verba in blasphemiam trahantur, habere tamen rectam intelligentiam, & posse in rectum sensum explicari, ideoque Patres Synodi animum non animaduertisse in Nestorium. Quare ergo hoc idem de existentia Spiritus per Filium non affirmabis, cum æque atque illa in piam sententiam nec difficulter trahi possunt? Examinentur verba Nestorij. *Spiritum sanctum ex Deo esse putamus, non creationis causa, sed ex diuina essentia, & neque Filium putamus, neque per Filium accepisse existentiam,* siue, *substantiam.* Cum dicit, *ex Dei essentia esse Spiritum,* credit Spiritum ex Deo esse, & hoc non creationis modo, & vt reliquæ creaturæ, sed ineffabili quadam ratione, & vt Deum addecet, non generatum, quia tum

 esset

esset Filius, & *eum Filium non putamus*, sed procedentem per Filium, non vti creaturam, sicuti sunt ex Deo per Filium reliquæ creaturæ, ex Deo per Filium Spiritus sanctus existentiam habet. Quod verum est. Quomodo enim Filius non esset, nisi per Filium non haberet existentiam? Non denegat, processionem æternam per Filium: tum enim Filium cogeretur profiteri Spiritum sanctum, cum quidquid ex Patre sine medio est, Filius est; si dictis sanctorum Patrum insistere volumus. Et ne dicas aduersariorum esse commenta, & ex ingenio confictas nugas, habeto tibi inter Schismaticos non postremum Gennadium Scholariū Monachum de processione Spiritus sancti contra Latinos. Οἱ δὲ προςίθησιν ὁ Νεςόριος, ὅτι καὶ οὔτε υἱὸν νομίζοντες, οὔτε διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφέναι, ἐμοὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο προςίθησιν, ἵνα δείξῃ τὸ πνεῦμα, μήτε τῷ τῆς γεννήσεως τρόπῳ προελθεῖν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μήτε τῷ τῆς δημιουργίας, καθάπερ τὰ κτίσματα, οὐχ ἵνα δείξῃ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ὑφιστάμενον μόνον καὶ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Τοῦτο γὰρ ἀρκούντως ἐν ἐκείνῳ τῷ προτέρῳ δείκνυται μέρει. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πνεῦμα, οὔτε υἱὸν εἶναι εἶπε, καὶ ὅμως ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι, ὃ ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἰδιάζοντι λόγῳ παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ἣν οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' αἰτίᾳ δημιουργίας ἐκ Θεοῦ πιστεύομεν εἶναι ἐπάγει

διά.

διακείνων σαφέστερον, ὅτι οὔτε υἱός ἐστι τὸ πνεῦμα, οὔτε διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἴληφε, τουτέστιν οὔτε υἱός ἐστιν, οὔτε κτίσμα, ἕν τι δηλονότι τῶν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ γεγονότων. πάντα γὰρ δι' υἱοῦ γέγονεν. ἀλλὰ τοῦτο παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἰδιάζοντι λόγῳ προῆλθεν ἐκ τοῦ πατρός. Οὐκ ἄρα δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. *Quod vero ſubiunxit Neſtorius, neque Filium reputantes, neque per Filium exiſtentiam accepiſſe, vt mihi videtur, non aliam ob cauſam poſuit, niſi vt oſtendat, neque modo generationis prodijſſe ex Deo, vti Filius ex Deo prodijt, neque prodijt modo creationis, vti creaturæ, non vt oſtenderet Spiritum ex Patre ſolo ſubſiſtentem, & non ex Filio. Hoc enim verbis ſupra prolatis ſufficienter oſtenſum eſt. Cum enim dixerit Spiritum neque Filium eſſe, & nihilominus ex eſſentia Dei eſſe, ex quo ſecundum eſſentiam peculiari quodam modo, non vt reliquæ creaturæ, eſt, quas non ſecundum eſſentiam ſed creationis ratione ex Deo eſſe credimus, addit manifeſtius diſcernens, Spiritum neque Filium eſſe, neque per Filium exiſtentiam accepiſſe: hoc eſt neque Filius eſt, neque creatura, vna ſcilicet ex ijs, quæ ex Deo per Filium facta ſunt. Omnia enim per Filium facta ſunt. Sed hic extra omnẽ creationem peculiari quodam modo ex Patre progreſſus eſt. Non ergo per Filium exiſtentiam habet.* Poterant ergo pie verba Neſtorij accipi, quamuis nos non ea mente dictata eſſe

pronunciemus, & similis opinio neque vulgata esset, nec religioni catholicæ damnum inferret, & nemo verba ipsa subtilius disquireret, & mysterium Incarnationis in discrimen adduceretur, minus necessarijs atque ambiguis neglectis, dogmata Nestorij de Incarnatione clara & minime dubia & passim vulgata Patres Ephesini condemnarunt.

CAPVT XXVI.

Synodum damnasse sententiam Nestorij, per Filium, *nempe*, non habere existentiam Spiritum.

SEd quid tandem dicent Schismatici, si hanc ipsam Nestorij impietatem, *ex Filio non habere existentiam Spiritum*, damnatam conspexerint in eadem Synodo Ephesina? Imperabunt ne linguæ, & conticescent, neque molesti in posterum aures obtundent? Audiant prius Nestorium. *Saluator noster glorificatur a Spiritu, propria virtute ipsius vt aliena vtens, ac vim & efficaciam ab eodem accipiens, qua contra immundos Spiritus operabatur, & diuina inter homines miracula patrabat.* Hac siquidem ratione Spiritum sanctum, quem vere Deum ex essentia diuina profitebatur, alienum a Christo faciens,

Chri-

Christum ipsum Deum esse, cum non haberet Spiritum proprium, abnegabat: quomodo enim qui aliena a se virtute, licet esset diuina, & sua non erat, vtebatur ad miracula patranda, Deus esse putaretur? Idque vt comprobaret, asserebat, ex Filio Spiritum existentiam non habere. Etenim si ex Filio existentiam habuisset, cum eiusdem cum ipso ac diuinæ essentiæ connaturalis esset & consubstantialis cum Filio, Filius quoque & consequenter Christus Deus diceretur, diuisus in hominem seorsim, & in Deum verbum seorsim, ita vt duæ intelligantur personæ inter se disiunctæ; Et sic tanquam vnus communis homo Iesus operandi facultatem acciperet a Spiritu sancto, vt posset diuina signa perficere, & ita nullo modo differret a sanctis Apostolis vel Prophetis, qui diuinis completi donis merito dicere possunt, *Gratia Dei sumus quod sumus*. His liquet eum, qui Spiritum dicit non habere existentiam ex Filio, fateri quoque Christum non propria virtute sed aliena vsum mira patrare. Sed hoc anathemate multatum est, ergo & primum, quod in hac Symboli expositione asserebat Nestorius, *Spiritum*, nempe, *non habere existentiam per Filium*. Idem enim est in hoc loco *per Filium*, & *ex Filio*, ipsis etiam Schismaticorum antesignanis asserentibus,

 qui

qui vno ore omnes tradunt, hisce verbis negari prorsus, Spiritum habere existentiam ex Filio.

11 Præterea Synodus nullo excepto, Anathematismos, & Cyrilli Epistolas ad Nestorium approbauit. Sed in his palam aperteque habetur; *Spiritum habere existentiam ex Filio*. Ergo sententia Latinorum de processione ex Filio confirmata est, contraria reiecta. Dicit enim Cyrillus in nono Anathematismo, & Responsione ad Orientales, & Theodoretum; Εἴ τις φησὶ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησὶ, δι' οὗ ἐνήργει τὰς θεοσημείας, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dixerit Iesum Christum a Spiritu glorificari, propria ipsius virtute tanquam aliena vtentem, & vim & efficaciam ab eodem accepisse, qua operaretur, & non potius ipsum Spiritum, per quem diuina signa edebat, illius proprium esse confessus fuerit, Anathema sit*. Et Responsione ad Orientales; Ἴδιον γὰρ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ ἅγιον, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἐνεργεῖ δὲ ὥσπερ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ πνεύματος, οὕτω καὶ αὐτός. *Proprius enim est eius Spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est Dei Patris: operatur autem sicut Pater per Spiritum, ita & ipse*. Et, Οὐκοῦν οὐχ ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος

τος ἐνεργεῖσθαι φαμὲν τὸν Ἐμμανουὴλ, ἀποκεχρῆσθαι δὲ μᾶλλον αὐτῇ θεϊκῶς, καὶ ἰδίαν ἔχειν τὴν τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος δύναμιν. *Itaque non quasi aliena virtute per Spiritum facultatem operandi accepisse dicimus Emmanuelem, sed illa potius diuino more vsum, & propriam habuisse consubstantialis Spiritus virtutem.* Et, Πιστευέτωσαν μεθ' ἡμῶν, ὡς οὐκ ἐνεργεῖται μᾶλλον ὡς κρείττονι παρ' αὐτὸν καὶ ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος. ἐνεργεῖν δὲ μᾶλλον αὐτὸν τὰς θεοσημείας δι' ἰδίου πνεύματος. *Credant nobiscum, quod non accipit operandi facultatem, quasi a meliore quadam & aliena ab illo virtute, sed potius ipse operatur diuina signa quasi per proprium Spiritum.* Et Responsione ad Theodoretum; Ἀλλ' οὐχ οὕτω φαμὲν αὐτὸν καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει κεχρῆσθαι τῇ διὰ τοῦ πνεύματος. ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο ἡμῖν εὖ μάλα σαφηνιεῖ γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ υἱοῦ. πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. οὐκοῦν

ἐδόξασε μὲν τὸν Ἰησοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνεργοῦν τὰ παράδοξα, πλὴν ὡς πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀλλοτρία δύναμις, καὶ κρείττων αὐτοῦ, καθὸ νοεῖται Θεός. *Sed non ita dicimus eum, ſicut vnumquemque ſcilicet ſanctorum virtute Spiritus ſancti, tanquam aliena vſum. Erat enim & eſt eius Spiritus ſicuti certe & Patris. Et hoc nobis bene ſatis explanat diuinus Paulus ſcribens; Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Procedit enim ex Deo & Patre Spiritus ſanctus ſecundum Saluatoris vocem: ſed non eſt alienus a Filio. Omnia enim habet cum Patre, & hoc ipſe edocuit, docens de Spiritu ſancto; omnia quæcunque habet Pater mea ſunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ergo clarificauit quidem Ieſum Spiritus ſanctus admirabilia operantem, veruntamen vt Spiritus eius, & non vt aliena virtus & eo præſtantior, ſecundum quod intelligitur Deus.* Vides? Spiritus ſanctus eſt proprius Filij. Non eſt alienus a Filio. Ita eſt Filij vti & Patris eſt. Emmanuel operatur per Spiritum, quaſi per propriam virtutem. Spiritus ſanctus accipit a Filio, & non Chriſtus per Spiritum. Ergo Spiritus habet ſuam exiſtentiam, ſiue ſubſtantiam

per Filium & ex Filio. Quid hic coniectaris? quid mussas; Aliud verba connotare quam processionem? Anne tu doctior es Theodoreto? an magis illo acutior in expiscandis sensibus Cyrillianis? Considerauit non leui manu verba Cyrilli Theodoretus, & expendit diligentissime, & in illis includi Spiritus processionem ex Filio animaduertens Cyrillum vehementer exagitat. Ἴδιον δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, εἰ μὲν ὁμοφυὲς καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἔφη, συνομολογήσομεν. εἰ δὲ ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ ὡς δυσσεβὲς ἀποῤῥίψομεν. *Proprium autem Spiritum Filij, siquidem vt eiusdem cum eo naturæ & ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur, & tanquam piam suscipiemus vocem: si vero tanquam ex Filio, aut per Filium existentiam habeat, hoc vt blasphemum & impium reijciemus.* Dicto itaque Theodoreti verba illa, *Spiritus est proprius Filij*, hæc duo connotant, & Spiritum eiusdem esse substantiæ cum Filio, & suam existentiam habere per Filium & ex Filio. Et cum ambiguum videretur, quodnam ex his intelligeret Cyrillus, diuidens sententiam Theodoretus, partim damnat; partim laudat. Sin minus oppositionem derisisset Cyrillus, tanquam nullo firmo fundamento proiectam. Et tu absque vllo examine secun-

cundam diuisionis partem negas intelligi a Cyrillo. hoc prope temerarium est. Theodoretus ambigit de sensu, Schismaticus certa pronunciat, & rem, vt sibi lubet, determinat.

CAPVT XXVII.

Spiritum sanctum dici proprium Filij, quia procedit ex Filio, & per Filium, & non quia est consubstantialis.

SEd rem attentius examinemus. Dicit Cyrillus, Spiritum esse proprium Filij, ideoque Christus operabatur propria non aliena virtute. hoc vero est, *Spiritum habere existentiam a Filio, & per Filium*; Neq; enim quia est eiusdem essentiæ cum Filio dicitur esse proprius Filij, sed quia est proprius Filij, procedit nempe per Filium, ideo est eiusdem essentiæ cum Filio. Proprium vocari Spiritũ Filij, quemadmodum & Patris, propter vnum idemque naturæ, non autem processionem, asserebat Andronicus Camaterus in sacra Hoplotheca, quem & Schismatici alij secuti sunt. quod nemo, si catholice sapit, nunquam dixerit. Cum enim consubstantialis sit Filius Spiritui, & Pater consubstantialis Filio & Spiritui; sequeretur Filium esse proprium

prium Spiritus, & Patrem proprium Filij & Spiritus, quod nemo ad hanc diem ausus est dicere. Quare vocis *Proprij* significationem ex sanctis Patribus, quæ tutior & securior fuerit, inuestigemus. Et supponimus apud antiquissimos Patres οἰκεῖον, ἴδιον, γνήσιον; & οὐκ ἀλλότριον, & οὐκ ἔξωθεν vnum idemque significari, idque fuerit, *ex eo esse*, & *effluere*, & *exilire*, & *emanare*, & *existere*, & *existentiam habere*, & *procedere* ex eo; cuius οἰκεῖον, & ἴδιον, & γνήσιον, & οὐκ ἀλλότριον, & οὐκ ἔξωθεν. Athanasius contra Arianos Orat. cuius principium est, Αἱ μὲν αἱρέσεις, scribit; Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τε ἐστὶ καὶ ἐν αὐτῷ. *Quoniam Verbum proprium est natura substantiæ Dei, propterea ex ipso est, & in ipso.* Ibidem, Υἱὸς ἀληθινὸς, φύσει γνήσιος ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ, σοφία μονογενής. *Filius verus natura germanus est Patris, proprius eius substantiæ, sapientia vnigenita.* Item; Οὐκ ἄρα κτίσμα ἐστὶν ὁ Λόγος, ἀλλὰ μόνον ἴδιος τοῦ πατρός. *Non igitur Verbum creatura est, sed solum Patris proprium.* Item, Οὐ ξένος, ἀλλὰ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ἴδιος. *Non peregrinus, sed Patris substantiæ proprius est.* His, vt vides, Athanasius satis aperte declarat, personam, quæ alicuius propria, germana, non peregrina est, ab illo, cuius propria est, existentiam habere, itemque pro-

procedere. Tum sic. Sed Spiritus per Cyrillum est proprius, germanus, non alienus; neque Christi peregrinus; Ergo per Cyrillum & Ephesinam Synodum dicta Cyrilli probantem, Spiritus habet suam existentiam per Filium, & consequenter per Filium, & ex Filio procedit; si Athanasius nos non ludit, docens, ideo proprium esse Filium Patris, quia ab ipso est, & in ipso: cum nulla alia relatio intercedat in diuinis nisi ex origine & principio, vt optime adnotat Demetrius Cydonius de Spiritus sancti processione Cap. 10. Hinc etiam argumentatur Calecas; Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς θείοις τόδε τοῦδε, τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παρεπομένων ἀπηλλαγμένων. οὐθ' ὡς μέλος, οὐθ' ὡς κτῆμα, οὐδὲ κατά τινα ὑπεροχὴν, καὶ τοιαύτην ἄλλην οἰκειότητα λέγεται, κατὰ δὲ μόνον αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, ἐν ᾧ μόνῳ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διακεκρίσθαι καταλαμβανόμεθα. φανερὸν ὅτι καὶ τὸ λέγεσθαι ἴδιον εἶναι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον μόνον τὸν τῆς αἰτίας λόγον δύναται καταλαμβάνεσθαι. *Cum vnum alterius dici, vel hoc huius proprium in diuinis, reiecta materia, & ijs quæ materiam consequuntur, neque tanquam membrum, neque vt possessio, neque ratione alicuius excellentiæ, vel alterius cuiuspiam affinitatis queat: sed ratione sola principij, & eius quod est a principio, in quo vno alterum ab altero discerni comprehendimus: perspicuum est, cum dicimus Spiritum san-*

ſanctum proprium eſſe Filij, id ſola illa principij ratione dictum intelligi poſſe. Nec intelligi de donis fuſe alibi probauimus.

Nec aliam fuiſſe mentem Cyrilli, cum Spiritum Filij proprium aſſereret, locuples teſtis fuerit ante alios Theodoretus verborum Cyrilli nimis moroſus examinator. Is Epiſtola, ſiue illa genuina fuerit, ſiue conficta, cuius pars legitur in Concilio V. Conſtantinopolitano Act. 5. de qua infra dicemus, ad Ioan. Antiochenum narrat, non antea ſe reconciliatum fuiſſe Cyrillo, quam ille mutata ſententia, & ſuos Anathematiſmos reiecerit, palamque faſſus fuerit, *Spiritum ſanctum neque ex Filio, neque per Filium exiſtentiam habere, ſed ex Patre procedere: proprium vero Filij dici, tanquam qui cum eo eiuſdem ſubſtantiæ eſt*. Καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι᾽ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. Ἴδιον δὲ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. Prior itaque Cyrilli ſententia, antequam vniretur cum Theodoreto, & aliis, cum ſcripſit, *Spiritum eſſe proprium Filij*, ea erat, *Spiritum ſanctum ex Patre & ex Filio, ſiue per Filium habere exiſtentiam*, quod in Symbolo negabat Neſtorius, & ſubodoratus Theodoretus, vt blaſphemum & impium condemnauerat. Proprium itaque Filij Spiritum affirmans Cyrillus, Spiritum ex Filio

& per Filium exiſtentiam habere intelligebat, & Synodus Epheſina Anathematiſmos probans Cyrilli, hoc idem comprobauit.

CAPVT XXVIII.

Cyrillum nunquam mutaſſe ſententiam.

SEd Theodoretus dicit, Cyrillum mutaſſe ſententiam. Dixerunt & alij. Inſpiciamus. Cyrillus ad Acacium Epiſcopum Melitenæ, qui cum eo conqueſtus fuerat per Epiſtolam, quod conſenſiſſet Orientalibus, ſcribit, Orientales coacta Synodo hunc ſibi conuentionis modum præſcripſiſſe. Ἤθελον γὰρ ἐμοῦ γραφέντα ἔντε Ἐπιστολαῖς, καὶ Τόμοις, καὶ Βιβλίοις. μόνῃ δὲ ἐκείνῃ συνθέσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ὁρισθείσῃ πίστει. Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα γέγραφα, ὅτι τῇ μὲν ἐκθέσει τῆς πίστεως τῇ ὁρισθείσῃ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ πόλιν ἑπόμεθα πάντες, οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων παρασαλεύοντες. ἔχει γὰρ πάντα ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως, καὶ τὸ περιέργον ἔτι μετ' ἐκείνην οὐκ ἀσφαλές. Ἃ δὲ γεγράφαμεν ὀρθῶς κατὰ τῶν τοῦ Νεστορίου δυσφημιῶν, οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος, ὡς οὐκ εὖ γεγόνασιν, εἰπεῖν. Χρῆναι δὲ μᾶλλον αὐτὸν καταγνῶναι τὸ δόξαν τοῦ δυσσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστῳ Βασιλεῖ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν συναγηγερμένῃ, ποιῆσαι μὲν

μετὰ ἀποκήρυκτον τὸν Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος δόξῃ μεμαχημένον, ὁμολογῆσαι δὲ καὶ τὰς αἰτίους αὐτοῦ δυσφημίας. *Volebant enim ea omnia aboleri, quæ vel Epistolis, vel Tomis, vel Libris euulgaueram, & soli Fidei, quæ a sanctis Patribus nostris Nicææ edita fuerat, consentire. Ego vero ad ista ita rescripsi: Expositioni Fidei, quam Nicæni Patres ediderunt, adhæremus omnes, nihil eorum, quæ in ipsa continentur, labefactantes: sunt enim ea omnia recte inculpateque tradita, neque tutum est post illam fidei editionem, quicquam adhuc curiosius tractare. Quæ vero recte contra Nestorij blasphemias scripsimus, eiusmodi esse, vt nulla nobis ratione persuaderi possit, vt recte scripta esse negemus. Opus proinde magis, vt ipsi iuxta pientissimi Christique amantis Imperatoris decretum, sanctæq; Synodi Ephesinæ sanctionem, illum, qui contra Saluatoris Christi gloriam pugnauit, eijcerent, impiasque illius blasphemias anathemate insectarentur.* Et Epistola ad Donatum Nicopolitanum; Παρεσκεύασάν τε γράψαι πρός με τὸν θεοσεβέστατον καὶ ὁσιώτατον τῆς Βερροιαίων Ἐπίσκοπον Ἀκάκιον εἰκαῖά τινα, ὡς αὐτῶν αἰτουμένων, χρῆναι μὲν πάντα τὰ παρ' ἡμῶν γραφέντα κατὰ Νεστορίου παραλύεσθαι, καὶ ὡς ἄκυρα ῥίπτεσθαι. συντίθεσθαι δὲ μόνῳ τῷ Συμβόλῳ τῆς πίστεως τῆς ὁρισθείσης παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῇ Νικαίᾳ πόλει. οἶδε δὲ ἡ σὴ ὁσιότης, ὁποῖαι πάλαι αὐτῶν αἱ προτάσεις ἦσαν κατὰ τὴν τῶν

Ἐφε-

Ἐφεσίων πόλιν. Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα γέγραφα, ὅτι πρᾶγμα αἰτοῦσιν οὐκ ἐνδεχόμενον. Γεγράφαμεν γὰρ ὀρθῶς ἃ γεγράφαμεν, τῇ ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ συναγορεύοντες πίστει. καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν ἰδίων ἀρνούμεθα. Οὐ γὰρ εἴρηται καθάπερ αὐτοί φασιν ἀπημελῶς, ἀλλὰ τῆς ὀρθότητος ἐχόμενα παντελῶς, καὶ τῇ τῆς ἀληθείας δυνάμει συντρέχοντα. *Atque ita sanctissimum pijssimumque Acacium Berthœensem Episcopum, vt ad me absurda quædam scriberet, induxerunt, tanquam ipsi postularent, oportere vt omnia, quæ aduersus Nestorium scripsimus, abolerentur, & velut irrita reijcerentur, solumque Symbolum a sanctis Patribus in ciuitate Nicæa congregatis expositum admitteremus. Meminit sanctitas tua nuper Ephesi quoq; eiusmodi ab illis propositas fuisse conditiones. Ego vero ad hæc rescripsi, rem illos postulare, quæ fieri plane non potest, & quod quæcunq; scripsimus, recte scripsimus, vtpote recte integreque fidei patrocinantes; nihilque prorsus ex ijs, quæ a nobis scripta essent, negari non potest. Neque enim quidquam omnino temere a me dictum est, vt ipsi dicunt, sed ea tantum, quæ cum fidei rectitudine vbique cohærent, veritatique per omnia consentiunt.* Et in fine Epistolæ; Καὶ ἦν ἀναγκαῖον ἀκριβῶς διδαχθῆναι ταῦτα τὴν σὴν τελειότητα, ὡς ἂν μή τινες ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φλυαρεῖν εἰωθότες ταράξωσί τινας τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἡμῶν ἀρνησαμένων ἃ γεγράφαμεν κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν.

ἀπη-

ἀπέστειλα δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν ἐπιστολῶν, τῆς τε παρ' ἐμοῦ γραφείσης πρὸς τὸν εὐλαβέστατον τῆς Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ γραφείσης πρός με ἐπὶ τῷ ἀναθεματισμῷ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, καὶ τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ πρὸς εὐμάθειαν ἀκριβῆ τῆς σῆς τελειότητος. καὶ ἑτέρας Ἐπιστολὰς παρὰ ταύτας προσκομιζέτω μηδείς. *Id quod integritatem tuam perſpicue noſſe neceſſarium eſt, ne forte aliqui, qui alia pro aliјs ſæpe nugari ſolent, nonnullos ex fratribus conturbent, perinde ac ſi nos, quæ contra Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, iterum retractauerimus. Miſi autem exempla Epiſtolarum, tum eius, quam ad Ioannem religioſiſſimum Antiochiæ Epiſcopum ſcripſi, tum illius rurſum, quæ de anathematiſmo blaſphemiarum Neſtorij, deque eius depoſitione ipſe ad me miſit: vt integritas tua hæc omnia quam exactiſſime pernoſcat; nec vllas alias literas præter has quiſquam proferat.* Et de hac ſua mutatione ſententiæ alios Epiſtolam concinnaſſe tradit ad Epiſcopum Melitenæ Acacium, præcipitque illi fidem non eſſe adhibendam; Εἰ δὲ δὴ καὶ ὡς παρ' ἐμοῦ γραφεῖσα περικομίζοιτο πρός τινων Ἐπιστολή, ὡς μεταvοοῦντος ἐφ' οἷς πεπράχαμεν κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν, γελάσθω καὶ τοῦτο. ἐσμὲν γὰρ διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος χάριν ἐν καλῷ φρενός, καὶ τοῦ εἰκότος οὐκ ἐκπεφορήμεθα λογισμοῦ. *Si qua vero Epiſtola a quibuſdam circumferatur, tanquam a me de iјs, quæ*

Ephesi acta sunt, iam dolente & poenitentiam agente, praescripta, & id quoque contemnatur. Nam per gratiam Saluatoris nostri sana mente sumus, neque rationis vsu excidimus. An qui adeo manifeste sententiam suam edicit, & pluribus ad magnos atque eximios viros datis literis intonat, in libertate positus, nec nomen crucis adesset, coram tot testibus & plena Synodo in ea persistendi constanter & mordicus promittebat, aduersariorum solummodo dicto, & nescio cuius testimonio inani, fidem suam lusisse & sententiam mutasse credendus est?

CAPVT XXIX.

Theodoreti Epistolam ad Ioannem Antiochenum confictam fuisse ab Haereticis sicuti & alias multas probatur.

SEd dixit id Theodoretus, cuius dictum vsurpant Schismatici. Hoc vero probandum erat, quod ipsi nunquam probabunt. Multa sub Theodoreti nomine Nestoriani confinxerunt, quemadmodum & illam, quae legitur in V. Synodo Act. 5. post Cyrilli obitum ad Ioannem Antiochenum conscriptam, quam aequius dixeris Satyram, quam Epistolam. Qui enim potuit scribere Theo-

Theodoretus Ioanni Antiocheno post Cyrilli obitum, viuens mortuo? & Ioannem ante Cyrillum mortem obijsse, plane constat. Leguntur scilicet ad Ioannis successorem Epistolæ. Sed & alias finxisse ad ipsum Nestorium datas Leontius Scholasticus tradit, qui Nestorianorum Theodoretum calumniantium detegit imposturam; Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι φέρονται τινὲς Ἐπιστολαὶ Θεοδωρήτου καὶ Νεστορίου, ἐν αἷς ἀλλήλους ἀποδέχονται. Πλασταὶ δέ εἰσι. πλάττουσι δὲ αὐτὰς οἱ αἱρετικοὶ, τοῦ μάχεσθαι δι' αὐτῶν πρὸς τὴν Σύνοδον. εἰ δὲ βούλονταί τινες γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνώτω περὶ τῶν αἱρέσεων τὸ αὐτοῦ Θεοδωρήτου γεγραμμένον Βιβλίον. *Sciendum & illud circumferri quasdam Theodoreti ac Nestorij Epistolas, in quibus se mutuo recipiunt. Sed fictitiæ sunt. & fingunt eas Hæretici, vt earum ope Synodum oppugnent. Si cui vero cognoscere libet, quod graui Nestorium Theodoretus odio persecutus fuerit, is librum ipsius Theodoreti præscriptum de Hæreticis legat.* Et Cyrillus ipse Epistola ad Valerianum non sub Theodoreti tantum, sed aliorum etiam Orientalium nomine Epistolas publicatas fuisse refert, illisque fidem adhibere, vti fictitijs prohibet, quemadmodum & eorum relationibus in fauorem Nestorij scriptis, vti impostura & mendacio plenis. Ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν

ἕτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτῶν, μὴ πιστευέσθωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται ὑπὸ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν Διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. ἐὰν δὲ καὶ Ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντεθέντες τινὲς περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γεγραφυίας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μεταγνοίας εἰς τὸ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρωλισθημένοι; *Si qui igitur sunt, qui illos ab his diuersa sentire falso affirmauerint, nulla eorum dictis fides habeatur; verum tanquam impostores & mendaces secundum patrem suum Diabolum amandentur; ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent. Quod si qui Epistolas a se concinnatas circumferunt, tanquam quæ a viris spectatis editæ sint, eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum professi sunt, qui fieri potest, vt iam contraria scribant, quasi pœnitentia ducti eo iam prolapsi sint, & recta sapere diutius nolint?* Hoc idem, vt vides Lector, accidit Cyrillo, quod & antea Constantino Magno, alijsque post Concilium Nicænum, in quos multa falsissima & mendacissima confinxisse Arianos & alios Hæreticos, manifestum fit ex Philostorgianis Eclogis lib. 2. quæ accuratissime adnotantur in Dissertationibus Philostorgianis, Philostorgio additis.

tis. Nempe ait Philostorgius Constantinum Imperatorem post Synodum Nicænam literas & edicta vbique emisisse, quibus ὁμοούσιον lacerabat, ἑτερούσιον vero firmabat, τὸ μὲν ὁμοούσιον διαβάλλοντα, κρατύνοντα δὲ τὸ ἑτερούσιον. Et Alexandrum Episcopum Alexandrinum Constantini literis subscripsisse, & ideo Arianos cum eo conuenisse. Mox tamen Alexandrum discusso Imperatoris metu ad propriam pristinamque sententiam, seu ὁμοούσιον reuersum; quod & ipsum inculcat rursum Tmem. 7. atque adeo Arium cum suis tum ab eo & ab Ecclesia rursum defecisse. Quæ omnia mendacissime a Philostorgio & Arianis conficta Photius indicat. Quare vero similia confingunt Hæretici? vt inconstantiæ næuus, & dissensionis, seu schismatis in Ecclesia causa penes Catholicos collocetur, quorum inuidiam ab heterodoxis amoliuntur. Tum subditur, & recte. Et quid mendacius his quæ de Constantino Magno & Alexandro Episcopo effingit? Constantinum Magnum semper in fide integra integrum diserte testantur Veteres, Athanasius ad solitariam vitam agentes, Epiphanius hæresi 69. Theodoretus lib. 2. cap. 5. & contestatur apertissime eius Constitutio in Hæreticos & Schismaticos data. Et si hinc Ariani sparserint, Meletianique iactarent, vt

ex Epiphanio diximus, factam sibi a Constantino facultatem, vt seorsim ab Alexandrino Episcopo conuenirent, quam calumniam ipsæ Constantini literæ refutant, apud Athanasium Apolog. 2. Inde vero clemens nimis Constantinus visus nonnullis, quod Arium quoque exilio reuocauerit, interdicto ei primum Alexandriæ ingressu, mox tamen ei indulto. Videndus Socrates lib. 1. cap. 20. Sozomenus lib. 2. cap. 15. Nicephorus lib. 7. cap. 35. Falsum item est, quod de Alexandro Episcopo Alexandrino tradunt, vt prodit Athanasius Orat. 1. contra Arianos, & alij, qui ad mortem vsque integer in fide antiqua mansit. Et miramur Nestorij fautores varijs scriptis in vulgus sparsisse, Cyrillum in omnibus consensisse Ioanni, & sua damnasse Capitula? Quin etiam illud addiderunt, vt Epistola nomine Cyrilli conficta, qua palinodiam ipse recantaret, & quæ Ephesi facta essent rescinderet, & alia apud Historicos legimus. Et scripta Cyrilli ab Hæreticis corrupta fuisse scribit Anastasius Patriarcha Antiochenus in Odego contra Acephalos cap. 10. Et quædam Cyrilli dicta ad dogmata spectantia in exemplaribus Alexandrinis reperisse se deprauata & corrupta. Et infra post multa; Διηγοῦντο τοίνυν ἡμῖν οἱ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας

ἐκ

ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὅτι μετὰ τοὺς χρόνους τοῦ μακαρίου Εὐλογίου τοῦ Πάπα γεγονέν τις Αὐγουστάλιος ἐνταῦθα Σευηριανὸς, καὶ ἐπὶ ἱκανοὺς χρόνους ἔσχε ιδ' καλλιγράφους συμφρονοῦντας αὐτῷ, κατ' ἐπίταξιν αὐτοῦ καθεζομένους, καὶ φαλσεύοντας τὰς βίβλους τῶν δογμάτων τῶν Πατέρων, καὶ μάλιστα τὰς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. *Narrabant nobis Catholici, qui Alexandriæ degunt, post tempora Eulogij Papæ, hic fuisse præfectum Augustalium Seuerianum, qui satis diu quatuordecim Callignaphos, seu Librarios eiusdem secum sententiæ habuerit ac aluerit, quibus id negotij dabat, vt Patrum libros falsarent, ac deprauarent, maxime sancti Cyrilli.* Et Leontius Byzantius de Sectis Actione 8. de Dioscoro; Ὁ γὰρ Διόσκορος διάδοχος γενόμενος τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ εὑρὼν τὰ αὐτοῦ συγγράμματα ἴσως, οὐκ αὖ ὤκνησε τινὰ θεῖναι ὧν ἐβούλετο. *Dioscorus enim successor beati Cyrilli factus, cum eius opera reperisset, forte non veritus est inserere nonnulla, quæ ipsi libitum fuit.*

Hinc, quæ exscribitur a Schismaticis, Theodoreti Epistolam, & cui tantum innituntur, fictitiam esse semper existimaui; vel saltem ab ijsdem alijs atque alijs, & præsertim de processione Spiritus additis interpellatam, cuius segmenta publicarunt Nilus, Iosephus Bryennius Orat. 7. de Trinitate, & alij, vt probarent, Spiritum per Filium existentiam non habere, cum mutata sen-

ſententia reconciliatus cum Orientalibus Cyrillus, abnegata priore, *quod haberet exiſtentiam per Filium*, oppoſitam amplexatus eſt. Verba Theodoreti ex ſententia Cyrilli. Καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον αὐτοῦ. *Et Spiritus ſanctus non ex Filio aut per Filium exiſtentiam habens, ſed ex Patre procedens: proprius vero Filij, tanquam qui eiuſdem cum eo naturæ eſt.* Subdit Theodoretus: Ταύτην τὴν ὀρθότητα τοῖς γράμμασι θεασάμενοι ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰατρεύσαντα, καὶ τὸν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἡδεῖαν ἁρμονίαν μεταρρυθμίσαντα. *Hanc rectitudinem in literis conſpicientes, laudauimus eum, qui blæſas linguas ſanauerat, & inconcinnum ſtrepitum in dulcem concentum immutauerat.* Hinc quaſi victoria potitus Nilus Theſſalonicenſis clamat; Ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις οἱ τῆς ἑῴας Ἐπίσκοποι τὸν μακάριον ἐδέξαντο Κύριλλον, ἐφ' οἷς ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, σαφὲς ἐκ τῶν εἰρημένων. *In his itaque ab Orientalibus Epiſcopis, in quibus ex Patre & non ex Filio Spiritum ſanctum procedere affirmat, beatum Cyrillum ſuſceptum fuiſſe, ſatis ex dictis manifeſtum remanet.* Vt vero quæ falſa ſunt, & inſidioſe conficta a veris ſecernamus, & depreſſa a Schiſmaticis veritas tandem emergat, in-

tegram Theodoreti Epistolam ad dictum
Ioannem, quam nobis antiquissimus Codex
Vaticanus Num. 1431. pag. 250. exhibet,
exscribamus; Ὁ πάντα σοφῶς πρυτανεύων Θεός,
καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμονοίας, καὶ τῆς
τῶν λαῶν κηδόμενος σωτηρίας συναθροισθῆναι ἡ-
μᾶς κατὰ τὸ ταυτὸν παρεσκεύασε, καὶ συμφώνους ἀλλή-
λοις τὰς πάντων ἔδειξε γνώμας. ἐν κοινῷ γὰρ ἀνα-
γνόντες τὰ Αἰγύπτια γράμματα, καὶ ἐξετάσαντες
αὐτῶν ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, εὕρομεν σύμφωνα τοῖς
εἰρημένοις τὰ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένα, καὶ ἄντικρυς ἐναν-
τία τοῖς δώδεκα Κεφαλαίοις, οἷς μέχρι τοῦ παρόντος,
ὡς ἀλλοτρίοις τῆς εὐσεβείας πολεμοῦντες διετελέσα-
μεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἶχε, σαρκικῶς σάρκα γεγονότα
τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν καὶ
σύνοδον τῇ καθ᾽ ἕνωσιν φυσικήν, καὶ τὸν Θεὸν Λό-
γον πρωτότοκον γεγενημένον ἐκ νεκρῶν. ἀπηγόρευ-
σε δὲ καὶ τὴν περὶ τῶν Κυριακῶν φωνῶν τὴν διαίρεσιν. καὶ
ἕτερα πρὸς τούτοις εἶχε τῶν μὲν Ἀποστολικῶν δογμά-
των ἀλλότρια, τῶν δὲ αἱρετικῶν ζιζανίων βλαστήματα.
τὰ δὲ νῦν ἀπεσταλμένα τῇ Εὐαγγελικῇ εὐγενείᾳ καλ-
λωπίζεται. Θεὸς γὰρ τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ
Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἀναγορεύεται.
καὶ φύσεις δύο, καὶ τούτων διαφορὰ καὶ ἕνωσις ἀσύγχυτος
οὐ κατὰ κρᾶσιν καὶ φυρμόν, ἀλλ᾽ ἀπορρήτως καὶ θεοπρε-
πῶς γινομένη, καὶ τῶν φύσεων τὰς ἰδιότητας ἀκεραίως
διαφυλάξασα. καὶ ἀπαθὴς μὲν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ
ἄτρεπτος. παθητὸς δὲ ὁ ναός, καὶ τῷ θανάτῳ πρὸς
ὀλίγον παραδοθείς, καὶ πάλιν τῇ δυνάμει τοῦ ἑνωθέν-
τος

τοῦ Θεοῦ ἐγερθεὶς. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ διʼ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλʼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. Ταύτην τὴν ὀρθότητα ἐν τοῖς γράμμασι θεασάμενοι, καὶ ἐναντία ἐκ διαμέτρου τοῖς ἤδη πρότερον γραφεῖσιν εὑρόντες, ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰατρεύσαντα, καὶ τὸν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἠχὴν ἡδεῖαν μεταρρυθμίζοντα. Epistolæ sententia est. *Omnia sapienter gubernans Deus, & nostræ prouidens concordiæ, & populorum procurans salutem, congregare nos in vnum præparauit, & consonantes sibi omnium ostendit voluntates. Comuniter enim perlegentes Ægyptiacas literas, & examinantes earum subtiliter sensum, inuenimus consonantes dictis a nobis eas, quæ inde directa sunt, & palam contrarias duodecim Capitulis, quibus vsque ad præsens vt alienis a pietate repugnantes permansimus. Nam illa quidem habebant. Carnaliter carnem factum esse Dei Verbum, & per subsistentiam vnitatem, & conuentum per vnitatem naturalem, & Deum Verbum primogenitum factum ex mortuis. Abdicabant vero & vocum diuisionem quæ de Domino facta sunt: & alia vero adhæc habebant Apostolicis quidem aliena, Hæreticorum vero germina zizaniorum. Quæ vero nunc directa sunt, Euangelica generositate decorantur. Deus quippe perfectus, & homo perfectus Dominus noster Iesus Christus in illis prædicatur:*

tur: & duæ naturæ, & earum differentia, & vnio inconfusa non secundum commixtionem, aut turbationem, sed ineffabiliter, & vti Deum addecet facta, & naturarum proprietates pure conseruans: & impassibile quidem Deum Verbum, & immutabile: passibile vero templum, traditumq; paruum ad tempus morti, rursumq; potestate vniti Dei exsuscitatum: & Spiritum sanctum non ex Filio, aut per Filium existentiam habentem, sed ex Patre procedentem: proprium vero Filij, tanquam qui cum eo eiusdem sit naturæ. Hanc rectitudinem in literis conspicientes, laudauimus eum, qui blæsas linguas sanauerat, & inconcinnum strepitum in dulcem concentum immutauerat. Hæc est integra ad Ioannem Antiochenum Epistola, si tamen illius est, qua & calumnia Scriptoris in Cyrillum, & mala Nili fides, & aliorum in ea referenda aperte deprehenditur: Neque enim Cyrillus Anathematismis suis, quos mordicus, & in Synodo publice defendit, nec non ijs probatis subscriptisque Orientalium communionem admisit, contraria in gratiam vnius Theodoreti pronunciauit. In Synodo Ephesina ante & post Conciliabulum, nullo in illis dempto, aut adiuncto, omnium Patrum votis excepti, vt antea eos scripserat Cyrillus, verbis ipsissimis confirmati sunt. Etsi, vt tradunt Schismatici, de processione

Spiritus perpetuum silentium fuit, indeque argumentantur, processionem Spiritus ex solo Patre. Quomodo hic tam aperte confessione Cyrilli fauente Nestorio in Anathematismis ipsis contrarium definiuerunt? Nili vero & Schismaticorum fidem quis non criminabitur, qui quod dixerat de Anathematismis Cyrilli Theodoretus, subticuerunt, quod de processione Spiritus ex solo Patre, exscripsere, & suis innotescere voluerunt? Annon vides, si primum publicassent, eodem ipso momento, & quæ de Spiritus processione ex Cyrillo afferuntur, vti falsa venissent reijcienda? Eodem siquidem fundamento nituntur, tam quæ de Incarnatione Christi, quam quæ de processione Spiritus traduntur. Quemadmodum enim per summam fraudem atque malitiam conficta sunt quæ de Incarnatione agunt, ita & quæ de processione scribuntur, commentitia sunt. Et sic promissa Cyrilli de fide sua nunquam mutanda, & protestationes necnon assertiones de non mutata, omnes ruerent, & Concilij Ephesini acta re ipsa suam dignitatem ac firmitatem huiusce Epistolæ solo testimonio amitterent.

CAPVT XXX.

Cyrillus Epiſtolam Theodoreti de mendacio defert.

SEd quid moror? Cyrillus ipſe machinis Hæreticorum labentem & prope cadentem cauſam fulciat, & veritati ſubueniat, ad quem cum perueniſſet prædicta ſub nomine Theodoreti Epiſtola ad eundem Ioannem Antiochenum literis datis, quidquid in ea continebatur, reſcindit, & de mendacio defert, & ab eo ſceleris pœnas expetit. Cyrilli Epiſtolam idem qui & Theodoreti Codex Vaticanus ſubminiſtrauit; Κυρίλλου Ἰωάννῃ Ἐπισκόπῳ καὶ Θεοδωρήτῳ. Ἐγὼ μὲν ἀπομάξασθαι τὴν κηλῖδα τῆς Νεστορίου κενοφωνιῶν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις θεοσεβεστάτοις Ἐπισκόποις ὑπενόουν τὸν εὐλαβέστατον Θεοδώρητον. διεκείμην γὰρ, ὅτι γέγραφας ἅπαξ, καὶ τὴν εἰρήνην κατασπαζόμενος, ἀντικομιζόμενος δὲ καὶ τὰς παρ' ἐμοῦ προσρήσεις, τὸ δοκοῦν ἐμποδὼν ἑστάναι τῇ συμβάσει πεποίηται καὶ αὐτὸς ἐκ μέσου· ἀλλ' ὡς μεταδέδωκέ μοι ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Δανιὴλ εἰς δεῦρο συντείνεται, μὴ ἐξιστάμενος τῆς ἐν ἀρχαῖς. ἔχεται δὲ ἴσως τῆς ἐκείνου δυσφημιῶν, καὶ δῆλός ἐστιν, εἰ μήτε ἀναθεματίσειν, μήτε μὴν ἠνέσχετο ὑπογράψαι τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ. καί μοι δότω παρρησίαν ἡ σὴ ὁσιότης ἐξ ἀγάπης λέγοντι. διὰ ποίαν αἰτίαν οὔπω τραχηλιῶσι τινὲς,

ὡς

ὡς μὴ ἕπεσθαι τῷ ἀξιαγάστῳ σκοπῷ τῆς σῆς θεοσεβείας, μηδὲ ἐν τοῖς οἰκουμενικοῖς· ἀλλ᾽ οἷον ἀτημελεῖ τινὲς ὄντες τὸ αὐτοῖς καὶ μόνοις δοκοῦν κρατύνουσιν. καὶ εἴπερ ἐστὶν ἅπερ ἔμαθον ἀληθῆ, ὀφείλει τῶν τῆς σῆς θεοσεβείας κέντρων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν ὁ μνημονευθεὶς θεοσεβέστατος ἀνήρ. *Cyrilli ad Ioannem Episcopum aduersus Theodoretum Epistola. Ego equidem existimabam religiosissimum Theodoretum simul cum alijs pijssimis Episcopis prauarum opinionum Nestorij maculas abstersisse. Sic enim animo conceperam eum, cum semel scripsisset, & pacem excepisset, recepissetque a me resolutiones, quod videbatur concordiæ impedimenta ponere, a se longe fecisse; Verum, vt communicauit mihi pijssimus presbyter Daniel, adhuc contendit, in pristinis opinionibus perseuerans, & non longe est ab illius blasphemijs, patetque aut non anathematizasse, aut non subscripsisse illius depositioni. Et quæso tua sanctitas concedat mihi, qui ex charitate loquor, libertatem dicendi. Quam ob causam nonnulli ceruicem adeo flectunt, vt tuæ pietatis scopum laudabilem in rebus vniuersalibus non sequantur; sed veluti ab armento deuorantes pecudes, quod ipsis solis perplacet, exequantur. Quodsi, quæ mihi referuntur, vera sunt, næ prædictus pijssimus Vir tuæ pietatis aculeos debet experiri.*

Quis fide dignior, Theodoretusne an Cyrillus? Condemnatusne receptusque a Synodis,

dis, an Synodi vniuersalis præses, in eadem perpetuo fidei firmitate perstans, & cuius scripta dictaque æque atque diuina eloquia ab Ephesina, & subsecutis generalibus Synodis recepta, & quasi veritatis regula constituta sunt? Quin etiam ipsum Theodoretum mutasse sententiam, condemnasseque quæ prius scripserat aduersus Cyrillum, testis luculentus est Nicephorus Blemmida Oratione secunda de processione Spiritus sancti ad Theodorum Ducam Lascarim; Συνέσις δὲ οὐδεμία συνεωρακέναι, πρῶτον μὲν ὅτι πολλοὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐδογμάτισαν καὶ λίαν σαφέστατα τὸ, διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τὸ δὲ, μὴ διὰ τοῦ υἱοῦ, τῶν ὅλων οὐδεὶς τῇ θεολογίᾳ προσετέθετο, πλὴν εἰ μή τις εἰσάγει τὸ τοῦ Θεοδωρήτου φιλόνεικον. διὸ καὶ καθῄρητο, καὶ ἀποκεκήρυκτο. κἂν ὕστερον κατεγνωκὼς καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ τῶν οἰκείοις λόγοις, ὅσοι τῆς θεοστυγοῦς ἔριδος, ἀποσκευασάμενος, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς τοῦ ἀναθέματος ἀραῖς καθυποβαλὼν, μόλις ἔτι προσεδέχετο. Neque *vlla illis prudentia adfuit discernendi, primum quidem multos sanctos Patres, & apertissime omnino sanciuisse per Filium Spiritum sanctum ex Patre procedere, sed per Filium non procedere nullum, dum de rebus diuinis ageret, affirmasse; nisi quis hoc a Theodoreto contentionis vitio dictum in medium afferat, propter quod depositus, & proscriptus est; licet postea semet-*

ipsum

ipſum condemnans, ſermonibus proprijs, quos execrandæ contentionis ſtudio effutierat ablegatis, & anathematis diris ſubactis, vix tandem receptus ſit.

CAPVT XXXI.

Synodum confirmaſſe ſententiam Cyrilli.

SEd demus hoc etiam Schiſmaticis, vera narraſſe Theodoretum. Quid inde concluditur? *Spiritum ſanctum ex Filio, & per Filium exiſtentiam habere*, tenuiſſe Cyrillum. Nam ſi reſipiſcens, in gratiam Theodoreti vel aliorum in eam ſententiam venit, vt affirmaret, *neque per Filium, neque ex Filio exiſtentiam habere Spiritum*. ergo prior illius ſententia contraria erat, & verba ab eodem in Anathematiſmo prolata non aliud ſignificabant. Sed Synodus Epheſina eadem ipſius verba ſuo decreto confirmauit, & anathemati ſubiecit eos, qui ab eo aliena tenerent, vel prædicarent. Ergo Synodus definiuit, *Spiritum ſanctum ex Filio, & per Filium exiſtentiam habere*. Quodſi id iudicaſſet noxium & blaſphemum, verba Cyrilli condemnaſſet, non approbaſſet. Eſt ergo impium Neſtorij dogma, & Theodoreti, *non procedere per Filium Spiritum*, & contrarium, *pro-*

procedere ex Filio, quod Latini ſequuntur, Synodi, & reliquorum Eccleſiæ Doctorum traditio. Et non mentitur Cyrillus aſſerens, *Spiritum eſſe proprium Filij*, quia ex eo & per eum exiſtentiam habet. Et Patres Epheſini etiam Orientales poſt vnionem cum Ægyptijs palam & aperte confirmarunt, cum Anathematiſmos Cyrilli comprobarunt. Quinimo nemo ex aduerſarijs Cyrilli, & qui illi contradixerant, in communionem receptus eſt, niſi prius Capitibus Cyrilli receptis, & propria ſubſcriptione firmatis, vt de Domno Antiocheno Epiſcopo Ioannis ſucceſſore memoratur, qui cum a Dioſcoro in Conciliabulo Epheſino ſede priuatus eſſet, in locum eius ſubrogato Maximo, cauſa cognita eum iuſte meruiſſe damnari, ſanctus Leo Papa intellexit, & Maximi ſubſtitutionem firmauit. in quo etiam Conciliabulo Flauianus, Euſebius, Ibas, Theodoretus, alijque Eutychianæ hæreſeos aduerſarij tam abſentes quam præſentes, vti fautores Neſtorij, ac nonnulli eorum aduerſus Cyrillum ſcriptores damnati ſunt. Quare ad rem noſtram Synodus V. œcumenica Act. 6. *Chalcedonenſis ſancta Synodus Domnum Antiochiæ Epiſcopum, eo quod ſcripſit debere taceri duodecim Capitula ſanctæ memoriæ Cyrilli, & poſt mortem condemnauit, cum confirmaſſet conde-*

mnationem eius, & suscepisset Maximi ordinationem. Si igitur propter duodecim Capitula Domnus condemnatus est, quomodo dicere præsumunt quidam, Epistolam quæ impia eadem duodecim Capitula dicit, susceptam esse a sancto Chalcedonensi Concilio? Iustinianus Imperator in Confessione suæ Fidei contra tria Capitula post Concilium V. Generale edita scribit; Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία Σύνοδος Δόμνον τὸν Ἀντιοχείας γενόμενον Ἐπίσκοπον μετὰ θάνατον κατεδίκασε τολμήσαντα μόνον γράψαι, δεῖν περισιωπηθῆναι τὰ δώδεκα Κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου. *Sed & Chalcedonensis sancta Synodus Domnum Antiochiæ factum Episcopum post mortem condemnauit, quod solum ausus est scribere, oportere taceri duodecim Capitula sancti Cyrilli.* Mirum sane est: qui non condemnauit Capitula, sed scripsit tantummodo, ea silentio tegenda esse, quod non est insimulare flagitij, etiam post mortem condemnatum fuisse a Synodo vniuersali. Quam meruisset pœnam, si vel voce, vel scripto in dicta Capitula inuectus esset, & tum fuisset viuus cum iudicium agebatur? Et cum Cyrillus in eadem Synodo Ephesina sæpius profiteatur suam doctrinam, quam ipse contra Nestorium publicauerat, esse conformem per omnia Synodo Nicænæ primæ, plane etiam affirmat hoc dictum suum, *Spiritum esse proprium Filij,*

lij, & ex eo, & per eum procedere, antiquos Ecclesiæ Patres, & inter eos Athanasium, & eandem Synodum Nicænam confirmasse. Epistola ad Acacium Episcopum Melitenæ. Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα γέγραφα, ὅτι τῇ μὲν ἐκθέσει τῆς πίστεως τῇ ὁρισθείσῃ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων κατὰ τὴν Νικαέων πόλιν ἑπόμεθα πάντες, οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων παρασαλεύοντες. ἔχει γὰρ πάντα ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως. καὶ τὸ περίεργον ἔτι μετ' ἐκείνην οὐκ ἀσφαλές. *Ego vero ad ista rescripsi. Expositioni Fidei, quam Nicæni Patres ediderunt, adhæremus omnes, nihil eorum quæ in ipsa continentur, labefactantes: sunt enim ea omnia recte inculpateque tradita; neque tutum est, post illam fidei editionem quidquam adhuc curiosius pertractare.* Et Epistola ad Ioan. Episc. Antiochenum; Ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἁγίων δόξαις ἑπόμεθα πανταχοῦ, μάλιστα δὲ τοῦ μακαρίου καὶ πανευφήμου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τὸ κατά τι γοῦν ὅλως ἔξω φέρεσθαι παραιτούμενοι, πεπείσθω μὲν ἡ σὴ ὁσιότης, ἐνδοιαζέτω δὲ τῶν ἄλλων μηδείς. παρέθηκα δ' ἂν καὶ χρήσεις αὐτοῦ πολλάς, τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους ἐξ αὐτῶν πιστούμενος, εἰ μὴ τὸ μῆκος ἐδεδίειν τοῦ γράμματος, μὴ ἄρα πως γένηται διὰ τοῦτο προσκορές. καὶ κατ' οὐδένα δὲ τρόπον παρασαλεύεσθαι πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς. οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέροις, ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν

παραβῆναι συλλαβὴν, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος, μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες σου. οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ. ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. *Quod vero ſanctorum Patrum, maxime autem beati celeberrimique Patris noſtri Athanaſij ſententias vbique ſequamur, & caueamus, ne vel minima in re ab ea declinemus, id tua quidem ſanctitas certo ſibi perſuadeat, neque alius quiſpiam ambigat. Multa his adiunxiſſem illorum teſtimonia, fidem huic orationi meæ concilians, niſi metuiſſem, ne longitudo literarum faſtidium afferret. Nullo autem modo patimur, vt ab aliquo fides illa, ſiue fidei Symbolum concutiatur, quod a ſanctis quidem Patribus Nicænis editum eſt. Neque enim aut nobis, aut vlli omnino alteri vel vnam voculam ibi poſitam immutare, aut vnam etiam ſyllabam præterire permittimus, memores eius qui dixit; Ne transferas terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. Non enim ipſi locuti ſunt, ſed ipſe Spiritus Dei ac Patris, qui procedit quidem ex ipſo, nec ob id tamen ſecundum eſſentiæ rationem alienus eſt a Filio.* Dicit Cyrillus nihil eorum, quæ in fide Nicæna continentur, ſe labefactare: quia in ea omnia recte inculpateque tradita ſunt: non eſſe tutum poſt illam fidei editionem quidquam curioſius pertractare: non per-

mit-

mittere nec sibi, nec vlli omnino alteri, vel voculam in ea positam, vel syllabam immutare, aut præterire: non declinare se vel minima in re ab Athanasio, quem vbique sequitur. ipsos non esse locutos, sed Spiritum Dei & Patris, qui a Patre procedit, nec a Filio secundum essentiæ rationem est alienus, quod significat, vt Theodoretus explicat, *a Filio Spiritum, siue per Filium procedere*, quam sententiam postmodum eodemmet Theodoreto teste mutauit, asserendo, *neque per Filium, neque ex Filio esse Spiritum*. Ergo Cyrilli sententia, cum Athanasij dictis & Fidei Nicænæ Symbolo concordans fuit, *Spiritum* nempe, *per Filium, & ex Filio existentiam habere*, & hanc sententiam, licet Theodoretus falso oppositum afferat, testimonio suo Cyrillus nunquam mutauit. Ergo semper in ea sententia permansit Cyrillus ante & post Synodum, Spiritum nempe ex Filio, & per Filium procedere; & Synodus Ephesina approbans Anathematismos Cyrilli, in quibus similis sententia continetur, & damnans scripta Theodoreti contra Anathematismos, in quibus oppositum continetur, eodem tempore probauit, *Spiritum ex Filio, & per Filium procedere*, & sententiam Theodoreti siue Nestorij similem processionem ex Filio & per Filium negantem condemnauit.

CAPVT XXXII.

Cyrillus dictis Athanasij & Basilij & aliorum Patrum continuo stetit.

SEd Cyrillus dictis Athanasij non stetit. Id quoque examinetur. Verba Athanasij illa sunt, Μηδὲν πλέον τῆς ἐν Νικαίᾳ προβάλλεσθαι. καὶ ὅτι καὶ ἡ ἐν Σαρδικῇ Σύνοδος ἠγανάκτησε, καὶ ὥρισεν. ὅτι μηδὲν ἔτι περὶ πίστεως γράφεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθείσῃ πίστει, διὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ ἐλλείπειν, ἀλλὰ πλήρη εὐσεβείας εἶναι. *Nihil præter ea, quæ Nicææ decreta sunt, promere. & Sardicensem Synodum ægre tulisse, ordinasseque, ne quid in posterum de fide scriberetur, sed quiescerent fidei a Patribus Nicææ traditæ, quod in ea nihil deficeret, sed plena essent pietatis.* Athanasiana de Synodo Nicæna repetit Cyrillus, vt vidimus. Filij proprium Spiritum, nec ab eo alienũ præter ea quæ supra exscripsimus, alijs innumeris prope, vt ita dicam, locis inculcat Cyrillus, Expositione in Ioëlem prophetam; Γεγέννηται γὰρ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τε τὸ πνεῦμά ἐστι. *Genitus siquidem est vere ex Deo & Patre. Proprius ipsius, & in ipso, & ex ipso Spiritus.* Oratione Prosphonetica ad Theodosium Imperatorem. Ἀπολύων γὰρ ἁμαρτίας

τὸν

τὸν αὐτοῦ προσοικειούμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι, ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς, ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγος. *Peccata nanque illis, qui illi adhærent condonans, quem proprio mox Spiritu inungit, quem ipse immittit vti Verbum ex Deo Patre.* Et post pauca. Ἄρα γὰρ, ὅτι καὶ ἴδιον ἐστὶ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. *Patet ergo & Spiritum Filij quoq; proprium esse.* Et Epistola ad Presbyteros, & Monachos quosdam Orthodoxos; Οὐκοῦν ἐκ Θεοῦ καὶ Θεὸς τὸ πνεῦμα ἐστὶν, οὐκ ἀλλότριον τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τε καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἴδιον αὐτῆς. *Est ergo ex Deo & Deus Spiritus, nec alienus ab omnium sublimissima essentia, sed ex ipsa, & in ipsa & proprius ipsius.* Lib. 3. ad Hermiam. Εἰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. *Si Spiritus Dei & Patris, proprius est & Filij.* & alibi; Καὶ μὴν ὅτι τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον ἦν καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, δίκην τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς καὶ ἀνθρωπείου πνεύματος. *Sic etiam Spiritum esse ex Deo & Patre, proprium vero Filij instar nostri humani Spiritus.* & lib. 6. ad eundem; Μιᾶς οὖν φύσεως ἓν καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ προχεῖται μὲν οἷά περ ἀπὸ πηγῆς τοῦ πατρὸς, ἔστι γε μὴν οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ. *Vnius igitur naturæ vnus etiam Spiritus, & profunditur quidem quasi a fonte Patre, est autem non alienus & a Filio.* Et in dictum Ioannis, *Sicut misisti me in mundum, & ego mitto eos in mundum.* Ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ πα-

πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον, ἢ μερισθὲν ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε, καὶ ἐνυπάρχον. *Proprius Dei & Patris Spiritus est, sed non minus etiam proprius Filij est, non vt alius atque alius, aut diuisim in vtroque intellectus aut inexistens.* Lib. 2. Thesaurorum; Ἴδιον δὲ πάντως τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑποστατόν. *Proprius autem est Spiritus essentiæ Filij, nec ab externo hypostasim habens.* Hæc Cyrillus, & alibi sæpius, vt reliqua præteream. Non alia Athanasij sunt. Orat. 1. contra Arianos; Ἀμέλει ὥσπερ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Λόγος ὢν ἐχορήγει τοῖς ἁγίοις ὡς ἴδιον τὸ πνεῦμα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος γενόμενος ἁγιάζει λοιπὸν πάντας τῷ πνεύματι. *Denique quemadmodum ante Incarnationem Verbum cum esset sanctis veluti proprium Spiritum elargiebatur, sic & homo factus Spiritu sanctificat omnes.* Et ad Serapionem Epistola; Τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τοῦ υἱοῦ ἴδιον ὄν, παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῖς μαθηταῖς καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. *Spiritus ex Patre procedit, & Filij cum proprius sit, ab eodem datur Discipulis, & vniuersis in illum credentibus.* Et; Εἰ δὲ τοῖς μὲν ἀεὶ τὸ αὐτό ἐστι καὶ μεθεκτόν, τὸ δὲ κτίσμα, τὰ μετέχοντά ἐστιν αὐτοῦ, οὐκ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι Ἄγγελος, ὅτι Λόγος, ἀλλ' ἴδιον τοῦ Λόγου, παρ' οὗ διδόμενον μετέχεται παρὰ τῶν κτισμάτων. *Quodsi ijs semper*

idem

idem est, & participatur, creaturæ vero illius participant, non erit Spiritus sanctus neque Angelus, neque Verbum, sed proprius Verbi, a quo datus a creaturis participatur. His quoq; concordat Basilius Homil. Morali. 40. Οὐκ ἀλλότριον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἀρρήτου στόματος ἀῤῥήτως πεφηνὸς, ἀλλὰ Θεοῦ πνεῦμα καὶ παρὰ Θεῷ, ἀποστελλόμενον παρὰ Θεοῦ. τὸ δι' υἱοῦ χορηγούμενον. ὡς λέγεται μὲν ἐκ τοῦ πατρικοῦ προσώπου τὸ πνεῦμα τὸ ἐμὸν, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί. Λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ὅτι Παράκλητον πέμψω ὑμῖν, ὅν τινα καλεῖ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. *Non alienus est a gloria Patris Dei Spiritus, & per Filium suppeditatus, vt dicitur a paterna persona, Spiritus meus, qui est in te. Dicitur quoq; a Christo, Paracletum mittam vobis, quem & vocat Spiritum veritatis.* Et ad Gregorium fratrem de differentia essentiæ & hypostasis; Οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας, δι' αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν συνεφειλκύσατο. καὶ εἰ τὸν υἱὸν ἀληθῶς τις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, τῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τῇ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενον. Οὔτε γὰρ τοῦ πατρὸς ὁ ἀεὶ ὢν ἐν τῷ πατρὶ ἀποτμηθῆναι δύναται, οὔτε τοῦ πνεύματος ποτὲ διαζευχθήσεται τοῦ ἰδίου, ὁ πάντα ἐν αὐτῷ ἐνεργῶν. *Sic & qui Spiritum traxit, per eum & Filium simul traxit, & si quis Filium vere susceperit, habebit ipsum vtraq; ex parte, hac Patrem, illa proprium Spiritum vna secum ducentem. Neque enim a Patre,*

qui

qui semper in Patre est, prascindi potest; neque a Spiritu vnquam dissociabitur proprio, qui omnino in ipso operatur. Epiphanius in Ancyroto; Τὸ πνεῦμα ἀκατάληπτον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη πατρὸς μηδὲ υἱοῦ. *Spiritus comprehendi non potest, non alienus Patris & Filij: nanque ipse vnigenitus vocat Spiritum Patris, & qui ex Patre procedit, & ex meo accipiet, ne alienus a Patre & Filio existimaretur.* Quinimo in Synodo ipsa Nicæna Leontius Cæsariensis nomine Nicænæ Synodi ad Philosophum respondet; Δέχου μίαν θεότητα τοῦ πατρὸς τοῦ γεννήσαντος τὸν υἱὸν ἀνεκφράστως, καὶ τοῦ υἱοῦ, τοῦ γεννηθέντος ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, ἰδίου δὲ ὄντος τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. *Accipe vnam deitatem Patris, qui genuit Filium ineffabiliter, & Filij ex eo geniti, & Spiritus sancti ex eodem Patre procedentis, qui & proprius est Filij, & ex eo ipso scaturiens.* Hic vt vides omnes vno ore eadem dicunt, & eodem ducti spiritu scribunt, cum quibus vti maximis in rebus assentitur Cyrillus. Quare Theodoretus in tantos Patres, & Nicænam ipsam Synodum calamum non strinxit, nec in eos inuectus est, conclamando, & subdiuidendo, cum vocis

Pro-

Proprij ſenſum & ſignificatum plane calleret? *Proprium autem Spiritum Filij, ſiquidem vt eiuſdem cum eo naturæ, & ex Patre procedentem, dixerunt, ſimul confitebimur, & tanquam piam ſuſcipiemus vocem: ſi vero tanquam ex Filio, aut per Filium exiſtentiam habeat; hoc vt blaſphemum & impium reijciemus.* Et ſic Theodoretus, quæ ſua fuerit, in tantos Patres reuerentia, & Synodum Nicænam, & Baſilium, & Epiphanium, & Athanaſium, quæ Eccleſiæ fulcra? & vniuerſam denique Eccleſiam, quæ *Spiritum proprium Filij* voce & ſcripto euulgauerant, non eo ſenſu in quem Theodoretus deflexit, ſoli Neſtorio fauens, æque atque Cyrillum condemnabit. Et Nilus Schiſmaticus cum alijs, qui confidenter atque proterue omnia loquuntur, & Patres ipſos & eandem Synodum Nicænam, quæ ſimilia audiuit & tacuit, & non condemnauit, ex hoc ſolo ſilentio declarabit; Δειναῖς καὶ ἀπαραιτήτοις αἰτίαις ἐνέχεσθαι τοὺς μακαρίους Πατέρας, καὶ οὐ διδασκάλους, οὐδὲ ποιμένας, ἀλλὰ ἀδελφοφόνους δή τινας, καὶ μιαρούς, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρείας ἐχθρούς. Εἰ γὰρ ἤκουσαν, ὥσπερ οὖν καὶ ἤκουσαν, ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται, τοῦτο δὲ ἐστι ψεῦδος, καὶ περὶ τὴν πίστιν πλημμέλεια, οἱ δὲ σιωπῇ τὸν λόγον ἀφεῖκαν, πῶς οὐχὶ τὰ εἰρημένα ἀκούειν δίκαιον. Εἰ τοίνυν ὑγιὲς τὸ δόγμα καὶ οὐκ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ παύσα-

σθε

ται πρὸς οἰκουμενικὴν Σύνοδον ἀντιλέγοντες. εἰ δὲ ψεῦδος τὸ τοιοῦτον, ἔνοχοι πάντως οἱ τῆς εὐσεβείας προστάται, τῆς ἐκ τῆς θείας ὀργῆς παρεκτιμείοις ἐπισυμβαίνουσιν, καὶ ἀποκειθήσονται τῇ κρίσει τῆς ἀκαίρου σιωπῆς ἕνεκεν, καὶ τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν ἐκ τῶν χειρῶν ἐκείνων ἐκζητηθήσεται. *Diris pœnis atque criminationibus beatos illos Patres obnoxios esse, & non Magistros, aut Pastores, sed homicidas quosdam, & execrandos, & humanæ salutis hostes. Etenim si audierunt, vt certe audierunt, Spiritum sanctum ex Filio procedere, quod est falsum & fidei læsio, & silentio dictum præterierunt, quomodo in dicta incidisse iuste non audient? Si igitur sanum est dogma, & Spiritus ex Filio non procedit, finem ponite Synodo Generali contradicendo. Quod si id mendacium est, & sic prorsus pietatis vindices diuinam iram in se attrahent, & ob importunum silentium rationem iudici reddent, & deperditarum animarum sanguis e manibus eorum exposcetur.* Patres enim illi ignorare non poterant, proprium ideo dici Spiritum Filij, quia ex eo procedit; quæ assertio si, vti Schismatici blatterant, est læsio fidei, quomodo Patres illi Nicæni in plena Synodo sustinuerunt, toleraruntq; Leontium docentem, dum Philosophum dogmata fidei instrueret, *Spiritum esse proprium Filij, & ex eo scaturientem*, cum hoc dicto illud quoque asse-

afferatur, *Spiritum effe ex Filio & per Filium?* Fides lædebatur, dogma impium blafphemumq; tyronibus, & difputanti Philofopho propinabatur, Patres audierunt taciti, nec condemnarunt? aut proditores animarum fidelium fuerunt, aut dogma rectum & pium effe cognouerunt. Primum afferere blafphemum & impium eft. Ergo Spiritum ex Filio & per Filium exiftentiam habere, filentio illo fuo declararunt.

CAPVT XXXIII.

Refellitur dictum Theodoreti, Spiritum effe proprium Filij, quia eft confubftantialis Filio.

DIcunt Schifmatici, Theodoreti verbis innixi, *Spiritum fanctum dici proprium Filij, quia eft eiufdem naturæ & fubftantiæ cum Filio*. Sed hoc falfiffimum effe, fanctorum antiquorum Patrum teftimonijs confirmabitur, qui fæpius inculcant, non propter eandem naturam, & effentiam, Spiritum effe proprium Filij, fed quia ex eo eft, ideo dici proprium. hoc enim vox illa *proprius* infert. Athanafius Orat. I. contra Arianos; Ἐπειδὴ γὰρ Λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τε ἐστὶ καὶ ἐν αὐτῷ. *Cum autem natu-*

natura proprium sit essentiæ Dei Verbum, ex illo, & in ipso est. Non quia eiusdem essentiæ est, ideo proprius est: sed quia proprius ideo eiusdem essentiæ: ideo enim dicitur proprius, quia ex eo est, & in eo. Basilius Oratione quæ incipit; Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ. Ὅταν δὲ εἴπω μίαν οὐσίαν, μὴ δύο ἐξ ἑνὸς μερισθέντα νόει. ἀλλ' ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ὑποστάντα, οὐ πατέρα καὶ υἱὸν ἐκ μιᾶς οὐσίας ὑπερκειμένης. Οὐ δὲ γὰρ ἀδελφὰ λέγομεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. ἀλλὰ πατέρα καὶ υἱὸν ὁμολογοῦμεν. τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, οὐ προστάγματι ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. *Cum autem dico vnam essentiam, non duo ex vno diuisa intelligas, sed ex principio Patris Filium subsistentem. non Patrem & Filium ex vna superiore essentia. Neq; enim cognata dicimus Patrem & Filium, sed Patrem & Filium confitemur, & naturam eandem, cum sit ex Patre Filius, non re factus, sed ex natura progenitus*.

Aduerte, fratres hic vocari, quæ ex vna superiore essentia sunt. Hinc quæ ex eodem, eo tantum nomine, quod ex eodem fratres non incongrue dicuntur. cum vero subiunxit, *Patrem & Filium confitemur*, plane demonstrat, cum duo vnum ex alio sunt, illa fratres non esse. Quare si Filius & Spiritus sanctus ex Patre tantummodo essent, essent

essent Fratres, & sic non essent consubstantiales, cum vnus ex alio non esset. Dum vero addit, ideo identitatem essentiæ esse, quod ex Patre Filius, ostendit consubstantiale Patris & Filij, quod Filius ex Patre est; Hinc manifestum remanet in rebus Theologicis, in causa & effectu consubstantiale considerari; Idem ibidem; Ὡς μὲν εἰκὼν τὸ ἀπαράλλακτον ἔχει, ὡς δὲ γέννημα τὸ ὁμοούσιον διασώζει. *Vti imago simile per omnia possidet, vti vero fœtus consubstantiale conseruat*. Nec dissentit Cyrillus ad Nestorium; Ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν, καὶ λέγοιτο. *Quemadmodum proprium est hominis, imo & animalis cuiuscunque, quod ex ipso secundum naturam prognatum est; ita & proprium Dei, quod ex essentia illius ortum habet, & intelligetur & dicetur*. Idem in illud; *Descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam*; Τὸ γὰρ ἐκ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν, ἀναγκάσει δὴ πάντως καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον. *Nanque ex Patre genitum fuisse Filium, modis omnibus nos etiam inuitos compellet, vt illi consubstantialitatem concedamus*. Et lib. 1. ad Hermiam. Ὁμοούσιος γὰρ εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, ἐξ αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ οὐσιωδῶς ἐστιν. *Consubstantialis enim si vere est Filius Patri*, ex

ex ipso & in ipso naturaliter & consubstantialiter est. Et lib. 3. Τὸ ἀπεῖργον οὖν ἄρα παντελῶς, οὐδὲν οἰέσθαί τε καὶ φρονεῖν ἀληθῶς, ὡς ἐπείπερ ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ἀνέφυ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ὁ υἱὸς, οὐχ ἕτερος ἂν νοοῖτο παρ' αὐτὸν ὑπάρχειν, ὅσον εἰς ταυτότητα φυσικήν. *Nihil itaque impedit, quin existimemus vereq; sentiemus, cum nobis ex ipsa Dei & Patris essentia Filius ortum habuit, non diuersum atque alienum eundem concipi, quantum attinet ad identitatem naturalem*. Et lib. 1. Thesaurorum; Ἐπειδὴ δὲ φαίνεται πάντα λαβὼν φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς, δηλονότι διεξεχούσης εἰς αὐτὸν τῆς τοῦ γεννήσαντος ἀρχῆς καὶ κυριότητος μόνος ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός. *Cum enim videatur omnia accepisse naturaliter & substantialiter, recurrente in ipso principio Patris & dominatione, solus est proprius Patris Filius*. Nihil in his dici potuit clarius. Concludit Athanasius, quia ex eo est & in eo, ideo proprium esse: Basilius non omnia cognata esse homousia, sed cum causa, & id quod ex causa est, eiusdem sunt naturæ, tum homousia dici. & consubstantiale Patris & Filij inde haberi, quia ex Patre Filius in eadem essentia generatur. Et Cyrillus, Quemadmodum proprium est hominis & cuiuscumq; animalis, quod ex ipso secundum naturam prognatum est, ita & proprium Dei, quod ex essentia illius ortum habet, & intelligitur, & di-

& dicitur: & quia genitus eſt ex Patre Filius, compellet nos, vt conſubſtantialitatem illi concedamus: & quia ex ipſa Patris eſſentia Filius eſt, & ortum habet, non alienum eundem concipimus, quantum attinet ad identitatem naturæ; & tandem recurrere in Filio principium & dominationẽ. ἀρχὴ notat principium, & quamuis etiam dominium & imperium notet, hic tamen pro principio accipienda eſt, vt differat a dominatione, quod nomen κυριότης ſignificat. Ergo, ne dicamus Cyrillum temere bis idem repetijſſe, neceſſe eſt vt dicamus, eum nomen ἀρχὴ in alio ſignificatu poſuiſſe. Sicq; Spiritus ſanctus eſſet ex Filio vti principio, cauſa, origine, ſicuti eſt ex Patre: & ſic ita erit Filius, quod dicebat Gregorius Nazianzenus, ἀρχὴ ἐξ ἀρχῆς. *Principium ex principio*. Et Schiſmatici audent dicere, Ἴδιον μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα ὡς ἐκεῖθεν καὶ ὁμοούσιον, τοῦ υἱοῦ δὲ, ὅτι ἐκεῖθεν μὲν οὐδαμῶς, ὅτι δὲ ὁμοούσιον. *Proprium eſſe Patris Spiritum, tanquam qui ex eo eſt & conſubſtantialis, Filij vero quod ex eo nullo modo, ſed quod conſubſtantialis*. Nec horrent? nec diuinum iudicium timent, dum diuidunt & determinant ex proprijs, & Patrum decretis contraria comminiſcuntur? vt ſilentio illos prætercam, qui adeo infruniti ſunt, vt non vereantur dicere nihil obſtare, *& Filium*

proprium Spiritus dicere. Quis vnquam ausus est, quæ in Patribus de rebus diuinis non reperiuntur, in medium afferre, & vti oracula parum cautis diuendere? Et quod omnem exuperat audaciam, inuentus est, vt infra videbimus, qui intrepide contenderet, *Filium quoque ex essentia & natura Spiritus esse*, bene dici posse. Non dubito eundem etiam dicturum, Patrem ex essentia & natura Filij & Spiritus esse. Sic qui semel a veritatis tramite deuiarunt, ad dementiam, exitium, mortemq; præcipitantur. Annon vident Trinitatem hisce suis male comptis excogitatis confusionem factam, & iam dedeperditam personarum productarum originem? & sic producens erit productus, generans generatus, generatus generans, spirans spiratus, & spiratus spirans; sicque Pater erit Filius & Spiritus, Filius Pater & Spiritus, & Spiritus Filius & Pater: ita generabunt Filius & Spiritus; Pater generabitur a Filio & Spiritu. & quid non ex blasphemis hisce vocibus in Trinitate non immutabitur? Et vt finiam. Vnde nam agnoscetur aliena Filij esse, quæ per Spiritum est virtus, nisi ab vno & solo, ipsum scilicet ex Filio non existere, quod impius asserebat Nestorius? Nanque si Spiritus est ex Patre solo, & non per Filium, nulla alia assignari poterit

terit

terit alienatio Filij. Sic apertissime docet Cyrillus illud Ioannis explanans; *Cum itaq; venerit Paracletus;* Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀκεῖνο λοιπὸν, ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰσβήσεται. Εἰ γὰρ ὑπουργίαν διακονικὴν ἀποπληροῦν οἴεσθε τὸν υἱὸν, τὸ ἀλλότριον ἡμῖν, τουτέστι τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς κεχορηγηκότα, ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν πνεῦμα, οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος ὁ Θεὸς, κατὰ μέθεξιν δὲ, ὥσπερ ἡμεῖς. *Præter iam dicta illud quoque necessario consequetur. Nam si seruile ministerium opinamini exerceri a Filio, cum alienum nobis, hoc est a Deo & Patre suppeditat, dum Spiritus natura sua sanctus est, non natura Deus sanctus est, participatione vero sicuti nos.* Attente considera, vndenam colligatur a sancto Doctore Spiritus a Filio alienatio. Si quis, ait, dicit Spiritum, qui absque dubio a Deo & Patre existit, seruili modo a Filio suppeditari, alienum dicit a Filio Spiritum: & sequetur neque natura eum sanctum esse, sed tantum participatione sicuti nos. Contende tu modo Schismatice, Spiritum non existere ex Filio. Confirmat hoc idem Epiphanius in Ancorato. Πνεῦμα ἅγιον οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη πατρὸς μηδὲ υἱοῦ. *Spiritus sanctus non frater fratris, non Patris*

frater, sed ex eadem essentia Patris & Filij: nanque ipse vnigenitus dicit, Spiritum Patris, qui ex Patre procedit, & ex meo accipiet, ne alienus a Patre & Filio existimaretur. Vis clariora? Athanasius in Colloquio Orthodoxi & Macedoniani. Μή μοι γένοιτο εἰπεῖν ἐπίκτητόν τι ἐπὶ τοῦ πνεύματος. οὔτε γὰρ τὸ ἅγιον, οὔτε τὸ ἄφθαρτον, οὔτε τὸ ἀθάνατον, οὔτε ἄλλό τι τῶν περὶ Θεὸν θεωρουμένων λέγω εἶναι ἐπίκτητον τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἀλλὰ φύσει ἅγιον, φύσει ἀγαθὸν, φύσει ἄφθαρτον, ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πηγάζον, εἴτ' οὖν ἐκπορευόμενον. *Absit vt ipse dicam aduentitium quid esse in Spiritu sancto; neque enim sanctum, neque incorruptibile, neque immortale, neque aliud quidpiam, quod de Deo consideretur, dico esse aduentitium Spiritui sancto; sed natura sanctum, natura bonum, natura incorruptibilem vti Spiritum Dei, & ex ipso emanantem, siue procedentem.* Quia ex Patre exilit, emanat, siue procedit Spiritus sanctus natura bonus est, & habet omnia natura quæ de Deo considerantur, nec alia assignatur caussa, quare ista natura possideat. Ergo hæc eadem natura possidebit, si est Filij proprius, quia ex Filio emanat, siue procedit; sin minus omnia aduentitia erunt.

CAPVT XXXIV.

Cyrillus petente Synodo sententiam suam, etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum, *pronunciat*.

VEruntamen in hoc negotio, vbi Cyrillus suam sententiam apertissime explicat, ipsa Synodo audiente nec reprobante, frustra insumimus operam, aliunde adminicula emendicantes. Imponit Cyrillo Synodus, vt quæ ipse subobscure in Anathematismis scripserat, dilucidius explanaret. Morem gerit & voluntati Patrum obsequitur. Et sic quod dixerat in Anathematismo nono de Spiritu sancto, Interpretis munere fungens, consilium suum expedit; Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ, καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, εἰργάζετο τὰς θεοσημείας. ὥστε καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς ἐπιμεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς, ὥστε ἰδίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπλήρου τὰ θαύματα. οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἄνθρωπον. καὶ τὰ ἑξῆς. *Etsi vnigenitum Dei Verbum homo factum est, mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens: Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter in-*

 est

est, proprium habens, diuinæ potentiæ signa operabatur. Quare postea quam homo factum est, Deus etiam sic permansit, atque ita propria per Spiritum virtute miracula patrabat. Ex Cyrillo, vt videmus, omnia præter solam paternitatem, cum Patre communia habet Filius. Et Spiritum sanctum, qui ex ipso est, & ipsi essentialiter inhæret proprium possidet, & sic diuinæ potentiæ signa operatur. Et Spiritus an ex Filio sit, ex Synodo Ephesina, & Cyrillo ipso quærimus? Et ne dicant Schismatici, hæc semel inconsiderato Cyrillo excidisse, ex alijs quoque eiusdem scriptis sententia vera euocetur. Expositione in Ioëlem Prophetam; Ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. Γεγέννηται γὰρ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ἴδιον αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τε, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Qua enim ratione Deus est & ex Deo secundum naturam Filius: genitus siquidem est vere ex Deo & Patre Filius, proprius ipsius & in ipso, & ex ipso Spiritus est, quemadmodum plane & ex ipso Deo & Patre dicitur.* Et Oratione Prosphonetica ad Theodosium Imperatorem; Ἀπολύων γὰρ ἁμαρτίας τὸν αὐτῷ προσκείμενον τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι, ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτός, ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζων φύσεως. κοινὸν δὲ ὥσπερ τι χρῆμα τίθησι τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τὴν ἕνωσιν.

Pecca-

Peccata nanque iis, qui illi adhærent, condonans, suum mox Spiritum impertitur, quem quidem Verbum quatenus ex Deo Patre proprio inungit Spiritu, quem immittit ipse vti ex Deo Patre Verbum, & ex propria natura in nos, quasi ex fonte quodam transfundit: quin etiam facultate hac propter vnionem, & incarnationis œconomiam æqualiter cum homine, quodammodo communicata. &c. Et in Thesauris; Δείκνυται σαφῶς οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τε καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐνέργειά τις φυσικὴ, πάντα δυναμένη πληροῦν ὅσα καὶ βούλεται. *Ostenditur manifesto Spiritum sanctum non esse alienum a Filio, sed in ipso, & ex ipso, & vti actio quædam naturalis, quæ omnia quæcunque voluerit, potest complere.* Ista plane contraria sunt Nestoriano dogmati, qui negabat ex Filio & per Filium existentiam Spiritum habere; vt alienam virtutem & non propriam Spiritus in Filio demonstraret.

CAPVT XXXV.

Nilus Thessalonicensis insulse contendit immutatam esse seriem verborum Cyrilli.

LIcet hæc luce ipsa clariora sint, & mentem Cyrilli apertissime insinuent, non desinunt tamen ineptire Schismatici, effu-

tiuntque plane puerilia omnium irrisione ludenda. Audiantur. Scribit Nilus, Caput hoc Epistolæ, in quo tractatur de Spiritu sancto, fuisse quidem vndecimum, quod modo Latini pro se tutando in medium afferunt, indeque diuulsum Capiti Anathematismorum nono contraponi, quemadmodum reliqua alijs Anathematismis; Κεφαλαίοις δὲ διαιρουμένην δύο καὶ δέκα τὸν ἀριθμὸν, τὸ κεφάλαιον τοῦτο τῆς Ἐπιστολῆς, ὃ νυνὶ Λατῖνοι σεσυληκότες ἐκεῖθεν ἐπισείουσιν ἡμῖν, ἀντίκειται τῷ ἐννάτῳ τῶν ἀναθεματισμῶν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἑκάστῳ τῶν ἀναθεματισμῶν. *Cum vero illa Epistola in Capita duodecim subdiuidatur, Caput hoc in Epistola loco insertum, quod nobis Latini inde subtractum opponunt, opponitur nono Anathematismo, sicuti aliorum singula singulis Anathematismis.* Vnde hæc habuit Nilus? Refragrantur Codices omnes Manuscripti, antiqui, recentiores: Editiones ipsæ Conciliorum Vaticana, Coloniensis, Lutetiana, doctissimorum Virorum tum Græcorum, tum Latinorum summa diligentia ad Manuscriptos Codices appensæ, in quibus vel minima adnotata sunt. Deinceps non concedimus Nilo auulsum nono contrarium esse; quid tum? Nonne verba ipsa Cyrilliana sunt? Estne a Latinis aliquid additum, vel detractum, vel immutatum? Quare si integra non apposita sunt, id

Nilus

Nilus non probauit, vt inde Latinos editio-
nis falsæ, aut subleſtæ fidei reos criminare-
tur? Verba Cyrilli quocunque loco dige-
rantur integra hæc ſunt; Ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ
πνεῦμα καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦτο ἡμῖν
εὖ μάλα σαφηνεῖ γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος,
οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ἡμεῖς
δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ
πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χρι-
στοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς
ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ
Σωτῆρος φωνήν. ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ.
πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρὸς. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν
εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. πάντα ὅσα ἔχει ὁ
πατὴρ ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ
ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. οὐκοῦν ἐδόξασε
μὲν τὸν Ἰησοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνεργοῦν τὰ πα-
ράδοξα, πλὴν ὡς πνεῦμα αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀλλοτρία
δύναμις, καὶ κρείττων αὐτοῦ καθὸ νοεῖται Θεός. *Erat
enim & eſt eius Spiritus, ſicuti certe & Patris.
Et hoc nobis bene ſatis explanat diuinus Paulus
ſcribens, Qui autem in carne ſunt, Deo placere
non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed
in Spiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in
vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non ha-
bet, hic non eſt eius. Procedit enim ex Deo &
Patre Spiritus ſanctus ſecundum Saluatoris vo-
cem; ſed non eſt alienus a Filio. Omnia enim
habet cum Patre, & hoc ipſe edocuit dicens de
Spi-*

Spiritu ſancto: Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ergo clarificauit quidem Ieſum Spiritus ſanctus, admirabilia operans, verumtamen vt Spiritus eius, & non vt aliena virtus, & eo præſtantior, ſecundum quod intelligitur Deus. Non negabit Nilus hæc eſſe verba genuina Cyrilli ſiue poſt nonum, ſiue poſt duodecimum Anathematiſmum ponantur. Et vt videas inſanam Nili in arguendis Catholicis improbitatem. Verba Cyrilli, quæ ipſe ſomniat, diuulſa fuiſſe e ſuo loco, & Anathematiſmo nono oppoſita, impugnantur ab Orientalibus & a Theodoreto, & defenduntur a Cyrillo ſemper ſub Anathematiſmo nono, & nunquam alibi reponuntur, vt ex actis Concilij cuilibet non dormienti conſtare poteſt. Et Nilus nobis neſcio vndenam ſimilem tranſmutationem expiſcatus audacter ſcribit, e ſuo loco auulſa in alium deportata fuiſſe. Et hiſce ſatis fuiſſe reſponſum obiectioni Theodoreti infra probabitur. Qua ergo fronte ſcribit? Τότε σιωπᾷ μὲν Κύριλλος μετὰ τῆς Συνόδου. σιωπᾷ δὲ πάλιν ἰδίως καὶ χωρὶς γράφων Κύριλλος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ συμβαίνει τοῖς παρὰ Θεοδωρήτου λεγομένοις ἐκεῖ, καὶ σεσυκοφαντῆσθαι λέγει, εἴ τις περὶ αὐτοῦ τἀναντία λογίζηται. καὶ τέλος μαρτυρεῖ τοῖς κατὰ τὴν ἕω Ἐπισκόποις, ὧν κεφάλαιον Θεοδώρητος.

τὸν, ὡς συμβαίνουσαν ἔχει τὴν πίστιν τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ τῇ παραδόσει τῶν Ἀποστόλων, καὶ ὡς οὐδενὸς πώποτε λόγου ἠξίωσε τὰ βέβηλα Νεστορίου δόγματα. *Tunc tacet quidem Cyrillus cum Synodo, tacet vero priuatim & per otium ſcribens, neque hoc ſolum, ſed & dictis ibi a Theodoreto, aſſenſum præſtat, & calumniari ſe dicit, ſi quis de eo contraria cogitet. tandemque Orientalibus Epiſcopis, quorum caput erat Theodoretus, obteſtatur, ſe concordem cum diuina ſcriptura, & traditione Apoſtolica fidem tenere, & nullo vnquam tempore aliquid feciſſe execranda Neſtorij dogmata.* Si ſimilia ſcribere, tacere eſt Nilo Cyrillum & Synodum, quid fuerit clamare & vociferare? Non potuit neque fuſius, neque clarius enunciare. Theodoreti vero dictis aſſenſum præbuiſſe, purum putum mendacium eſt: cum tantum tum concordauerit cum Orientalibus, cum illi damnatis Neſtorij blaſphemijs, ſuis aduerſus Neſtorium concinnatis ſermonibus aſſenſiſſent. Orientalium etiam caput fuiſſe Theodoretum, alterum mendacium eſt, qui inter infimos numeratur, & Ioannes Antiochenus illorum caput exiſteret. Verum tamen eſt ſæpius Cyrillum profeſſum fuiſſe, ſua dogmata ſcriptaque concordia eſſe & diuinæ Scripturæ & traditioni Apoſtolorum, ideoque nunquam ſe ea mutaturum pollicetur,

pa-

palamque edicit, nunquam immutaſſe. Sed quid hæc pro prætenſo ſilentio? quid pro Neſtoriana proceſſione?

CAPVT XXXVI.

Spiritum ideo dici conſubſtantialem Filio, quia eſt ex Filio, & non contra, & potiſſimum ex Cyrillo.

SEd deſinant nugari Schiſmatici. Cyrillus vocauit *Spiritum Filij proprium*. id vero eſt, dictis Cyrilli, & aliorum Patrum ſupra a nobis adductis, quod nec Theodoretus negarit, Spiritum ex Filio exiſtentiam habere, vt ſupra probatum eſt. Ergo ſententia Cyrilli eſt, *ex Filio, & per Filium exiſtentiam habere Spiritum*. Et hoc dici, non quia eſt eiuſdem eſſentiæ, & naturæ cum Filio, vt ſomniant Schiſmatici, eorundem Patrum teſtimonijs fuſe ſupra, & in Enchiridio noſtro de proceſſione Spiritus ſancti probauimus. Et nunc denuo audiatur Baſilius Epiſtola ad Canonicas; Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ἄναρχον φῶς ὁ πατὴρ, γεννητὸν δὲ φῶς ὁ υἱὸς, φῶς δὲ καὶ φῶς ἑκάτερον, ὁμοούσιον εἴποιεν ἂν δικαίως, ἵνα τὸ τῆς φύσεως ὁμότιμον παραστήσωσιν. οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν, ἀλλ᾽ ὅταν καὶ τὸ αἴτιον, καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν

ἔχον

ἔχει τῆς αὐτῆς ὑπάρχει φύσεως, ὁμοούσια λέγεται. *Quoniam igitur lux a principio Pater est, lux autem genita Filius: lux vero & lux vtraque est, merito hæc consubstantialia dixerint, vt naturæ parem æquumque honorem commendent: non enim quæ germana sunt, consubstantialia dicuntur, vt quidam arbitrati sunt, sed cum & causa, & quod ex causa substantiam habent eiusdem naturæ, consubstantialia dicuntur*. Annon vident, dum similia promunt Schismatici, a Basilio corrigi? & doctiorem correctionis Magistrum exposcunt? Desinant, si bene sapiunt, dicere Spiritum Filij, vel proprium Filij dici, quia est eiusdem substantiæ cum Filio. Tum enim ob hanc solam rationem diceretur frater Christi, & Filius fratris, imo & Patris frater, & sequerentur alia inaudita apud Catholicos, vt supra ostendimus. Quare dicamus cum Cyrillo, & alijs Patribus, Spiritum esse eiusdem substantiæ cum Patre & Filio, quia ex ijs vti ex causa substantiam habet. Idem Basilius de Patre & Filio contra Sabellium & Anomœos differens, scribit; *Cum autem vnam essentiam dico, noli duo ex vno visa intelligere, sed ex Patre principio Filium subsistere: non Patrem & Filium ex aliqua superiori essentia: non enim germana dicimus, sed Patrem confitemur & Filium; essentiæ vero identitatem,*

quoniam ex Patre Filius est. Quod vetat dicere Basilius, Schismatici dicunt. Quare non dicunt, quod ipse palam profitetur, In Spiritu & Filio identitatem essentiæ, quia ex Filio Spiritus est? Sic repellent eorum hæresim, qui praue, quia consubstantialis est Pater Filio, eiusdemque essentiæ ambo, pro Patre & Filio duos ex vna essentia fratres insinuabant, quam conuellens Basilius concedit, quæ germana sunt inuicem consubstantialia dici, cum & causa, & quod ex causa est, eiusdem sunt naturæ. Alias ratio Trinitatis confunderetur, cum omnes tum Pater, tum Filius, tum Spiritus sanctus essent & Patres, & Filij, & Fratres, & Spiritus sancti.

Sed probatur id quoque euidentius ex Cyrillo. Docet hic in Thesauris, de Filio loquens, probansque Filium Patri esse consubstantialem. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ ὁμοούσιος τῇ ἀρχῇ. *Siquidem quia ex principio est, idcirco etiam consubstantialis principio est*. Item; Κωλύει δὲ οὐδὲν, μᾶλλον δὲ ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἔκ τινος φυσικῶς προελθὸν, ὅμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν αὐτοῦ, κἂν αἴτιον αὐτὸ τοῦ εἶναι ἔχοι. *Nihil vero obstat, imo necessarium est, vt id quod naturaliter ex aliquo processit, simile ei secundum essentiam sit, tametsi idipsum existendi causam habeat*. Item; Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἀληθές,

ἴδιον

ἴδιον ἂν εἴη γέννημα τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. οὐ γὰρ ἂν ἐφόρεσε κατὰ φύσιν τὰ τοῦ γεννήσαντος, οὐκ ὢν ἐξ αὐτοῦ. οὐδ' αὖ προσῆν τῷ πατρὶ τὰ τοῦ γεννήματος, εἰ μὴ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιον ὑπῆρχε τὸ γεννηθέν. *Quod enim verum omnino est, proprium genimen Patris est Filius: neque enim gestasset secundum naturam ea quæ genitoris sunt, nisi ex ipso esset; neque inessent Patri ea quæ Filij sunt, nisi id quod genitum est, proprium essentiæ illius esset.* Non puto adeo insanisse Schismaticos. hæc vera esse de Filio dicta, de Spiritu vero sancto rem aliter se habere, id si dicant blasphemi sunt. extra Catholicam Ecclesiam sunt. Sed audiant eundem Cyrillum; Καὶ γνόντες αἰσχυνέσθωσαν, ex eodem ipso Capite in Thesauris. Οὕτω τὸν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ἡρμοσμένον, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ ἐμπεφυκότα λογιζόμεθα, ἐν δὲ τῷ υἱῷ φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς διῆκον παρὰ πατρὸς τὸ πνεῦμα, δι' οὗ τὰ πάντα χρίων ἁγιάζει. οὐκοῦν οὐκ ἀλλότριον, οὐδὲ ἀπεξενωμένον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς θείας φύσεως φαίνεται, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ φυσικῶς. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τοῦ σώματος δάκτυλος ἐν τῇ χειρὶ ὁμοφυεὶς ὢν αὐτῇ, καὶ ἡ χεὶρ αὖ πάλιν ἐν τῷ σώματι, οὐχ ἑτεροούσιος, ὡς πρὸς αὐτὸ τυγχάνουσα. *Ita & Verbum Dei ex ipso & in ipso naturaliter coaptatum, vt ita dicam, atque inhærens, existimamus, & in Filio naturaliter atque essentialiter pertransire a Patre Spiritum, per quem omnia vnguens sanctificat.*

Quo-

Quocirca non est alienus vel extraneus a diuina natura Spiritus sanctus. Sicut digitus in manu eiusdem naturæ cum ipsa est, & vicissim manus in corpore nequaquam diuersæ substantiæ ab ipso corpore est. Vides vim argumenti? Vti est in Patre Filius, & ex eo est naturaliter, ita est naturaliter in Filio Spiritus sanctus. Hinc colligit necessario, Spiritum non esse alienum neque extraneum a diuina natura, sed ex ipsa, & in ipsa naturaliter. Vin aliud? Audi. Ὅτε τοίνυν ὁ Λόγος μὲν ἐστι φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἐλλάμπεται δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀνάγκη πᾶσα τῆς οὐσίας τοῦ Λόγου, καὶ τὸ πνεῦμα συνομολογεῖν, δι' οὗ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ὥσπερ τινα τῆς οἰκείας φύσεως ἀκτῖνα προτείνων τὴν τοῦ πνεύματος ἔλλαμψιν. *Cum itaque Verbum sit lux vera, vti vero lumen eiaculat Spiritum sanctum, necessarium plane est, Spiritum esse de essentia Verbi, per quem illuminat omnem hominem, veluti quendam propriæ naturæ radium emittens Spiritus emicationem.* Cyrillus vt vides, quemadmodum & alij Patres prius intelligunt existere ex aliquo, indeque necessario concludunt consubstantiale. & Schismaticus vice versa existentiam ex aliquo demens consubstantiale somniat, atq; decreta Patrum inuerecunde pessundat. An est illis doctior? An alius est qui tum loquebatur Spiritus, alius, qui nunc? Et hoc si non est, vt certe

non

non eſt, argumentare & firmiter, qui nunc in te loquitur, Schiſmatice, ſpiritum alium ab eo eſſe, dum contraria ſuggerit, & conſequenter Diabolum. Ioſephus Bryennius Orat. 15. de Trinit. Πάντες οἱ Θεολόγοι παντὶ τρόπῳ διὰ τῆς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ φωνῆς, καὶ τῆς ὁμοίων τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως, ἣν ἔχει τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δεικνύναι θέλουσιν. ἀλλ' οὐχ ὅθεν τὴν τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως τὴν ὕπαρξιν ἔχει παραστῆσαι σπουδάζουσιν. *Omnes Theologi modis omnibus per dictiones illas ex Patre & Filio & ſimiles, identitatem naturæ quam habet Spiritus reſpectu Patris & Filij oſtendere volunt, & non vnde ſuæ hypoſtaſis exiſtentiam habuit, probare conantur*. Patres identitatis cauſam exiſtentiam ex alio faciunt, cum identitas nulla eſſet, niſi ex illo, cum quo idem eſt in natura, naturaliter exiſtat, vt iam vidimus, & Bryennius cum reliquis Schiſmaticis autumat, non præintelligere Patres exiſtentiam hypoſtaſeos, cum dicunt, ex Filio, & per Filium, ſed tantum identitatem naturæ. Hinc bene adhortabatur Emmanuel Imperator de proceſſione Spiritus ſancti cap. 4. Δεῖ τοίνυν τοὺς εὐσεβεῖν βουλομένους, μήτε τὴν πίστιν τέχνην νομίζειν, μήτε παρὰ τὰ ἐκπεφρασμένα τοῖς Θεολόγοις πειρᾶσθαι θεολογεῖν. Οὐ γὰρ δὴ σοφίας ἀνθρωπίνης τοῦτό γε, ἀλλὰ τῆς τοῦ πνεύματος δῶρον ἐξόχως μέγιστόν τε καὶ θειότατον.

τον. ὅθεν καὶ τὰ σφίσι δοκοῦντα, αἵ τε ἱεραὶ Συνό-
δοι πᾶσαι, καὶ ἡ Ἐκκλησία πᾶσα, καὶ οἱ καθ' ἕκα-
στον εὐσεβεῖς Θεοῦ φωνὰς ἐνόμιζαν εἶναι καὶ τῶν ἐκεί-
νοις δογμάτων ἤρτηνται, καὶ τὴν σφῶν αὐτῶν σωτη-
ρίαν μόνοις πεπιστεύκασι τούτοις, ὅσα τοῖς ἀνδράσιν
ἐκείνοις εἴρηται, ἀνθ' ὅπλων τε περιθέμενοι ταῦτα
πρὸς τὰ θύραθεν ἐπιόντα βέλη, καὶ ἀμυντηρίων
τούτοις χρώμενοι δίκην, ἡνίκα γε ἀμύνασθαι δέοι.
Τὴν γὰρ θεολόγον ἐκείνην ἴσασι γλῶτταν, μὴ ἀν-
ἑτέρωθεν κεκινῆσθαι, ἀλλ' ἢ παρ' ἐκείνης τῆς χά-
ριτος, τῆς ἐν πυρίναις γλώσσαις ποτὲ φανείσης.
Oportet eos qui pietatem colere auent, non existimare fidem artem esse, neque præter ea, quæ à Theologis pronunciata sunt, decernere: Neque enim sapientiæ est hoc, sed donorum Spiritus quam maximum & diuinissimum opus: Hinc quæ ab illis decreta sunt, sacræ vniuersæ Synodi, & vniuersa Ecclesia, & quicunque pietatis cultor est, Dei voces esse existimarunt, pendentque ab eorum dogmatibus, & propriam salutem solis illis concrediderunt, quæ ab illis dictata sunt, pro armatura sibi circumcingentes, aduersus externas sagittas impetentes, & loco tutaminum vtuntur, cum sui defensionem procurant. Nanq; bene callent, Theologorum illam linguam non aliunde motam fuisse, quam ab illa gratia, quæ in linguis igneis apparuit. Optimum consilium. Quamuis postmodum Emmanuel, aliiq; Schismatici diuina sanctorum Patrum di-

dicta repudiantes, de suo contraria promant, & vti oracula profundentes simplicioribus imponant. Sed de causa Homousij iterum infra sermonem habebimus.

CAPVT XXXVII.

Excepta vna & sola Paternitate, omnia Patris habere Filium, ex Cyrillo & alijs.

ADde ex Athanasio in fine Orationis, in qua varias Arianorum Fidei expositiones digerit, Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἰσάζον ἔχει πρὸς τὸν πατέρα ὁ υἱὸς, δηλονότι ταῖς ἑνοειδέσι φωναῖς· καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ πατρὸς λεγόμενα ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λέγουσιν αἱ γραφαὶ, χωρὶς μόνου τοῦ λέγεσθαι αὐτὸν πατέρα. *Propterea enim erga Patrem par habet Filius, hoc est ijsdem & similibus vocibus, & quæ de Patre dicuntur, eadem etiam & de Filio scripturæ pronunciant, præter id quod Pater non dicitur.* Et infra; Καὶ ὅλως ὅσα ἂν εὕρεις ἐπὶ τοῦ πατρὸς λεγόμενα, τοσαῦτα ἂν εὕροις καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λεγόμενα, χωρὶς μόνου τοῦ εἶναι αὐτὸν πατέρα. *Et in summa quæcunque inueneris de Patre dicta, eadem & de Filio dici inuenies, vno excepto quod ille pater non est.* Et Orat. 3. contra Arianos. Οὕτω γοῦν ἓν αὐτῶν ὄντων, τοῦ πατρὸς δηλονότι καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ μιᾶς οὔσης τῆς θεότητος, τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ πατρὸς χω-

εἰς τὸ λέγεσθαι πατήρ. *Sic itaque cum unum sint Pater & Filius, & una Deitas, quæcunque de Patre dicuntur, eadem quoque dicuntur de Filio, unum si excipies, Patrem non dici*. Et ex Cyrillo; Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. *Unigenitum Dei Verbum homo factum, mansit Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens*. Hoc quoq; manifeste concludit, Spiritum ex Filio existere. Sin minus esset aliquid in Patre præter solam paternitatem, quod non esset commune Filio: & tamen Cyrillus solam ipsam paternitatem excipit, sicuti reliqui Patres. Ἀγεννησίαν, & τὸ τεκεῖν. *Ingenituram*, & *parere*, quæ sola constituunt Patrem, & tantummodo Filium a Patre secernunt. quod clarius dixerat ad Hermiam lib. 2. Παραδέξῃ τὸν υἱὸν ἅμα τε καὶ συναΐδιον, καὶ παντὶ ὁπουοῦν ἰσόμετρον ἔχοντα, δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. προσήκοι γὰρ ἂν τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. *Accipies Filium coæternum & per omnia equalem mensuram habentem, excepto hoc quod generet: id enim soli Patri & Deo conuenit*. Et lib. 1. Thesaurorum. Ὥσπερ δίδωσι τὸ φυτὸν τῷ ἐξ αὐτοῦ προελθόντι καρπῷ τὴν αὐτοῦ κατὰ φύσιν προσοῦσαν ποιότητα φορεῖν, οὕτως ὁ υἱὸς εἰληφέναι παρὰ τοῦ πατρὸς τὰ αὐτῷ προσόντα νοεῖται, πάντα ὧν ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ.

Quem-

Quemadmodum planta fructui ex se prouenienti sibi vnitam natura qualitatem deferendam exhibet: ita Filius intelligitur, quæ sibi inhærent accepisse, cum omnia sit quæcunque Pater, absque eo solo quod pater non est. Et alibi; Μενεῖ δὲ ὁ υἱὸς μηδενὸς ἀποστερούμενος τῶν ἐνόντων τῷ πατρὶ, κἂν μὴ νοῆται πατήρ. *Manebit vero Filius ex illis, quæ Patri insunt, nullo priuatus, etsi non intelligatur Pater.* Et alibi; Οὐκοῦν ἅπερ ἂν ὑπό τις περὶ τοῦ πατρὸς λέγηται, τοῦτο πάντως καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ, δίχα μόνου τοῦ ὅτι πατήρ ἐστι. Καὶ ὅπερ ἂν ἐφ᾽ υἱοῦ τάττοιτο, τοῦτο κρατήσει καὶ περὶ τοῦ πατρὸς, δίχα μόνου πάλιν τοῦ, ὅτι υἱός ἐστιν. *Quidquid igitur de Patre dicitur, id ipsum omnino etiam de Filio dicitur, eò solo excepto, quod sit Pater. Et quidquid de Filio prædicatur, id de Patre quoque excepto eo, quod sit Filius.* Item; Εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει τὴν θείαν γραφὴν, εὑρήσει ταὐτοῖς ὀνόμασιν ἀποκαλούμενον τὸν υἱὸν, ὅσοισπερ ἂν ἴδοι καὶ τὸν πατέρα, δίχα μόνου τοῦ λέγεσθαι πατέρα. καὶ πάλιν ἐπὶ πατρὸς τὴν ἴσην ἄν τις εὕροι, τοσούτοις ὀνόμασιν ἀποκαλούμενον αὐτὸν, ὅσοις καὶ ὁ υἱὸς, δίχα μόνου τοῦ λέγεσθαι υἱόν. *Si quis diuinam scripturam accurate perscrutetur, inueniet iisdem nominibus vocatum Filium, quibus & Pater, excepto quod non dicatur Pater: idque vice versa comperiet iisdem nominibus vocari Patrem, quibus Filium, eo excepto quod non dicatur Filius.* Et Orat. de Triade; Ἐν υἱῷ λέγει μονογενεῖ τῷ

πάντα ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος. *In Filio ait vnigenito in omnibus simili & æquali Patri, vna excepta paternitate.* Et, Πάντων τῶν φυσικῶν ἀγαθῶν τοῦ πατρὸς κοινωνός ἐστιν ὁ υἱὸς, ἄνευ τοῦ πατὴρ εἶναι. *Omnium naturalium bonorum Patris particeps est Filius, excepto solummodo quod Pater non est.* Et in illud Ioannis, *In principio erat verbum;* Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀληθινοῦ πεφηνότα δεικνύων ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς, πάντα, φησὶν, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν, εἰ δὲ πάντων τῶν ἐνόντων τῷ πατρὶ φυσικῶς ἰδιωμάτων κληρονόμος ὁ υἱὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ἀλλά τε τὸ εἶναι πατὴρ οὐχ ἕξει ποτέ· καὶ τοῦτο γὰρ ἓν τῶν προσόντων τῷ γεννήτορι. *Deum verum ex Deo Patre vero apparere ostendens semetipsum Filius, quæcunque, ait, habet Pater mea sunt. Quodsi omnia, quæ insunt Patri, naturalium proprietatum hæres est Filius, tanquam qui ex illo existit, sed Patrem esse nunquam obtinebit. Nanque hoc vnum est ex ijs, quæ ad genitorem pertinent.* Et lib. 3. ad Hermiam; Συνωθεῖ γὰρ μᾶλλον εἰς ὁμολογίαν ὁ λόγος τοῦ χρῆναι νοεῖν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας διὰ τῆς ἀληθοῦς γεννήσεως ἀναφῦναι τὸν υἱὸν Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, οὐκ εἰς ὀθνείαν τινὰ καὶ ἔκφυλον ἐκπεφυκότα φύσιν, ἀλλ' ὄντα τοῦτο οὐσιωδῶς, ὅπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. *Compellit vero sæpius ad confitendum sermo, intelligere oportere, ex Deo Patrisq; essentia per veram*

gene-

generationem ortum Filium, Deum verum ex Deo vero, non in ſpuriam quandam & alienam naturam traductum, ſed eſſentialiter illud ipſum exiſtentem, quod intelligitur eſſe Pater, abſque eo ſolo quod Pater ſit. Quod velint nolint faſſi ſunt etiam Schiſmatici. Ioſephus Philagrius Orat. Antirrhetica de proceſſione Spiritus ſancti; Θεὸς κατὰ πάντα ὅμοιος τῷ πατρὶ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. ἐν τούτῳ μόνον ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ διαφέρων. μίαν ἔχων ἀρχὴν ὁ υἱὸς τὸν πατέρα ἄχρονον. Θεὸς ὅμοιος κατὰ πάντα πατρὶ καὶ υἱῷ ὅμοιον τὸ πνεῦμα, πλὴν γεννήσεως, καὶ ἀγεννησίας. *Deus in omnibus ſimilis Patri Filius, vna excepta ingeniti ratione, in quo ſolo Pater à Filio diſtinguitur, vnum habens principium Filius Patrem abſque tempore. Deus ſimilis in omnibus Patri & Filio Spiritus, excepta generationis & ingeniti ratione.* Pater enim producit Spiritum, non vti Pater, neque generans, ne Spiritus Filius ſit, ſed vt productor προβολεὺς, quod non excipitur in Filio à Patribus, neq; a Cyrillo. Ergo Spiritus producitur, ſeu etiam emittitur a Filio; cum alia ſit productio ſeu emiſſio, alia paternitas, & paternitas ſola ſit proprietas Patris. Quodſi paternæ hypoſtaſis proprietas eſt, vt Schiſmatici autumant, emittere Spiritum, nunquam Spiritus diceretur Filij Spiritus. Etenim ſi Pater, vt Pater Spiritum habet, cũ Filius Pater nequeat eſſe, Spi-

ritum non habebit. Sed in confeſſis eſt, Spiritum ſanctum & Spiritum Patris & Spiritum Filij eſſe, ex quo abſque vlla contradictione colligitur,ex Patre vti ex Deo eſſe Spiritum, & ex Filio etiam vti ex Deo; ſed ex Patre vti fonte abſque principio, principioq; Deum producente, ex Filio vero vti ex fonte, qui ex Patre ſuum principium agnoſcit, vnde & ipſe ſuæ hypoſtaſis cauſam habet. Qui itaque aſſeuerant, non poſſe, Spiritum eſſe ex Filio, quod producere Spiritum ſit paterna hypoſtaſis, longe a veritate aberrant, & Patres non videntur legiſſe, etſi legerint, aut non intellexiſſe, aut intellectos ſpreuiſſe, & noua ſibi in rebus Theologicis commenta contra Patrum decreta confinxiſſe. In dictis Patrum & Cyrillianis potiſſimum Deitatis hypoſtaſeon, & quæ peculiariter Patri inſunt, declarantur, & illis, *ſoli*, *præter*, *excepto* definiuntur, fieri non poterat, non indicari in aliquibus a diuinis iſtis myſtagogis, ſi proprietas ſolius Patris etiam illud *producere Spiritum*, vti *generare* agnoſcebatur. Et tamen nuſquam reperies. Sed hoc infra elaboratius examinabitur.

CA-

CAPVT XXXVIII.

Idem probatur testimoniis aliorum Patrum.

PAtres etiam ipsi & Doctores Ecclesiæ vna cum Cyrillo omnia Patris Filio concedunt, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, *vnam si excipias ingenituram*. Dummodo enim non pariat, omnia Filius, vti Deus quæ & Pater possidet. Ioannes Damascenus octauo Capite Theologico; υἱὸς δὲ καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διὰ τὸ τέλειον, καὶ ἐνυπόστατον, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι τῷ πατρὶ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. *Filius vero & character paternæ hypostasis, quia & perfectus est, & in propria subsistit persona, & quod in omnibus similis sit Patri, vnam si excipias ingeniti rationem*. Et rursus; Διὰ τὸν πατέρα ἔχει ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα πάντα ἃ ἔχει, τουτέστι διὰ τὸ τὸν πατέρα ἔχειν αὐτὰ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις, οὐκ οὐσίᾳ, τῷ δὲ χαρακτηριστικῷ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι. *Per Patrem habet Filius & Spiritus quæcunq; habent: ideoque habent, quod Pater illa habet, præter vnam ingeniti, geniti, & procedentis rationem: in his enim solis hypostaticis proprietatibus inter se differunt sanctæ tres hypostases, non natura, sed characteristica pro-*

propriæ hypostasis nota absque diuisione diuisæ. Gregorius Nazianzenus de Ordine in colloquijs seruando; Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ, τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, υἱῷ δὲ γεννήσεως, τὰ δ' ἄλλα συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον. *Spiritus ex Deo existentiam habens, cedens Patri quidem rationem ingeniti, Filio rationem geniti; reliquis vero in alijs eiusdē naturæ, sedis, & gloriæ existens.* Oratione in Heronem Philosophum; Ἴδιον δὲ πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις: *Proprium quidem est Patris non esse genitum, Filij generatio; Spiritus emissio.* Oratione de Spiritu sancto; Τί δὲ οὐ δύναται τῶν μεγάλων; Τί δὲ οὐ προσαγορεύεται ὡς Θεὸς, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως. ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι πατρὶ καὶ υἱῷ, ἵνα μὴ σύγχυσις ᾖ παρὰ θεότητι. *Quid enim ex ijs quæ ingentia sunt, non habet in potestate? Quibus non insignitur nominibus, cum Deus, sit præter rationem ingeniti genitique. Nanque addecebat proprietates reseruari Patri & Filio, ne confusio in Deitate oriretur.* Et in Pentecostem; Τί μοι μακρολογεῖν, πάντα ὅσα ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ πλὴν ἀγεννησίας. πάντα ὅσα ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, πλὴν γεννήσεως. *Quid mihi verbis opus est? Quæcunque Pater habet Filij sunt, excepta ratione ingeniti: quæcunq; Filius item Spiritus sancti, excepta ratione geniti.* Basilius Orat. de Fide; Ἐθεασάμεθα, φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς, τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν

δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, τουτέστιν οὐκ ἐκ δωρεᾶς καὶ χάριτος δοθέντων αὐτῷ τῶν θαυμάτων, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν κοινωνίας ἔχοντος τοῦ υἱοῦ τῆς πατρικῆς θεότητος τὸ ἀξίωμα. Τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν κοινὸν καὶ πρὸς τὴν κτίσιν, τὸ δὲ ἔχειν ἐκ φύσεως ἴδιον τοῦ γεννηθέντος. Ὡς μὲν οὖν υἱὸς φυσικῶς κέκτηται τὰ τοῦ πατρός, ὡς δὲ μονογενὴς ὅλα ἔχει ἐν ἑαυτῷ συλλαβών, οὐδενὸς καταμεριζομένου πρὸς ἕτερον. *Vidimus, ait Euangeliſta, gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre; hoc eſt non ex munere de nouo illi tributis miraculis, ſed ex communione ſecundum naturam poſſidente Filio paternæ Deitatis dignitatem. Accipere ſiquidem commune quid eſt etiam creaturæ, ſed ex natura habere proprium eſt geniti. Vti itaque Filius, naturaliter poſſidet quæcunq; Patris ſunt, vti vero vnigenitus omnia in ſemetipſo congregata habet, nullo in alium diuiſo.* Cyrillus lib. 2. Theſaurorum; Πῶς ἂν εἴη τῶν γενητῶν ὁ τῆς θείας τε καὶ πατρῴας οὐσίας ἔχων ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια καὶ ἐξαίρετα; *Quomodo inter res factas annumerabitur, qui diuinę paternæq; eſſentiæ omnes in ſe complectitur naturales Patris proprietates, & excellentias?* Item; Πῶς οὐκ ἔσται υἱὸς ζῶν ἐκ ζῶντος, πατρὸς διαβαινούσης εἰς αὐτὸν φυσικῶς τῆς τοῦ γεννήσαντος ἰδιότητος. *Quomodo non erit Filius viuens ex viuente Patre, cum in ipſum naturaliter generantis proprietas immeet?* Et Expoſitione in Ioannem; Ἔχει γὰρ ὁ υἱὸς ὥσπερ τὴν

οὐσίαν

οὐσίαν, οὕτω καὶ τὰ τῆς οὐσίας ἀγαθά. *Habet enim Filius vti essentiam, ita & essentiæ bona.* Et in illud, *Quicunque acceperunt eum;* Ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας ἀναλάμψας τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, τὸ ἴδιον αὐτῆς ἀγαθὸν κατὰ φύσιν ἐπάγεται. *Ex ipsa essentia cum irradiet Patris Filius, proprium illius bonum naturaliter secum trahit.* Et lib. 6. ad Hermiam; Τὸ πνεῦμα ἐστὶν οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ. γεγέννηται γὰρ, τὴν τοῦ πατρὸς ἰδιότητα πᾶσαν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω θεότητος ὁ καρπὸς, πῶς ἂν νοοῖτο γυμνὸς τῶν τῆς θεότητος ἀγαθῶν. *Spiritus sanctus non alienus est a Filio, qui genitus est, vniuersam Patris proprietatem in se continens, & cum sit diuinæ Deitatis fructus, quomodo intelligetur, Deitatis bonis priuatus?* Quæ est ista paternæ deitatis dignitas? Quod est paternæ essentiæ maximum bonum? Quæ est proprietas naturalis atq; eximia, quæ in se Filius trahere, naturaliter habere, dicta apposita manifesto declarant? Quæ communia sunt tribus personis, quæ æque participantur ab omnibus, non sunt paternæ dignitatis eximia, & paterna dignitas: qua Pater ille est, non communicatur Filio, solus enim Pater pater est: ergo hoc paternæ dignitatis eximium communicatum Filio, quod non est ex munere, aut gratia Dei datum, sed secundum naturam exhibitum Filio, non erit aliud quam emissio

Spi-

Spiritus & productio, quod vti procatarcticæ causæ Patri vindicatur, nec conceditur Spiritui. Et magis perspicue nostrum dictum verbis Cyrillianis confirmatur, in quibus ille tradit, omnia Patris Filium possidere, vnam si excipias paternitatem. eoque potissimum cum asserit, vt supra vidimus, Christum illa verba, *Quæcunque habet Pater mea sunt*, de Spiritu sancto dixisse. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. *Et hoc nos docuit ipse de Spiritu sancto dicens, omnia quæ habet Pater mea sunt, propterea que dixi vobis, de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Filius ergo non est neque Pater neque Genitor: hac enim sola proprietate, & nota characteristica, ita decernente Cyrillo & alijs Patribus, & veritate ipsa priuatur. Neque enim dicitur Filius generare Filium, cum tantummodo Filius sit. Quare Spiritus sanctus non affirmabitur & ipse emittere, omnia Patris & Filij propria naturaliter sibi vindicans, illa si excipias, neque Patrem esse, ne generari? & si ille non haberet suam existentiam etiam a Filio, Cyrillus secundum suam distinctionem illi *absque eo solo quod non generat*, addidisset, *& effundit*, aut *emittit*, aut quid simile, Spiritum sanctum. Cum itaque illa

pri-

priuat Filium, & hoc non addit, plane Filio concessit: dum in alijs suis dictis satis expressum sit, existere etiam ex Filio Spiritum. Et Cyrillum, cum interpretaretur nonum Anathematismum, verba Basilij præ oculis habuisse verba ipsa Cyrilli satis manifestant. Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἄνθρωπον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς, ἤγουν τῶν ἁγίων δεδοξάσθαι αὐτὸν τῇ διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ, οὐχ ὡς ἰδίᾳ μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίᾳ καὶ οὐ θεοπρεπεῖ κεχρημένον, καὶ ὡς ἐν χάριτος μέρει λαβεῖν παρὰ τοῦ πνεύματος τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ὑποκείσονται δικαίως τῇ δυνάμει τοῦ ἀναθέματος. *Qui vero dicunt illum, tanquam vnum quempiam e sanctis nobis similibus Spiritus operatione clarificatum, eaque non vt diuina & propria, sed tanquam aliena & quæ Deum non deceat, vsum, necnon quasi Spiritus gratia ad cœlos esse assumptum, illi merito anathematismi huius virtuti subiacebunt.* Hinc satis mirari nequeo Schismaticorum temeritatem, qui perpetuam Gregorij Nazianzeni sententiam, Patri tantummodo reseruantis rationem ingeniti, in dicta ipsius Orat. ad eos qui ex Ægypto accesserunt verba illa; Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. *Omnia quæ habet Pater Filij sunt, si vnum ingenitum esse excipias,* in illa immutarunt, πλὴν τῆς αἰτίας, *præter vnam causam.* contra multorum Codicum antiquorum calamo exara-

aratorum fidem, vt Filium ſolummodo in proceſſione Spiritus excludant. Sic inter alios legunt Georgius Cyprius, Ioſephus Bryennius, & Gabriël Seuerus. Locum ſufficiat nunc indicaſſe, cum peculiari tractatu fuſius ſimiles voluminum corruptelas caſtigauimus. Maneat ergo firmum Patri tantummodo ſolam, nec aliam reſeruari proprietatem, quam paternitatem, & rationem ingeniti, reliqua alia omnia, quæ in Patre ſunt, Filio communicari. Sed præter iſtam rationem ingeniti Patres omnes in Patre, προβολὴν, *productionem*, *emiſſionem* Spiritus fatentur, nec illi ſoli vindicant. Ergo iſta προβολὴ *productio* Spiritus eſt etiam in Filio, & conſequenter habebit ſuam exiſtentiam Spiritus per Filium & ex Filio: ni duas characteriſticas notas atque proprietates contra communem Græcorum Patrum ſententiam in Patre conſtituere velimus.

CAPVT XXXIX.

Prolatio in diuinis, ſiue προβολὴ, *quæ ſit.*

ET licet hoc nomen προβολὴ ab Hæreticis & Valentinianis ad aſtruendas ſuas hæreſes deſumptum, Filijque diuinitatem refellendam vſurpatum, ab antiquioribus Patri-

Patribus repudiatum in diuinis videatur, ab Athanasio in Expositione fidei, Irenæo lib. 2. cap. 43. & alijs, nihilominus posteriores Patres ad processionem & effluxum essentialem Spiritus ex Patre & Filio connotanda vsurparunt. Hinc Tertullianus de hoc nomine tractans aduersus Praxeam c. 8. hanc προβολὴν, siue *prolationem* exponit, rei vnius ex altera, licet Valentinianus ea vteretur, alium atque alium Æonem de Æone producens, *Non ideo tamen*, inquit, *non vtetur & veritas vocabulo isto, & re ac sensu eius, quia & hæresis vtitur, imo hæresis potius a veritate accepit, quod ad mendacium suum strueret*. Sic προβάλλειν, *proferre*, seu *producere* Spiritum Pater, & προβολεὺς per Filium Spiritus sancti vocatur a Ioanne Damasceno, & Gregorio Nazianzeno γεννήτωρ, & προβολεὺς, *genitor*, vel *emissor*, vel *productor*: & opponit ex aduerso γέννημα, & πρόβλημα, *genituram*, & *emissuram*, siue *productionem*, Filium, nempe, & Spiritum sanctum: quod postremum posteriores *spirationem*, & Spiritus *processionem* exprimunt. Cum enim peruersum Hæreticorum dogma reijcitur, & pium asseritur, solemne est Catholicæ Ecclesiæ, nomen alias in prauum sensum detortum ad rectum explicandum vsurpare, vt in alijs etiam vocabulis cernimus, de qui-
bus

bus non est eadem apud omnes Patres sententia. Vide quæ adnotamus infra de *caussa*, *ingenito*, & alijs.

CAPVT XL.

Ex Filio Spiritum esse, aperte decernit Cyrillus.

PRæterea Cyrillus processionem Spiritus etiam ex Filio non potuit aptius explicare. Audiatur. Expositione in Ioëlem Prophetam. Ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός, γεγέννηται γὰρ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τε, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Qua etiam ratione Deus est, & ex Deo secundum naturam Filius, genitus siquidem est vere ex Deo & Patre, proprius ipsius, & in ipso, & ex ipso Spiritus est, quemadmodum plane & ex ipso Deo & Patre dicitur.* Et lib. 3. ad Hermiam. Ὅτι γὰρ ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρὸς, ἀναμάθῃ τις ἂν, καὶ λίαν ἀμογητί. *Quod enim proprius Filij Spiritus sit, quemadmodum scilicet & Patris, didicerit quis absque magno labore.* In Expositione dicti, *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de coelo*. Οὐ γὰρ δήπου πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταβησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν ἐν τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλ-

λον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ πατρί. ὥσπερ γὰρ τοῦ πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Nunquam enim ad tantam temeritatem descendemus, ut participatione in Filio secundum naturam Spiritum esse credamus, & non potius substantialiter, quemadmodum ipsi etiam Patri adhærescentem: quemadmodum enim Patris, ita & Filij est Spiritus sanctus*. Et in illud; *Ego rogabo Patrem & alium Paracletum*, &c. Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν. εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ. διά γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς, ὅτι καθάπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. *Nam cum una cum Patre naturalibus Deitatis bonis substantialiter Filius communicet, eodem modo Spiritum habet, quo Pater habere intelligitur, non aduentitium neque deforis. Stultum enim atque furiosum est ita sentire. Sed quemadmodum vnusquisque nostrum proprium in seipso Spiritum continet, & ab intimis visceribus ad exteriora profundit; propterea corporee Christus insufflauit, ostendens hoc signo, quia quemad-*

modum ab ore humano corporee humanus spiritus progreditur; sic ex diuina substantia, deitati congruenter, quod ab ea est, profunditur. Et in illud; *Cum venerit Paracletus.* Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον πνεῦμα τοῦ υἱοῦ φυσικῶς, ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ πατρός. οἷς δὲ τὸ πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα. μὴ γὰρ δή τινες ἡμᾶς τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων τοῖς ἐξ ἀμαθείας ἀποκομιζόντων λόγοις, εἰς ἃ μὴ θέμις ἐννοεῖν, ὡς ὑπουργικήν τινα χρείαν ἀποπληροῦν ὁ υἱὸς τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς πνεῦμα τῇ κτίσει διακονεῖ. καὶ τοῦτο γὰρ ἀσυνέτως τινὲς, οὐ κατέδεισαν εἰπεῖν. πιστευτέον δὲ μᾶλλον ἀκόλουθον, ὡς ἐπείπερ ἴδιον αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀποστέλλει τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς πρὸς ἁγιασμόν. *Nam sicut Filij Spiritus est naturaliter in ipso manens, & per ipsum progrediens, sic quoque Patris Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ij profecto substantialiter dissepárari non possunt. Nemo enim impiorum nos ad ea, quæ intelligere nefas est, verbis suis impellere conetur. Nemo, inquam, Spiritum Patris per Filium vt per ministrum mitti ad creaturas credat. Nam etiam id nonnulli dicere veriti non sunt. Sed potius inde credendum est, quoniam Spiritus sic proprius Filij est, sicut sane ipsius quoque Dei Patris; idcirco ad sanctificandos suos sanctos discipulos ab eo mitti.* Et infra; Ἐμὸν δὲ πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν, ὥσπερ

δὲ ἐμόν, ὥσπερ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Spiritus enim meus est, qui operatur in vobis, sed sicut meus est, ita Dei & Patris.* Et Oratione ad ipsum Nestorium; Εἰ καί ἐστιν ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ τὸ πνεῦμα, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, ἔστι δὲ Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. *Licet sit in hypostasi Spiritus propria, & iam intelligatur secundum seipsum, qua Spiritus est, & non Filius; veruntamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis appellatus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso eadem ipsa ratione, qua effunditur a Patre.* Et lib. 4. contra Nestorium; Ὥσπερ γὰρ πρόεισιν ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, καὶ κατὰ τὸν ἴσον τούτῳ τρόπον καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ὂν αὐτοῦ, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ. *Vt enim progreditur ex Patre Spiritus sanctus, ipsius secundum naturam existens, eodem & æquali modo, & per ipsum Filium, cum naturaliter ipsius sit, atque consubstantialis.* Spiritus Filij est, quemadmodum & Patris est: Spiritus ita profunditur ac progreditur per Filium, vti effunditur, & progreditur a Patre: & quia est secundum naturam Patris, ex Patre suam existentiam habet, & æquali eodemque modo, cum sit naturaliter Filij, existentiam habet per Filium. Si paritas & æqualitas

litas est Patris & Filij in effluxu Spiritus, quomodocunque illa sit, cum a Patre exeat essentialiter & procedat in hypostasi, essentialiter etiam exit & procedit in hypostasi per Filium, & ex Filio. Hæc sunt documenta Cyrilli innumeris prope locis inculcata. Insanum propemodum fuerit, tantum Virum alia in mente habuisse, alia scripto continuo tradidisse, asserere; & simplex illudque vnicum Theodoreti dictum tot Cyrillianis extensis integrisq; periodis præponere. Non excidit semel verbum, sæpius consideratum, & attentius examinatum, sæpius quoque scripto mandatum est. Hæc est sapientia, semper idem velle, atq; nolle, semperque idem placere, dummodo rectum est. Quodsi Spiritum ex Filio, aut per Filium suam existentiam habere, negas Schismatice, negas id quoque ad mentem Cyrilli, Spiritum non habere existentiam ex Patre argumento firmissimo. Spiritus æquali modo est ex Filio, sicuti est ex Patre, sed ex Filio non habet suam existentiam, ergo neque illam habebit ex Patre, & consequenter neque procedet ex Patre: & sic Spiritus sanctus inter creaturas reputabitur, & Trinitas in dualitatem contrahetur. Maior argumenti est Cyrilli sæpius repetita, minor Nestorij, Theodoreti, & recen-

 tiorum

tiorum Schismaticorum. Quis vero vnquam audijt similes blasphemias inter Catholicos? Quare, vt verba Cyrilli stent, necessario fatendum est, Spiritum habere suam existentiam per Filium, & ex Filio. alias mentitur Cyrillus,& falsa nobis pro veris propinat.

CAPVT XLI.

Confirmatur hoc aliorum quoque Patrum testimonijs.

Confirmatur hoc veterum quoque aliorum Patrum testimonijs, neque enim Cyrillus hæc de suo promit, sed a Magistris, & Doctoribus edoctus. Athanasius Epistola ad Serapionem. Ἀμέλει ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται. οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει. ἐὰν γάρ φησιν ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν παράκλητον. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει, λέγων, πάτερ ἐγώ σε ἐδόξασα. τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱόν. ἐκεῖνος γάρ, φησιν, ἐμὲ δοξάσει. καὶ ὁ μὲν υἱός φησιν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, Ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησι. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον φησὶν, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. τοιαύτην δὲ τάξιν καὶ φύσιν

ἔχον-

ἔχοντος τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, πῶς ὁ κτίσμα τοῦτο λέγων, οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει: *Profecto Filius quidem a Patre mittitur; sic enim, inquit, Deus mundum dilexit, ut Filium suum unigenitum daret; Filius vero Spiritum mittit: si enim, ait, ego abiero, mittam Paracletum. Et Filius quidem Patrem glorificat, dicens, Pater ego te glorificaui: Spiritus vero glorificat Filium: ille enim, dicit, me glorificabit. Et Filius quidem dicit, quæ audiui a Patre, hæc & loquor in mundum: Spiritus vero ex Filio accipit, ex meo enim accipiet, ait, & annunciabit vobis. Et Filius quidem in nomine Patris venit: Spiritus vero sanctus, quem, inquit, mittet Pater in nomine meo. Hunc itaque ordinem & naturam erga Filium possidente Spiritu, quam & Filius possidet erga Patrem, qua ratione qui hunc creaturam asserit, non idem & de Filio necessario excogitabit?* Basilius ad Amphilochium cap. 17. Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω τὸ πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ λόγου σύνταξιν. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ δηλονότι. *Quemadmodum itaque se habet Filius ad Patrem, ita & sese Spiritus ad Filium, iuxta ordinem in Baptismo a Verbo traditum: Quodsi Spiritus cum Filio eodem ordine enitet,*

& Filius cum Patre, liquet & Spiritum eodem ordine emicare cum Patre. Non ergo deflexit Cyrillus a verbis & ſententijs Patrum, & potiſſimum Athanaſij, ideoque cum ſcripſiſſet Athanaſius; Διδόντος τοῦ πατρὸς χάριν καὶ εἰρήνην, αὐτὴν καὶ ὁ υἱὸς δίδωσιν, μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ χάρις ἐστὶ παρὰ πατρὸς ἐν υἱῷ. ὥς ἐστιν ἓν τὸ φῶς τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, καὶ τὸ φωτίζειν τοῦ ἡλίου διὰ τοῦ ἀπαυγάσματος γίνεται. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος πρὸς τοὺς Θεσσαλονικεῖς λέγων. αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, τὴν ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐφύλαξεν. οὐ γὰρ εἶπε κατευθύνοιεν, ὡς παρὰ δύο διδομένης τούτου καὶ τούτου, ἀλλὰ κατευθύναι, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ δίδωσι ταύτην. *Dante Patre gratiam & pacem, eandem & Filius elargitur. Vna ſiquidem eademque gratia est a Patre in Filio, quemadmodum eſt lumen Solis & radij, & ſplendor Solis per radium fit. Propterea & Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens; Ipſe vero Deus & Pater, & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos, vnitatem Patris & Filij conſeruauit: neque enim dixit, dirigant, tanquam quod concederetur a duobus ab hoc & ab hoc: ſed dirigat, vt oſtendat a Patre per Filium eam dirigi.* Concludedat Cyrillus; Ὃ γὰρ ἂν δρῷτο παρὰ πατρὸς, τοῦτο δή πάντως ἐστὶν ἐνέργημα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅπερ ἂν λέγοιτο διαπεραίνεσθαι δι' υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως

ἐστὶ

ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ παιδός. πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ. *Quidquid a Patre fit, hoc modis omnibus operatio quoque Filij fuerit: & quidquid dicitur a Filio effici, hoc idem prorsus & a Patre confici dicitur: omnia siquidem per vtrumque & æqua lance.* Si quidquid est Patris est Filij, & contra, quidquid Filij Patris est, vbi personarum proprietas non obstat, quia omnia fiunt ab vtroque æqua lance. Ergo Spiritus suam existentiam, quam habet a Patre, habet etiam a Filio. Sin minus esset aliquid in Patre, quod non esset in Filio, & aliquid operaretur Pater, quod non conficeret Filius. Et tamen Cyrillus dicit, *Omnia esse per ambos æqua lance.* Annon quidquid fit ex Patre & Filio, ex Patre per Filium dicitur esse, vti ex vno Deo? Exsufflatur enim Spiritus ab vtroque, profunditur, ab vtroque suppeditatur, & modis omnibus hæc vti ex vno Deo sunt. Cyrillus dicit, *Omnia*, & tu Cyrillo aduersans existentiam essentialem denegas Filio? Nilus cum exscripsisset decretum Synodale de non immutanda, neque minuenda fide Nicæna, subdit; Τὰ περὶ ἑκάστων πεπερασμένα ὁ κανὼν λέγει. οὐ τὸ δέ φησιν ὁ κανὼν ἀκίνητον εἶναι, τὸ δὲ δοκιμάζεσθαι, ἢ σαλεύεσθαι, ἢ ζητεῖσθαι. ἀλλ' ἁπλῶς πάντα ἀκίνητα εἶναι βούλεται, καὶ μηδὲν οὕτως ἰσχυρὸν εἶναι, ἄν τε ἄνδρα λέγῃς, ἄν τε τρόπον, ἄν τε ἣν τινα οὖν αἰτίαν, ὥστε καὶ

τῶν

τῶν ὡρισμένων παρ᾽ ἐκείνης χωρῆσαι. *Gesta cuiuscunque Canon indicat, Non hoc ait Canon immotum conseruari, hoc vero examini subijci, aut moueri, aut in quæstionem verti, sed simpliciter omnia immota esse vult: nihilque talis roboris esse, siue virum dicas, siue modum, siue quamcunque causam, vt contra ab illa præscripta procedat.* Quamuis dictionem, *Omnia*, falso appingat Canoni, concedamus hoc Nilo. Annon ille, si æquum se iudicem verborum Cyrillianorum præbere non dedignatur; multo iustius nobis concedere debet, vbi Cyrillus apertissime, *Omnia per ambos*, Patrem, nempe, & Filium esse, Spiritum quoque habere suam existentiam ex Filio, cum eam a Patre habeat, & non res, vt ipsi libet, subdiuidendo hanc Filio negare, Patri concedere, cum quidquid fit a Patre, hoc etiam modis omnibus a Filio confici dici debeat. Non satisfacit Cyrillus? Legito Athanasium Orat. 3. contra Arianos. Πάντα ὅσα ἔχει τὸ πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει. *Omnia quæ habet Spiritus, illa a Verbo habet.* Quid ergo est, quod male excipis in processione Spiritus ex Filio? *Omnia* tradit Athanasius, & tu potissima excipis, ipsius nempe Spiritus essentialem constitutionem? Quid habebit Spiritus a Filio, si existentiam suam non habeat? Existentiam amandas, & quæ exi-

sten-

ſtentiæ innituntur concedis? Vbi exiſtentia nulla eſt, neque quæ exiſtentiam ſubſequuntur, quidquid ipſe blateras, cum ſubiecto careant, apponentur. Vin plura? Athanaſius ipſe alia ad Serapionē Epiſtola; Ἀμέλει τοῦ πατρὸς πέμποντος τὸ πνεῦμα, ὁ υἱὸς ἐμφυσῶν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς. ἐπεὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστιν. *Patre ſiquidem mittente Spiritum, Filius inſufflans exhibet illum diſcipulis, cum modis omnibus quæcunque Pater habet, Filij ſint.* Vti ex Patre *miſſio*, & *datio Spiritus*, dat intelligere, ex Patre Spiritum eſſe; ita ex Filio *datio*, & *miſſio Spiritus*, dat nobis intelligere illum ex Filio eſſe. Vna ſiquidem eſt ex Patre & Filio *datio* & *miſſio Spiritus*, vt ſupra vidimus; & ea ipſa ratione, qua mittitur, & datur ex Patre, eadem etiam mittitur, & datur ex Filio; ſi Axioma ſupra laudatum Cyrillianum verum eſt. *Quidquid a Patre fit, hoc modis omnibus operatio quoque Filij fuerit: & quidquid dicitur a Filio effici, hoc idem prorſus & a Patre confici dicitur. Omnia ſiquidem per vtrumq;, & æqua lance.* Et plura quærimus? Scribit Cyrillus non vno in loco, Spiritum eſſe proprium Filij, & eſſe ex Filio, & eſſe eo ipſo modo quo eſt ex Patre: idque præterea confirmant Athanaſius, Baſilius, cæterique Patres. Et Ioſephus Bryennius in tanta rerum luce ante

ocu-

oculos caliginem sibi proponit : nanque non veretur scribere Orat. 15. de Trinitate; Τούτου δὲ πρὸς πάντων γινωσκομένου, καὶ οὕτως ἔχοντος, τί δήποτε πρὸς τοὺς πνευματομάχους οἱ ἅγιοι ἀνθιστάμενοι, συνοδικῶς καὶ ἰδίως ἐπὶ χίλια ἔτη, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ὁμοουσιότητα, ἣν ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν παραστῆσαι σπουδάζοντες. ἐνὸν τοῦτο καὶ μόνον εἰπόντας ἀπαλλαγῆναι πραγμάτων, οὐδαμοῦ φαίνονται λέγοντες, ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἔχειν τὴν ὕπαρξιν. ἢ διὰ τοῦτο πατρὶ καὶ υἱῷ ὁμοούσιον εἶναι, διότι προσωπικῶς ἤτοι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται; ἢ πᾶσι κατάδηλον τοῖς ὁπωσοῦν συνορᾶν δυναμένοις, ὅτι ὅπερ οὐκ ἴσασι σεσιγήκασιν. *Hoc itaque cum omnibus innotescat, & ita se habeat, qua de causa aduersus Iconomachos sese Patres opponentes, tum in Concilijs, tum in scriptis proprijs, per annos mille, & Spiritus cum Filio consubstantialitatem demonstrare conantes, cum possent, hoc vel solum pronunciantes a molestijs se eximere, id nullo in loco dixerunt, ex Filio nempe Spiritum habere existentiam. vel ideo Patri & Filio consubstantialem esse, quod personaliter, aut secundum propriam hypostasim ex Patre Filioque procedit? Annon apertissimum fuerit omnibus, qui vel minimum visu valent, eos quod ignorarunt silentio præteriisse?* Et Orat. 17. Πῶς τὴν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς πάντες οἱ Θεολόγοι παρέδωκαν ἡμῖν, τὴν δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ πάντες ἐσιώπησαν τὴν οὕτως ἀναγκαίαν καὶ αὐτὸς ὁ

Χρι-

Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ καὶ λαλῆσαν ἡμῖν διὰ τῶν ἁγίων. *Quanam ratione eam quæ est ex Patre processionem Theologi omnes nobis tradiderunt, quæ vero ex Filio est, & adeo necessaria, tacuerunt & ipse Christus, & Spiritus sanctus, qui per tot Sanctos locutus est?* Dicit Nyssenus Homilia in Orationem Dominicam, Τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς, λέγεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. *Spiritus sanctus ex Patre dicitur, & ex Filio esse astruitur.* Basilius lib. 3. contra Eunomium. Ἀξιώματι μὲν δεύτερον ἐν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. *Dignitate nanque ipsum secundum esse a Filio, cum ab ipso habeat quod sit, & ab ipso accipiat, & nobis annunciet, & prorsus ab illa causa pendeat, pietatis sermo tradit.* Nyssenus lib. 1. contra Eunomium. Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν. οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως. *Quemadmodum enim Patri Filius coniungitur, & cum ex illo originem ducat, existentia tamen posterior non est: sic etiam Spiritus sanctus ad Filium se habet, cogitatione sola secundum causæ rationem Filius prius, quam Spiritus sancti hypostasis concipitur.* Leontius Cæsariensis in pri-

prima Synodo Nicæna. Εὕρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. *Reperitur Spiritus sanctus procedens quidem ex Patre, proprius vero Filij, & ex ipso emanans.* Recolenda quoq; sunt, quæ ex alijs Patribus in his Cyrilli vindicijs adduximus. Et silentium nobis opponit Bryennius? Annon sunt hi canoræ tubæ?

CAPVT XLII.

Explicatur melius sententia Cyrilli.

SEd ad Cyrillum redeamus. Requisitus ab Orientalibus Cyrillus, vt subobscure ab ipso in Anathematismis dictata clarius interpretaretur, & sententiam suam manifestiorem redderet, dictum de Spiritu sancto explicatum a se in ipsa Synodo Orientalibus obtulit, vt supra posuimus, nec alia dixit in responsione ad Orientales, & postquam Theodoretus *proprij* significationem a Cyrillo datam refutasset, vt blasphemam & impiam, Cyrillus nihilominus dicto insistens, respondit; Ἀλλ' οὐχ οὕτω φαμὲν καθάπερ καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον. &c. *Sed non ita dicimus eum.* &c. Verba supra digesta sunt. Hæc in Synodo lecta sunt, & ab omnibus pronis auribus audita, & vnanimis animis excepta appro-

approbataque; Καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα. *Et proprium habens qui ex ipso est, & essentialiter inhæret ipsi Spiritum.* τὸ ἐξ αὐτοῦ, *qui ex ipso*, licet Verbum non exprimatur, attamen intelligitur, *est*, *existit*, siue *existentiam habet*, vnum siquidem est, *effunditur*, *profunditur*, *exilit*, *elucet*, *emittitur*, *emanat*, *procedit*, & similia, quæ ad exprimendum progressum essentialem Spiritus ex Filio, vti ex Patre, non solum hic Doctor, sed reliqui Ecclesiæ Catholicæ dogmatistæ ac Patres vsurpant. Dicant aduersarij alijs significatioribus verbis, exprimantque sententiam, si possunt. Si ad dicta Patrum recurrendum est, nihil ipsi afferent accommodatius. Proprius qui ex ipso, & essentialiter inhærens Spiritus, non deforis accedens, neque adueniens, sed ex ipsa essentia Filij & substantia, & intimis præcordijs, & natura generante Filium, vt ita dicam, extractus, emunctus, eodem ipso modo quo est ex Patre, adeo vt æquo modo ex ambobus progrediatur essentialiter, intrinsece, tanquam ab vno principio, & causa. Quare sicuti simili progressu Spiritus dicitur procedere ex Patre, ita quoque cum similis progressus intelligatur in Filio, iure merito etiam ex Filio procedere asserendus est. quæ communis aliorum Patrum, &

præci-

præcipue Cyrilli ſententia fuit. Is enim ſecundo Theſaurorum ſcribit; Ὅτι τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γινόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείκνυσι Θεοῦ. πρόεισι δὲ καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊὸν, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα. εἰ καὶ μικρὸν καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ λόγου τὸ ὑπόδειγμα. πάντα γὰρ ὑπερέχει Θεός. *Cum itaque Spiritus ſanctus ad nos accedens conformes nos efficit Deo. Progreditur vero ex Patre & Filio, manifeſtum eſt illum diuinæ eſſentiæ eſſe, eſſentialiter in ipſa, & ex ipſa progredientem, quemadmodum nempe ex humano ore flatus excurrens, licet puſillum, nec tantæ dignitatis exemplum ſit. Super enim omnia Deus eſt.* Etiam exemplo flatus humani oris excurrentis, ſi diuina creatis comparanda ſunt, hunc Spiritus ex eſſentia diuina eſſentialem egreſſum ſignificauit, cum ex Patre & Filio vna proceſſio ſit, & proceſſionis vnum principium Pater & Filius, & Filius ſit os Patris, ideoque proceſſio intelligatur ex primo principio Deitatis, abſque principio Patre, per os Patris quod non abſque principio eſt, Filium ſcilicet. Imo ſi recte dictis mentem fixeris, colliges, Spiritum Patris eſſe, quia ex Patre, & Spiritum Filij, quia per Filium, & ex Filio eſt, cum, vt exemplum euincit, omnis humanus Spiritus

ritus

ritus per humanum os, siue ex humano egreditur ore. & Libris ad Palladium; Τρεπτὸν δὲ οὔτι που τὸ πνεῦμά ἐστιν, ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. *Mutabilis vero nullo modo Spiritus est, quodsi mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturam vituperatio recurret, si est Dei & Patris, præterea & Filij essentialiter ex amb bus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus.* Similia leguntur lib. 1. de Adorat. & cultu in Spiritu. Hic *ex ambobus*, nempe ex Patre per Filium profunditur Spiritus. Ergo profusio ex Patre per Filium, est profusio ex Patre, & ex Filio, alias non esset ex ambobus. Etsi alia profusio esset illa quæ fit per Filium, & alia quæ fit ex Patre, quomodo esset vnus Spiritus essentialiter Patris & Filij, alia atque alia ex Patre & Filio profusione profusus? Sin minus ab ipsis differentia in diuina essentia assignanda est.

CAPVT XLIII.

Expositio Camateri verborum Cyrilli refellitur.

QVid hic respondent Schismatici? Risum contine. Andronicus Camate-

O rus

rus in Hoplotheca. Ἐνταῦθα μὴ θορυβείτω σε τὸ ἐξ αὐτοῦ, μηδὲ εἰς τὴν ἐκπόρευσιν ἐκλαμβάνου αὐτό, ἀλλ' εἰς τὴν ἀποστολὴν, καὶ τὴν δόσιν, καὶ τὴν χορηγίαν. ἀρκοῦσι γὰρ εἰς τὸν τοιοῦτον σαφηνισμὸν τούτου αἱ λοιπαὶ διάφοροι τοῦ αὐτοῦ ἁγίου διδασκαλίαι. καὶ ὅτι τὴν ἐξ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀεὶ οἱ ἅγιοι πάντες ἀντὶ τῆς διὰ ἐκλαμβάνουσι). *Non te turbet quod hic astruitur, ex ipso, neque illud de processione accipito, sed de missione, datione, & suppeditatione: satis enim abundeque id probauerint, explicauerintque tot aliæ eiusdem sancti doctrinæ: necnon &, Ex præpositionem in Filio Sanctos omnes loco illius, Per accipere.* Nouus hic Dogmatista, *Non te turbet*, inquit, *quod hic ex ipso astruitur*. Longe sunt turbæ, cum veritas astruitur, & a Patribus. Cyrillus dicit Spiritum ex Filio, & ego doctiorem Cyrillo magistrum conquisiuerim? Turbentur illi, quibus dictum Cyrilli non fauerit, *Neque illud de processione accipito*. Quis est qui mandat? Cyrillus loquitur de processione, & ego nugatori obediam? Cyrillus dicit ita esse Patris vti est & Filij, & ipse dicit non esse accipiendum de processione, sed de datione. Quare non etiam, cum de Patre sermo est, qui in eadem lance ponitur cum Filio, non accepero de processione? & plane aliæ doctrinæ Patris huiusce de processione, & non de datione accipiendum esse insinuant,

Fal-

Falsumq; prorsus est, reliquos Sanctos omnes *Ex* loco illius *Per* accipere. quidquid balbutit impudenter Camaterus. Interim etiam nolens præpositionū *Ex* & *Per* non dissimiles significatus fatetur, dum concedit *Ex* in Filio loco illius *Per* accipi, de quibus infra. Quid vero dicet si *Per* etiā de Patre dictum a Cyrillo ipso demonstrabimus? Is enim in dictum Ioannis, *Omnia per ipsum facta sunt*, dicit; Εἰ δὲ νομίζουσι δύνασθαι τὸ δι' υἱοῦ λεγόμενον ἐφ' υἱοῦ καταφέρειν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητός τε καὶ φυσικῆς ὁμοιότητος, ὡς ὑπεργὸν εἶναι μᾶλλον ἢ δημιουργὸν, διαισχυνέσθωσαν οἱ παράφρονες, καὶ εἰς μέσον ἡμῶν ἡκόντων ἀπολογησόμενοι, τί ποτε ἄρα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐννοήσομεν; τίνα δὲ εἶναι καὶ αὐτὸν ὑποληψόμεθα, ὅταν φαίνηται δεχόμενος τὸ, δι' οὗ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· πιστὸς γὰρ φησιν ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ Παῦλος Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ. καὶ πάλιν πρός τινας ὁ Παῦλος ἐπιστέλλει, ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος ἀλλ' υἱὸς, εἰ δὲ υἱὸς κληρονόμος διὰ Θεοῦ. ταῦτα δὴ σύμπαντα τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἔχει πρόσωπον, καὶ οὐ δήπου πρὸς τοῦτο μανίας ἐλάσειέ τις, εἰ μὴ τύχοι τοῖς προειρημένοις τὰ ἴσα φρονῶν, ὡς τὸ τῆς ὑπουργίας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα καὶ αὐτῆς κατηγορεῖσθαι τῆς τοῦ πατρὸς δόξης ἀλόγως εἰπεῖν, ἐπείπερ ἐλέχθη καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὸ, δι' οὗ. ἀδιαφορεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε περὶ τὰς λέξεις ἡ θεία γραφὴ, μηδὲν ἀδικοῦσα τὸ ὑποκείμενον, καταχρη-

χρηστικώτερον δέ πως ἐπιφέρουσα τοῖς σημαινομένοις τά τε ῥήματα, καὶ τὰ δι' ὧν οἷον) καταδηλοῦσθαι καλῶς. *Quodsi putant, quoniam per ipsum scriptum est, per Filium, dictum de Filio a naturali æqualitate decidere, & naturali similitudine, & tum potius administrum esse quam opificem, vesani hi considerent inter sese, accedantque in medio nostri responsuri, quid de ipso Patre cogitabimus, quem eum esse deprehendemus, cum particulam Per, in scripturis de seipso dici non recuset? Fidelis enim, inquit, Deus, per quem vocati estis in communionem Filij eius. & Paulus Apostolus seruus Dei per voluntatem Dei. & rursus Paulus ad alios scribens. Itaque non est seruus sed Filius, etsi Filius, & hæres per Deum. Hæc omnia ad personam Dei & Patris referuntur, & nemo adeo insanit, vt non cum iam antea dictis conueniat, vt ministerij nomen & rem ipsi Patris gloriæ cum ratione accommodet, cum etiam de eo particula Per, prolata est. Indifferenter enim plerunque dictionibus abusionis modo Scriptura ita vtitur, vt probe res grandes, quantum possibile homini est, significet.* Et lib. 5. ad Hermiam similem particulam ambobus Patri & Filio tribuit; Τί γὰρ οὐχὶ καὶ φάσκοντι πιστευτέον τῷ, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. συνάρθρως γὰρ καὶ μοναδικῶς ἑαυτὸν εἶναι λέγων τὴν ζωὴν, ἆρ' οὐκ ἀξιώσειεν ἂν τοῦ εἶναι ζωὴν τὸν πατέρα καὶ Θεὸν, εἰ μὴ φύσεως μιᾶς ἄμφω τε εἶναι

δώ-

ἀπόρευσιν, καὶ δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ τὸ χρῆμα ἰέναι, καὶ οὔτοι που δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος Θεοῦ. *Cur autem non & dicenti credendum, Ego ſum via, veritas, & vita? cum articulo autem & ſingulariter ſeipſum dicens eſſe vitam, annon Deum & Patrem ſuum negauerit, eſſe vitam, niſi vnius natura ambos dederimus, & per ambos ad nos æqualiter vitam venire, & non duobus, ſed ex vno Deo nos viuificante.* Ergo fatente Cyrillo, *Per* præpoſitio etiam de Patre accipitur, quemadmodum & de Filio, & horum præpoſitionum æquales ſignificatus ſunt, vt infra probabitur.

CAPVT XLIV.

Expoſitio Georgij, ſiue Gennadij Scholarij Monachi verborum Cyrilli refellitur.

GEorgius Scholarius, qui & Gennadius Monachus de proceſſione Spiritus ſancti commentario primo, ſententiam Cyrilli explicans, ſcribit; Καίτοι σαφὴς ἦν ἡ τοῦ Κυρίλλου διάνοια οὐ μόνον ἐξ αὐτῆς τῆς ὅλης τῶν λόγων προθέσεως, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν λέξεων, αἷς ἔστιν οὐ προστεθῆναι, δηλοῦν ὁποίαν τινὰ βούλεται σημαίνειν τὴν ὁμοιότητα, ὅτι κατὰ τὴν φύσιν, οὐ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως δηλονότι. καὶ πῶς ἴδιον τοῦ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα καλεῖ. ὅτι ὡς συμφυὲς αὐτοῦ, καὶ ὡς οὐκ ὀθνεῖον, οὐδὲ

 ἀλλό-

ἀλλότριον. ποῦ μὲν γάρ φησιν, ὅτι τῶν τοῦ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καθ' ὃν ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν. ποῦ δέ φησιν. Ἔπεμψε δὲ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ τὸν Παράκλητον, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ μεθ' ἡμῶν ἐστι, καὶ ἐν ἡμῖν αὐλίζεται, οὐκ ὀθνεῖον ἡμῖν ἐγχέων, ἀλλὰ τὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἴδιον πνεῦμα· καὶ πάλιν. Πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἑτεροφυὲς πρὸς τὸν Θεὸν τὸ μήτε διῳκισμένον οὐσιωδῶς αὐτοῦ, μήτε μὴν ἀλλότριον, ἀλλ' ἴδιον αὐτοῦ. καὶ πάλιν. ὅτε τοίνυν εἷς ἐστι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, Κυρίου δὲ τὸ πνεῦμα καλεῖ, οὐδεμίαν ἄρα φύσεως οἶδε διαφορὰν τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. καὶ πάλιν. Οὐδὲ εἰσποιητὸν αὐτῷ δεδόσθαι φαμὲν τοῦ πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἤγουν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις. οἴκοθεν οὖν ἄρα καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις ἂν εἴη, τὸ καὶ ἑτέροις δύνασθαι χορηγεῖν αὐτό. καὶ πάλιν. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξ ἰδίου πληρόματος προΐεις τὸ πνεῦμα, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ, οὐχ ὡς ἐκ μέτρου δίδωσιν αὐτὸ τοῖς ἀξίοις ἑλεῖν. οὐδὲν ἂν τοίνυν χαλεπὸν ἐκ τουτωνὶ τῶν ῥητῶν τὴν τοῦ Κυρίλλου γνώμην μαντεύσασθαι. σαφῶς γὰρ ἐνταῦθα φαίνεται περὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ τῶν δι' αὐτῆς ἔργων, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, καὶ τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων, καὶ τῆς αὐτῶν δόσεως, καὶ τῆς φυσικῆς οἰκειότητος τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν τὸν λόγον ποιούμενος,

-μένος, ὡς καὶ αὐτός φησιν ἐν τῇ πρὸς Εὐόπτιον Ἐπιστολῇ πρὸς τὴν Θεοδωρείτου δυσχεραίνων ἐπήρειαν, ὡς αὐτός φησι, καὶ συκοφαντίαν. ἐπάγει γὰρ ἐκεῖ. Καίτοι δυσχερὲς, ἢ ἄμαχον οὐδὲν παντελῶς ὡς ἔγωγε οἶμαι ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐστὶν, ὅτι μὴν δυσέφικτον ἔχει τὴν προσβολήν. *Et nihilominus plana est Cyrilli sententia, non tantum ex vniuerso sermonum progressu, sed item ex dictionibus, quas ille adiungebat, clare indicatur, quam ille significaret similitudinem, naturalem scilicet, non existentiæ causam; & qua ratione proprium Christi Spiritum vocat, nempe vt ipsi connaturalem, & non externum neque alienum. Aliquando siquidem scribit; Omnium Patris naturalium bonorum cum communicet Filius, habet Spiritum secundum eundem modum, secundum quem intelligitur Pater habere, non adscititium, neque deforis aduenientem. Aliquando; Misit vero nobis de cœlo Paracletum, per quem, & in quo nobiscum est, & in nobis habitat, non alienum nobis infundens, sed essentiæ suæ Patrisque proprium Spiritum. Necnon; Quomodo igitur aliena à Deo natura erit Spiritus, non elongatus essentialiter ab ipso, neque externus, sed proprius ipsius? Item; Quando igitur vnus est Dominus Iesus Christus secundum Pauli vocem, Domini vero Spiritum nuncupat, nullam itaque ipsius naturæ differentiam agnoscit Filij & Spiritus; sed in ipso, & ex ipso naturaliter existens, domi-*

nationis nomine vocat. Item; Non igitur deforis, neque adscititiam illi tributam esse dicimus Spiritus actionem, vti nobismetipsis, sanctis videlicet Apostolis. Ex proprijs ergo & ab ipso Spiritus ipsius. Et huius plena demonstratio fuerit, quod & alijs potest illum suppeditare. Item; Dominus noster Iesus Christus ex proprio complemento effundens Spiritum, vt & ipse Pater, non mensura impertitur illis, qui digni sunt illum accipere. Haud itaque difficile fuerit ex his dictis Cyrilli sententiam expiscari. Aperte enim is videtur de œconomia, & de ijs quæ per ipsam fiunt operibus, & Christi deitate, & Spiritus muneribus, & eorum distributione, & naturali affinitate Spiritus cum Filio verba faciens, vt etiam ipse fatetur Epistola ad Euoptium, Theodoreti petulantiam ægre ferens, vt ipse ait, & calumniam. Nanque in ea infert; Cum tamen in dictis nostris nihil omnino sit difficile, nihil arduum, vt ipse reor, nihil quod apprehensionem subterfugiat. Assumam etiam ipse postrema hæc Cyrilli verba, vt Schismaticis respondeam. Nihil est in Cyrillianis verbis aut arduum, aut difficile, aut quod apprehensionem subterfugiat: sed omnia plana & aperta. Nos enim cum Cyrillo fatemur, naturalium Patris bonorum Filium esse possessorem: habere Spiritum sanctum eodem ipso modo, quo illum habet Pater: non esse

ad-

adſcititium Filij, neque deforis aduenientem, eſſentiæ Filij, Patriſq; eſſe proprium: non elongari eſſentialiter a Filio: nullam naturæ differentiam agnoſci inter Filium & Spiritum, ſed in ipſo, & ex ipſo naturaliter ſubſiſtentem: actionem Spiritus non tributam adſcititio modo Filio, vti ſanctis tribuitur: Filium ex proprio complemento effundere Spiritum; ſic illum menſura non exhibere. Negat hæc Macedonius & Neſtorius, & qui diuidunt Chriſtum Ieſum a Filio Dei. Ego vnum agnoſco Chriſtum cum Catholica Eccleſia Filium Dei ante ſecula, qui poſtmodum, quando illi complacuit, carnem aſſumpſit, perfectum in Deitate, perfectum in humanitate. Cyrilli itaque verba pronus accipio, & quod tu ex illis colligis connaturale & conſubſtantiale Spiritus & Filij, neque ipſe inficias iuero. Quid vero poſtmodum? Ergo ex verbis Cyrilli non habet exiſtentiam ex Filio, neque per Filium Spiritus. Hoc vero falſum eſt, ex ſtulta ratiocinatione deſumptum, ex non intelligente Patrum dicta cerebro depromptum. Sancti docent Spiritum, quia eſt ex Filio, & per Filium, & ab eo exiſtentiam ſuam habet, ideo eſſe proprium & connaturalem, & conſubſtantialem Filio. Quodſi verum eſt, vt verum eſſe probabitur, cum

Cy-

Cyrillus dicit, Spiritum esse consubstantialem Filio & proprium, eodem momento corroborat, Spiritum sanctum habere suam existentiam ex Filio, & per Filium. Quod vero dicunt, propter eandem naturam & essentiam Spiritum sanctum dici esse ex Filio, hoc nunquam asseruere Latini, & plane ridiculum est. Nam si propter eandem naturam diceretur esse Spiritus ex Filio, quemadmodum dicitur esse ex Patre, prorsus hanc eandem ob causam similiter cogeremur dicere, gignere cum Patre, & Filius esset quemadmodum Pater absque principio & absque causa. Nam Spiritus ex Patre est tanquam ex fonte absque principio: quodsi etiam ex Filio eundem in modum esset, omnino & ipse esset absque principio. Res vero aliter se habet. Ex Filio nanque Spiritus est vt ex fonte, qui habet esse a Patre, & ad Patrem primariam causam, & principium effluxus Spiritus omnis refertur, dicto Magni Basilij. Ideoque non propter eandem naturam dicunt Latini Spiritum sanctum esse ex Filio.

CAPVT XLV.

Quæ dicantur consubstantialia, & eorum accuratior expositio.

ILlud etiam considerandum est. Non quia aliqua consubstantialia sunt, ideo relationem intercedere, id enim & in hominibus deprehenderetur, cum omnes eiusdem naturæ sint. Sed contra id se habere, in quibus naturalis relatio intercedit, consequi necessario ea consubstantialia esse. Sic in diuinis, personæ essentia vniuntur, relationibus disiunguntur. Quare per similitudinem naturæ exorta relatio vnit potius, non disiungit. In Trinitate ergo quod alteram alteri adhærescentem personam disiungat exposcitur; id vero non conseruat relatio, quæ ex consubstantialitate est Filij & Spiritus, sed ferme contra, confundere videtur potius, non disiungere: neque enim ex ea aliquid arripere possumus, vt eandem naturam infert, quod alteri præponamus. Aut igitur in Trinitate confusio concedenda est, & sic nec Trinitas erit, aut Filij, & Patris, & Spiritus sancti, vt insistamus doctrinæ Patrum, ex relatione ordo asseuerandus. Ergo non quia consubstantialis, dicitur ex Filio, & per Filium Spiritus, sed quia

ex

ex Filio, & per Filium, consubstantialis. Quod exemplis humanis, vti fieri potest in rebus diuinis, & in ijs quæ captum nostrum superant, indicemus. Animaduertimus plane in hominibus, aliud esse cum dicimus, Petrum cum Paulo eiusdem essentiæ esse, & aliud, cum Paulum ex Petri essentia esse: primo enim notatur, Paulum esse consubstantialem Petro, secundum similitudinem illius, quod consubstantiale est, quæ natura ad alios quoq; homines omnes eiusdem speciei effunditur, & dictum vicissim vertitur. Nanque asserimus Paulum cum Petro, & Petrum item cum Paulo, nomina reciprocantes, cum vnam eorundem naturam indicamus. Secundo, quo dicimus Paulum esse ex essentia Petri, Pauli parentem, si ita obtigerit, esse indicamus: Si enim id non esset, Paulus ex essentia Petri nunquam diceretur: eoque reperitur Paulum effectum, & Petrum Pauli causam esse, & causam non externam & factititiam, & effectum eiusdem essentiæ, vniusque naturæ cum sui causa. & sic dictum conceptum non conuertitur. Hisce plane agnosces differentiam, quæ inter eandem naturam Petri & Pauli intercedit. Non aliter de Spiritu sancto ratiocinandum est. Nanque Spiritus sanctus propter vnam cum Filio naturam eiusdem na-

naturæ cum Filio decernitur, & dictum contra vertitur, vt Filius quoque eiuſdem cum Spiritu eſſentiæ aſſeratur: attamen cum dicitur ſecundum naturalem & non factitium effectum ex Filio, hoc eſt per Filium eſſe, & ex Filij eſſentia affirmatur. dictum non contra vertitur. Et ſic Spiritum eadem cum Filio eſſentia exiſtere, dum ſimpliciter eorum vna natura exprimitur, diximus, cum vero illum ex eſſentia Filij progredi effectus Filij Spiritus eſſe indicatur ad diſtinctionem eorum, quæ ſunt per Filium tanquam a creatore producta. Τὰ γὰρ ταυτὰ καὶ ταυτῶς, ſcribebat Ioannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Alexium Agallianum, καὶ ἦν ἂν ταυτὸν τῆς ἀυτῆς οὐσίας τῷ Πέτρῳ λέγειν τὸν Παῦλον, καὶ τῷ Παύλῳ τῆς ἀυτῆς Πέτρον, καὶ Παῦλον ἐκ τῆς τοῦ Πέτρου εἶναι οὐσίας, καὶ Πέτρον αὖθις ἐκ τῆς τοῦ Παύλου. ἀλλὰ τοῦτο τοσάγε ἀδύνατον, ὅσον καὶ ἥλιον ἐξ ἑσπέρας ἀναχεῖν τὸ ἑῷον. τίς γάρ ποτε πατέρα ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ ἀκήκοεν εἶναι οὐσίας; *Quæ enim eadem ſunt, eodem quoque modo enunciantur, idemque eſſet dicere eſſentiæ eiuſdem cum Petro Paulum, & cum Paulo Petrum, & Paulum ex eſſentia Petri eſſe, & Petrum rurſus ex eſſentia Pauli. Sed hoc æque fieri poterit atque oriens Sol ab occaſu exoriri. Quis enim vnquam audijt, Patrem ex Filij eſſentia eſſe?* Alio quoq; exemplo conſtabiliatur, ab ex-

celsioribus & minime materiatis creaturis, Angelis scilicet, & animabus desumpto, cuius veritatem nec Satan ipse conuellere, atque in dubium vertere poterit. Gabriëlem & Michaëlem eiusdem esse essentiæ, & Theodori, ac Ioannis animam eiusdem esse naturæ, nemo, si stultus non est, inficias iuerit, cum Angeli specie similes inter se sint, & animæ omnes inter se eiusdem sint naturæ & rationis participes. nihilominus si quis interrogauerit, estne Angelus ex essentia alterius Angeli, & anima ex essentia alterius animæ? Contendet Schismaticus nec sine molestia, nunquam quid simile ad aures hominum peruenisse. Quodsi, quæ sunt secundum speciem eadem natura, alterum ex alterius esse natura indicaretur pro libitu, cum nemo dubitet & de Angelis, & de Animabus illos illasque eiusdem esse naturæ & essentiæ, qua ratione dictum asserens, ex essentia Angeli Angelum esse, & ex essentia animæ aliam animam, tantum reputaretur absurdum, vt nec in aures hominum vnquam incidisse asseueretur? Quod nempe id fieri nequeat, vt in Angelis atque animabus vnus ex alio inueniatur eiusdem essentiæ effectus. Quare, cum vbi quod eiusdem essentiæ est, causam sui non habet, ex essentia dici minime potest, manifestum rema-

manet, vbi ex essentia dicitur propter effectum, eiusdem essentiæ dici. Sic quoque pari demonstratione, quam nulla responsio conuellet, firmiter addiscitur, ex essentia Filij Spiritum sanctum dici ad exactam probationem essentiæ Filij propriam esse eam processionem ex prima & principali causa Patre per ipsum, & consequenter ex ipso Filio effusam, quidquid contra Catholicos obstrepant aduersarij. Præterea. Aliud est esse eiusdem essentiæ & naturæ, nempe alicui connaturale & consubstantiale esse, aliud ex essentia & natura alicuius esse naturaliter. Consubstantiale enim & connaturale latius, quod vero est ex essentia & natura minus extenditur. Quare, vt rerum harum periti obseruant, hoc quidem confert, illud vero confertur. Rursus consubstantiale & connaturale simul de medio tollit; quod vero ex natura & essentia est de medio tollitur. Accurate considerentur. Etenim si abest connaturale & consubstantiale, neque illud ex essentia & natura fuerit: hoc vero si in quibusdam non extiterit, illud quandoque fieri potest, vt sit. Et quidquid est ex natura alicuius & essentia naturaliter, necesse est illi & consubstantiale & connaturale esse: si quid autem rursus connaturale est alicui & consubstantiale, non est ne-

necesse ex essentia illius esse & natura. ex essentia igitur & natura Spiritus cum sit, necessario illi & consubstantialis & connaturalis existit: Filius vero consubstantialis existens Spiritui & connaturalis, non item ex natura illius & substantia fuerit. Sin minus erit quoque Pater, principium Deitatis primarium ex essentia & natura Spiritus & Filij, cum consubstantialis illis sit & connaturalis. Dicitur vero Pater consubstantialis & connaturalis Filio & Spiritui, quod possidet Filium & Spiritum ex sua essentia & natura: Filius autem & Spiritus sanctus consubstantiales & connaturales Patris sunt, quod ex essentia ambo naturaq; Patris existunt. Simili ratione de Filio & Spiritu sancto philosophandum est. Filius consubstantialis & connaturalis est Spiritui sancto, quod ex natura sua atque essentia Spiritum possidet: Spiritus consubstantialis & connaturalis est Filio, quod ex essentia Filij & natura est, quo modo consubstantiale & connaturale erit vniuersalius eo, quod ex essentia & natura est.

CA-

CAPVT XLVI.

Spiritum ſanctum eſſe conſubſtantialem Filio, quia ex Filio, probatur teſtimonijs Patrum.

ET Spiritum ſanctum eſſe conſubſtantialem Filio, quia Spiritus Filij, & per Filium, & ex Filio eſt: non quia conſubſtantialis, ideo Spiritum Filij dici, probatur quidem euidentiſſime teſtimonijs Patrum. Verba Baſilij ex Epiſtola ad Canonicas, & Oratione contra Sabellium ſupra, cum *de proprio* ageremus, allata ſunt. Cyrilli, cuius hic cauſa agitur, reponenda. Ὁμοούσιος γὰρ εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ὁ υἱὸς τῷ πατρί, ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν τε καὶ οὐσιωδῶς ἐστιν. *Si conſubſtantialis eſt vere Filius Patri, ex ipſo naturaliter & eſſentialiter eſt.* Vides ſi nō eſſet ex ipſo & in ipſo Filius, non eſſet conſubſtantialis Patri. cauſa nanque conſubſtantialitatis eſt, effectum eſſe illius naturæ cuius & ipſe eſt. & lib. 3. ad Hermiam; Τὸ ἀπεῖργον οὖν ἄρα παντελῶς οὐδὲν, οἴεσθαί τε καὶ φρονεῖν ἀληθῶς, ὡς ἐπείπερ ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ἀνέφυ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ὁ υἱὸς, οὐχ ἕτερος ἂν νοοῖτο παρ' αὐτὸν ὑπάρχων, ὅσον εἰς ταυτότητα φυσικήν. *Non eſt quod omnino impediat opinari tenereque, cum nobis ex ipſa Dei & Patris eſſentia Filius natus eſt, non alius quidem*

ab eo reputabitur esse, quantum ad identitatem naturalem. Et in dictum Ioannis; *Descendi de cœlo* clarissime; Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν, ἀνάγκη δὴ πάντως, καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. *Ex Patre generatum Filium esse, prorsus nos etiam inuitos coget, reddere illi consubstantiale:* Pater itaque & Filius consubstantialia, & connaturalia sunt, quia Filius ex Patre est, & non vice versa. Idem Cyrillus lib. 2. Thesaurorum; Ὅτε τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γενόμενον, συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδείκνυσι Θεοῦ. πρόεισι δὲ καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, πρόδηλον, ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν. ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἐξ ἀνθρωπίνου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα. Εἰ καὶ μικρὸν καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ λόγου τὸ ὑπόδειγμα. Πάντα γὰρ ὑπερέχει Θεός. *Cum itaque Spiritus sanctus ad nos accedens conformes nos efficit Deo; progreditur vero & ex Patre & Filio, manifestum est illũ diuinæ essentiæ esse, essentialiter in ipsa, & ex ipsa progredientem. Quemadmodum nempe & ex humano ore flatus excurrens, licet pusillum nec tantæ dignitatis exemplum sit. Super enim omnia Deus est.* Concludit Cyrillus manifesto, Spiritum sanctum diuinæ esse essentiæ, quia progreditur ex Patre & Filio, quemadmodum flatus ex humano ore excurrens in homine, sic Spiritus essentialiter inhærens diuinæ essentiæ,

& ex

& ex ipſa egrediens, conſubſtantialis illi dicitur eſſe, ex quo effluit. Cyrilli tamen & Baſilij argumentatio, ea ſola, nempe, dici conſubſtantialia, quorum vnum originem capit ab alio, nonnullis etiam Catholicis non ſatisfacit. Videtur ſiquidem falſa. Nam homines etiam alieniſſimi, qua homines ſunt, & eadem natura atque ſubſtantia conſtant, conſubſtantiales dicuntur, quare addunt ex Caleca, Beſſarione, & Demetrio Cydonio ὁμοούσιον ſiue *conſubſtantiale* dupliciter vſurpari. Primum de ijs, quæ eandem habent naturam, etſi vnum ab alio prognatum non fuerit, vt Petrus & Paulus: hoc tamen conſubſtantialis genus, non proprie conſubſtantiale vocari, ſed id ſolum, quod alterum cum altero ita copulat, tanquam per ipſum, aut ex ipſo naturaliter exiſtens ac ſubſtantiue: altero vero modo accipi de ijs, quæ originis habitudine iunguntur, quod ſolum in Deo conuenit. Prius quod diximus ea quæ ſunt conſubſtantialia fraternitatis neceſſitudo coniungit inuicem, ſed in Deo nulla poteſt eſſe eiuſmodi coniuncti, quæ tum erit, ſi auctoribus Baſilio & Cyrillo conſubſtantiales perſonæ mutuo reſpectu originis habeantur. hoc eſt, vna procedat ab altera. & ſic Filius & Spiritus ſanctus fratres inuicem erunt. Sed ex ſecundo conſub-

ſtantialitatis modo ſequitur, vt vnum alterius dicatur eſſe, vel eius proprium; nec viciſſim ac reciproce etiam huius, quod in priore ſit. Sed hi plane videntur non attendiſſe, neque mentem fixiſſe verbis Cyrillianis & Baſilianis: neq; enim ipſi dicunt abſolute, conſubſtantialia dici, quando vnum ab alio eſt & oritur; ſed exponunt, quid ſit illud ex, ἐκ τῆς οὐσίας, *ex eſſententia* alicuius eſſe, quod Græci in conſubſtantialitatem detorquent: tum enim cum dicitur conſubſtantiale, quia ex eſſentia alicuius eſt, non indicatur tantum eadem eſſentia & natura, ſed etiam origo & principium ab alio, cui conſubſtantiale eſt. Cum vero Spiritus dicatur ex eſſentia Filij, non indicari tantum conſubſtantialitatem, ſed etiam principium, & originem ex eo, ex cuius eſſentia dicitur: alias eſſent illa conſubſtantialia fratres. & mihi hæc ſatis neceſſaria videntur, cui doctrina & documentis Græcorum Schiſmaticos & eorum placita refutare in animo eſt. Quare remanet firmum, ex eſſentia Filij Spiritum eſſe, quia ex Filio eſt, & ſuam eſſentiam & exiſtentiam habere a Filio, cum conſubſtantiale nullo modo cauſam vnius ex alio inferat, quod etiam ex Schiſmaticis non nulli velint nolint fateantur neceſſe eſt.

Theodorus Ducas Laſcaris Oratione prima

de

de Processione Spiritus sancti. Ὅτι δὲ ὁμοούσιον τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ ὁμοούσιος. ἀλλ᾽ οὐκ αἰτία τὸ ὁμοούσιον τοῦ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι. Μὴ τοίνυν τιθέσθω τις ὡς αἴτιον τὸ μὴ αἴτιον. τοῦτο γὰρ παραλογισμός, ὁ δὲ Θεὸς ἀπαραλόγιστος τέλεον. *Est ergo consubstantialis Spiritus Filio, & Pater consubstantialis Filio. Sed nullo modo consubstantiale generandi, & modo processionis producendi causa est. Nemo siquidem vti causam, quæ causa non est, constituat. Hoc siquidem peruersa ratiocinatio est, & deceptio. in Deo autem nulla deceptio cadit.* Male ergo ratiocinantur, Duca decernente, dici Spiritum ex essentia Filij, quia est Filio Spiritus consubstantialis, cum consubstantiale nullo modo causa sit.

CAPVT XLVII.

Schismaticorum expositio, non effundi existentiam Spiritus, sed dona & munera Spiritus, refellitur.

ET his, si non delirant Schismatici, acquiescere deberent, fateriq; Cyrillum, & ipsam Synodum Ephesinam approbasse processionem Spiritus etiam ex Filio, damnasse aduersam, quæ erat Mopsuesteni Theodori, Nestorij, & Theodoreti. Hi nihilo-

hilominus, vt vim dictorum effugiant, alia atque alia comminiſcuntur. Non intelligi, nempe ipſam exiſtentiam ſiue ſubſiſtentiam Spiritus dari, ſuppeditari, effundi ex Filio, ſiue per Filium, ſed ipſius Spiritus dona & munera, quæ Filius impertitur fidelibus, & ad hoc probandum ſtrues chartarum faciunt, cum tamen nihil inde probent, ſed quod peius eſt, dicta Sanctorum peruertant. Ne quæ Scholarius Gennadius, & alij ſcriptitant, afferam, Nili Theſſalonicenſis in ſolutione duodecimi argumenti Latinorum verba conſidera; Διττῆς οὖν οὔσης τῆς προόδου τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς μὲν σαφηνείας ἕνεκεν δι- κυρίως ἂν κληθείσης καὶ πρώτης, καὶ ὑποστατικῆς, καὶ καθ' ὕπαρξιν, τῆς δὲ δευτέρας, καὶ μεταδοτικῆς, καὶ κατ' ἐνέργειαν. ἴδιον μὲν ὄνομα τῇ πρώτῃ τὸ ἐκπορεύεσθαι, θατέρᾳ δὲ τὸ χορηγεῖσθαι, ἢ δίδοσθαι. κοινὰ δὲ αὐτοῖς τὸ προχεῖσθαι, καὶ πηγάζειν, καὶ ἐκλάμπειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἀναβλύζειν, καὶ χεῖσθαι. Et infra; Τούτων ὑποκειμένων πάντα μὲν τὰ ἀπηριθμημένα, εἴτε κοινὰ λέγῃς, εἴτε ἴδια, τῶν προόδων, ἑκατέρας τῷ Πατρὶ φέροντες οἱ Θεολόγοι ἀνέθεσαν εἰκότως. ἀμφοτέρων γὰρ τῶν προόδων ὁ πατὴρ αἴτιος. ἐκπορεύεται γὰρ παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ παρ' αὐτοῦ χορηγεῖται τῇ κτίσει, καὶ προχεῖται δὲ καὶ ἀναβλύζει, καὶ πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ, ἣν τινα βούλει πρόοδον, τοῦ δὲ υἱοῦ τὸ ἴδιον ὄνομα τῆς ὑπαρκτικῆς ἀφελόμενοι προόδου, οὐδὲ γὰρ ἐξ

αὐτοῦ

ἰωτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ᾔδησαν, τό, τε ἴδιον τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἀπονέμουσι. Καὶ δὴ καὶ τὰ κοινὰ τῶν ὀνομάτων κατηγοροῦσιν αὐτοῦ, οὐκ ἀγνοοῦντες τῇ μεταδοτικῇ τῶν προόδων ταῦτα προσήκοντα. Ταύτῃ τοι καὶ οὐδεὶς οὐδέπω τῶν διδασκάλων τῆς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας, ἢ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἢ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, ἢ τοῦ υἱοῦ πρόβλημα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τὸν υἱὸν προβολέα τοῦ ἁγίου πνεύματος. Εἰ δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπαρκτικὴν ἴσασι τοῦ πνεύματος πρόοδον, λεγέτω τις, τί δήποτε τὸ προχεῖσθαι μὲν καὶ πηγάζειν, καὶ ἀναβλύζειν προσνέμουσι τῷ υἱῷ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα κοινά, καὶ μὴν καὶ τὸ ἴδιον τῆς δευτέρας προόδου, τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τῆς τοῦ πνεύματος ἰδιότητος, λέγω δὴ τὸ ἐκπορεύεσθαι, ἰδίαν οὖσαν τῆς προόδου τῆς καθ' ὑπόστασιν, ταύτην δὴ μόνην ὥσπερ ἐκ κοινοῦ συνθήματος ἀπεκρύψαντο; *Cum duplex ſit progreſſus Spiritus, & altero quidem maioris intelligentiæ gratia, merito nuncupato primo, & hypoſtatico, & ſecundum exiſtentiam; altero ſecundo & diſtributiuo, & ſecundum operationem, primo quidem proprii nomen eſt proceſſio, ſecundo ſuppeditari, vel dari, communiaque ipſis ſunt profundi, emanare, emicare, progredi, exilire, & profundi.* &c. Et infra; *His ſuppoſitis prædicta omnia, ſiue communia aſſeras, ſiue progreſſus vtriuſq; propria, Patri Theologi tradiderunt & apte; vtriuſque ſiquidem progreſſus Pater cauſa eſt: pro-*

cedit enim a Patre Spiritus ſanctus, & ab eo creaturæ ſuppeditatur, & effunditur, & exilit, & progreditur, quocunque tu progreſſu volueris. Veruntamen Filij nomen ab hypoſtatico progreſſu eximentes, neque enim ex ipſo Spiritum ſanctum procedere ſciebant, quod erat ſecundi progreſſus proprium, illi attribuerunt. Et ſic de eo communia prædicant, cum ſciant ea perquam maxime diſtributiuo progreſſui conuenire. Quapropter nemo vſpiam vnquam ex præceptoribus noſtræ Eccleſiæ, aut ex Filio dixit Spiritum ſanctum procedere, aut ex eo exiſtentiam habere, aut Filij productionem, aut Filium Spiritus ſancti productorem appellauit. Quodſi etiam ab ipſo exiſtentiam habere ſciſſent, dicet quipiam, quare profundi emanareque vti ex fonti, & exilire Filio attribuunt, & alia communia, & quæcunque ſunt propria ſecundi progreſſus, propriam vero vocem Spiritus progreſſus, proceſſionem ſcilicet, quæ progreſſus hypoſtatici propria exiſtit, ſolam vti ex compoſito ſilentio occultarunt? Nicetæ Myrſeniotæ tractatu de Proceſſione Spiritus ſancti; Πρὶν δὲ ταύτας ἐκθέσθαι ἀναγκαῖον τὰς λέξεις καὶ προδιαστείλασθαι, ὅσας ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως τοῖς ἁγίοις φίλον παραλαμβάνεσθαι. Εἰσὶ δὲ αὗται τὸ ἐκπορεύεσθαι, τὸ προβάλλεσθαι, τὸ χορηγεῖσθαι, τὸ δίδοσθαι, τὸ φανεροῦσθαι, τὸ πεφηνέναι, τὸ ἀποστέλλεσθαι, τὸ πέμπεσθαι, τὸ προέρχεσθαι, τὸ προϊέναι, τὸ προχεῖσθαι, τὸ πηγάζειν, τὸ

ἐκβλύ-

ἐκβλύζειν, καὶ ἔτι ἄλλο ταυτοδύναμον τῶν ἡμῖν ἴσως μνήμην διέφυγε. Ταῦτα τοίνυν διαστελλόμενα διαιρεῖται τριχῇ. Καὶ τὰ μὲν μόνην τὴν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς τὸ εἶναι πρόοδον ἐμφαίνει τοῦ πνεύματος, τὰ δὲ τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τοῦ υἱοῦ φανέρωσιν καὶ χορηγίαν ὑποδηλοῖ. Τὰ δὲ ἐπαμφοτερίζει, νῦν μὲν ἐπ' ἐκείνης, νῦν δὲ αὖ ἐπὶ ταύτης ἐκλαμβανόμενα, ὡς αἱ ὕστερον προστεθησόμεναι θεόπνευστοι ῥήσεις διασαφανώσουσιν. ἡ μὲν οὖν ἐκπόρευσις καὶ ἡ προβολὴ ἐπὶ μόνης λαμβάνονται τῆς ὑπάρξεως. Τὸ μέν τοι φανεροῦσθαι, τὸ πεφηνέναι, τὸ χορηγεῖσθαι, τὸ πέμπεσθαί τε, καὶ ἀποστέλλεσθαι τὴν εἰς ἡμᾶς ἔκφασιν καὶ δόσιν παρίστησιν. Τὸ προέρχεσθαι δὲ τὸ προϊέναι, καὶ τὰ ἐφεξῆς, πῆ μὲν ἐπὶ τῆς εἰς ὕπαρξιν προόδου τοῦ πνεύματος, πῆ δὲ ἐπὶ τῆς εἰς ἡμᾶς χορηγίας τούτου λαμβάνεται. ἡ μὲν οὖν προβολὴ καὶ ἡ ἐκπόρευσις μόνῳ ἀφωσίωται τῷ πατρί, τῷ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἄμφω δηλοῦσαι μόνην ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἰς τὸ εἶναι πρόοδον. οὐδὲν γὰρ θάτερον θατέρου πάντως κατὰ τὸ σημαινόμενον διενήνοχε. τῶν δὲ λοιπῶν ὅσα μὲν ἐπὶ μόνης εἴληπται τῆς χορηγίας, νῦν μὲν καὶ ἀμφοῖν, πατρί φημι καὶ υἱῷ, νῦν δὲ τῷ υἱῷ ἀνατίθεται. Ὅσα δὲ ἐπαμφοτερίζει, νῦν μὲν εἰς τὸν πατέρα ἀναφέρεται μόνον, ὅτε δηλαδὴ τὴν εἰς ὕπαρξιν αἰνίττεται πρόοδον, πῆ δὲ αὖ εἰς τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα Λόγον, ἢ καθ' ἑαυτόν, ἢ μετὰ τοῦ πατρός, ἡνίκα τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ πνεύματος ταῦτα παρίστησι δηλονότι διανομήν. Ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν γὰρ τὸ θεῖον πνεῦμα φαμὲν ἐκπορεύεσθαι, καὶ λαμβάνειν μόνου τὴν ὕπαρξιν. Ἡ φανέρωσις δὲ τούτου καὶ χορηγία ἔστι μὲν οὖν καὶ ἀμφοῖν ἀνεῖται, πατρί φημι καὶ υἱῷ, ὅτε

καὶ

καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν παρά τισι τῶν Πατέρων λαμβάνεται, καὶ ἡ διὰ τῆς ἐκ προτίθεται πρόθεσις· τῆς μὲν ἐκ, τοῦ πατρὶ νεμομένης, τῆς δὲ διὰ, τοῦ υἱοῦ, ὅπερ ἄρα τὴν πλάνην τῆς Ἰταλοῖς ἐνεποίησε, τὰ δηλωτικὰ τῆς ἐκφάνσεως καὶ χορηγίας ἐπὶ τῆς καθ' ὕπαρξιν προόδου λαμβάνουσιν. *Antequam vero dictiones has apponamus, necesse est illas subdiuidere, quas in præsenti argumento Patres solent vsurpare. Sunt vero hæ, Procedere, Produci, Suppeditari, Dari, Manifestari, Apparere, Mitti, Delegari, Prouenire, Progredi, Effundi, Emanare, Exilire, & si quid aliud est quod idem significat, nec modo in memoriam venit: Hæc itaque tripliciter diuiduntur: quædam enim solum ex Patre progressum Spiritus in existentiam indicant, quædam in nos per Filium manifestationem, ac dationem significant, quædam in vtraque significatione accipiuntur, modo in hunc, modo in illum significatum desumpta, vt quæ postmodum apponemus ex diuinis Scripturis testimonia manifestabant. Processio itaque & productio ad significandam tantum existentiam assumuntur; Manifestari, apparere, suppeditari, mitti, delegari, in nos manifestationem, atque dationem indicant; prouenire, progredi, & quæ sequuntur, nunc quidem in existentiam progressum Spiritus, nunc dationem illus atque suppeditationem. Quare productio & processio soli Patri reseruatur, ex ipso vtraq; significans, solum ex solo Spiritus*

ritus

ritus in existentiam progressum. Neque enim vnum ab alio secundum significatum in aliquo differt. In reliquis quæcunque de sola tantum dationе accipiuntur, nunc quidem de ambobus, Patre scilicet & Filio, nunc vero de Filio efferuntur. Quæ vero promiscuæ sunt naturæ, nunc ad Patrem referuntur solum, cum ad existentiam progressum innuant, nunc in Verbum ex ipso natum, aut secundum se, aut vna simul cum Patre, cum in nos illa Spiritus participationem denotant. Ex Patre siquidem dicimus diuinum Spiritum procedere, ex eoque solo existentiam accipere. Manifestatio vero illius & datio est quidē & vtriq; conceditur, Patri inquam & Filio, cum & illud ex ambobus a nonnullis Patribus affirmatur, & præpositio Ex præpositioni Per præponitur, Ex Patri tributa, Per vero Filio. Quod in errorem plane induxit Italos, dum significatum manifestationis & dationis ad connotandum progressum in existentiam assumunt. Sic fere alij omnes Schismatici loquuntur. inter eos non infimi nominis Macarius Ancyranus de Processione Spiritus sancti; Διττὴν μὲν γὰρ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πρόοδον ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος, τὴν μὲν προαιώνιον καὶ ἀναίτιον, καὶ ἄχετον. Τὴν δὲ χρονικὴν καὶ δι' ἡμᾶς, καὶ πρὸς ταύτην, ἢ ἐκείνην τὴν κτίσιν. κατὰ μὲν οὖν τὴν προτέραν πρόοδον, ἤγουν τὴν ὑπαρκτικὴν ἐκπόρευσιν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἤγουν τὸ πα-

ξι-

τρικῆς ὑποστάσεως πιστεύομεν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθ' ἣν λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. Οὔτε γὰρ ἐν χρόνῳ ἡ τοιαύτη ἐκπόρευσις, οὔτε δι' ἡμᾶς ἢ ἄλλην ἥντινα οὖν κτίσιν, οὔτε πρὸς ἡμᾶς. κατὰ δὲ τὴν δευτέραν πρόοδον ἤγουν τὴν μεταδοτικὴν, ἥτις καὶ ἐν χρόνῳ ἐστὶ, καὶ δι' ἁγιασμὸν ἡμέτερον, ἢ τῆς κτίσεως, οὐ μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον φρονοῦμεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, ἤγουν ἐκ τοῦ υἱοῦ δίδοσθαι. καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀποστέλλεσθαι πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὸ δεῖνα, ἢ δεῖνα χρόνον, καὶ δι' αἰτίαν τοιάνδε, ἢ τοιάνδε. Ταύτην δὲ τὴν μεταδοτικὴν χάριν, οὐ μόνον κοινὴν πατρός τε καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπίσης φρονοῦμεν, καὶ λέγομεν, ὡς φυσικὴν καὶ οὐσιώδη τῆς ἁγίας Τριάδος, καθ' ἣν λέγεται καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς πέμπεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ἔρχεσθαι. *Duplicem enim Spiritus ſancti progreſſum pietatis ratio tradit. alterum ſempiternum, & abſq; principio, & qui comprehendi non valet; alterum temporarium, & propter nos, & ad hanc vel illam creaturam. Itaq; ſecundum primum progreſſum, eum ſcilicet, quo exiſtentiam habet, proceſſionem ex ſolo Patre, ex paterna videlicet hypoſtaſi credimus eſſe Spiritum ſanctum, ſecundum quem dicitur Spiritus ſanctus, qui ex Patre procedit. Neq; enim ſub tempore ſimilis proceſſio cadit, neq; propter nos, neq; ad nos, aut quamlibet aliam creaturam. ſecundum vero alterum progreſſum, communicatiuũ ſcilicet, qui tempori aſſe-*

asseruit,& sanctificationis nostræ causa, aut creatura fit, non solum ex Patre Spiritum sanctum tenemus, sed etiam ex ipso Filio: ex Filio nempe tradi, & effundi, & mitti ad nos hoc vel illo tempore,& hanc & aliam ob causam. Hanc communicatiuam gratiam non tantum communem Patris & Filij, sed ipsius etiam Spiritus æqua lance tenemus,& dicimus vti naturalem & essentialem sanctæTriadis, secundum quam dicitur & ex Patre mitti Spiritus sanctus, & a Filio, & ipse ex se ipso venire. Similia repetit Iosephus Bryennius de Trinitate Orat. 9. Annon e tripode Delphico,aut ex tripudijs solistimis somniatores isti nobis similia augurantur, & quasi informatas in animo suo sanctarum Triadis personarū notiones haberent, vaticinantur? An viderunt sensum Domini, aut consiliarij eius fuere? neq; enim adeo temere audacterq; pronunciassent. Sed amouendi sunt ex istis locis cum sua grammatica nebulones, & vera Patrum dicta nō alijs quam ipsis Patribus interpretibus enudanda. & vt ex communioribus notionibus in Theologicis ordiamur. Nonne Pater naturalis est dator, & naturalis suppeditator Spiritus, si Deus præter ipsum nullus alius est? Equidem non negabunt. Et estne etiam Filius naturalis dator & suppeditator Spiritus? Si Patri in hac datione ac suppeditatione non asseruit vt minister: æqua

enim

enim in omnibus auctoritas, & potestas, & gloria Patris & Filij, ministerium respuit. certe fatebuntur. Dicant præterea hanc naturalem distributionem pari ne modo tribuunt Patri & Filio, ita vt sola secundum primigeniam causam & principalem differentia Patri conseruetur, vt sit suppeditator vnus & dator Spiritus Pater & Filius? Neque hoc plane inficiabuntur. Tum sic; si secundum naturam distributio tanta est in Patre, quanta in Filio, considerandum est, an naturalis suppeditatio datioque ista Spiritus, quæ vere posterior est illius ex Patre existentia, constituat similem existentiam vel non. nec abnuent hoc quoq; neminem enim inuenies, dummodo Triadem colit, & in rebus Theologicis vel minimum versatus est, qui id negabit, si Pater est naturalis suppeditator & dator Spiritus necessario ex ipso ob hanc ipsam causam existentiam illius intelligi. Sicq; ex hac communi Patris & Filij & naturali datione & suppeditatione plane demonstratur existentia Spiritus ex Filio, cum Patris & Filij in Spiritus causa vnitas adeo manifeste prouenit, vt nemo illi contradicere audeat, quod ex passim prouenientibus & ex notis omnibus certisque extricaueris. *Fons siquidem naturaliter aquam suppeditans, causa quoque*

aqua est: & ignis naturaliter lumen ministrans, causa luminis est: & arbor naturaliter fructum edens, fructus causa est. Et hæc nemo prorsus est qui non agnoscat, vt asserebat Ioannes Veccus. lib. 3. ad Theodorum; Ἡ γὰρ πηγὴ φυσικῶς χορηγοῦσα τὸ ὕδωρ, καὶ αἰτία τοῦ ὕδατός ἐστι, καὶ τὸ πῦρ φυσικῶς τὸ φῶς χορηγοῦν, καὶ αἴτιον αὐτοῦ ἐστιν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ δένδρον φυσικῶς τὸν καρπὸν χορηγοῦν, καὶ αἴτιον αὐτοῦ ἐστι. καὶ ταῦτα ἀγνοῶν τῶν ἁπάντων ἐστὶν οὐδείς.

CAPVT XLVIII.

Patres Verbis iisdem vsos ad exprimendam existentiam Filij ex Patre, & ad exprimendam existentiam Spiritus sancti ex Filio.

HIs addimus Patres omnes ad exprimendam Filij existentiam ex Patre non alijs, sed his ipsis dictionibus vsos fuisse. Sic *Apparere* voce de Filij existentia Athanasius Orat. de sempiterna existentia Filij & Spiritus, Cyrillus Epist. ad Valerianum. *Elucere* idem in Capite de perpetuitate Filij, & alibi. *Profundi*, Athanasius Oratione de Dionysio Episcopo, & similia de alijs iam enumeratis a Niceta vocibus de existentia Filij ex Patre sanctos vsurpasse, exemplis addu-

adductis probant fuſe Ioannes Veccus Epigraphe 13. & Conſtantinus Meliteniota Oratione prima de Proceſſione Spiritus ſancti, qui præterea multis alijs teſtimonijs Patrum probat, has eaſdem voces, quas ad exprimendam exiſtentiam Filij ex Patre, has eaſdem de Spiritus exiſtentia ex Patre, eaſdemque poſtmodum de Spiritus per Filium & ex Filio exiſtentia repetens. Quibus oſcitantia eorum arguitur, qui proceſſionis vocem tantummodo eſſentialem exiſtentiam ſignificari tradebant, reliquas alias dictiones ad diſtributionem donorum denotandam aſſumi. Quare apertiſſime concluditur his ijſdem vocibus Spiritus exiſtentiam per Filium ſignificari. Præterea inquiunt, *Exilire*, *Effundi*, *Progredi*, *Apparere*, & ſimilibus ab vtroq; ſiue ex Patre per Filium Spiritus ſecundum progreſſum notari, quo Spiritus creaturis donatur, qui nobis non a Patre ſolummodo, ſed a Filio quoq; exhibetur. Progreſſus itaque hic, cum donorum diſpartitio ſit, & tempore, & ad aliquid fiat, ab vtroque eſt, at ſempiternus ille, quo Spiritus habet, vt ſubſiſtat, ex ſolo Patre eſt. Sed hæc ſunt contra Cyrillum ita ad Neſtorium ſcribentem, Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ καθὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον
τοῦ

τοῦ υἱοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Etsi est in hypostasi speciali Spiritus, & iam secundum seipsum intelligitur, vt Spiritus est & non Filius, attamen non est alienus a Filio: nanq; Spiritus veritatis appellatur, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso eo ipso modo, quo effunditur a Deo & Patre.* Sic & reliqui Patres, cum similia scriberent, existentiam Spiritus, non dona ipsa intellexerunt. Ioannes Chrysostomus Orat. de Spiritu sancto, multis hinc inde allatis, discernit traditque, *Aliquando audiuimus Spiritus nomen, & Paracletum ipsum intelligimus, aliquando rursus intelligimus Spiritus nomen, & aliquod spirituale donum per illud indicatum cognoscimus.* Et hi effræno ore effutiunt contenduntque, non naturam Spiritus denotari, sed semper spiritalia dona in quacunq; sacræ scripturæ parte reperitur, Spiritum sanctum esse, emanare, effundi, & similia ex Filio, vt inde pro arbitrio nutuque suo demonstrent, non secundum diuinitatem ex Filio existentiam esse Spiritus, nec effundi eam ex ipso, quemadmodum ex Patre. Nonne aduersus veritatem inuerecundus est, qui audet affirmare donum spiritale denotari, cum locis prope innumeris reperitur, nunc quidem Spiri-

tus ſanctus ex Patre & Filio progrediens, nunc ex vtroque exiſtens, & nunc ex Patre emanans, nunc ex Filio exiliens naturaliter & eſſentialiter? Eritne Spiritus, qui ex Dominico homine, vt cum Chryſoſtomo loquar, accipit ſpiritale donum, & non Paracletus ipſe? Et ſi Paracletus non fuerit, quomodo ex perſona Domini Chryſoſtomus ait; *De meo accipiet, quæ mihi homini Dominico ſuppeditauit, ipſe qui venit, & ſtetit ſuper me, qui vnxit me, qui ſanctificauit me?* Spiritale ne donum fuerit, *qui dedit homini aſſumpto dona, qui venit, & ſtetit in ipſo, qui vnxit, qui ſanctificauit aſſumptum?* Vndenam Spiritus ſanctus rei aſſumptæ per Dominum exhibitus eſt? Vnde exiſtens naturaliter datus inuectuſque eſt Dominico corpori? An ex Patre ſolo, tanquam ex Patre ſolo exiſtens? Sed Athanaſius clamat; Ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. *Ex ipſo itaque in eundem deſcendebat, ex diuinitate ipſius in humanitatem ipſius.* Non puto Schiſmaticos in tantam impietatem perueniſſe, vt audeant dicere, ex Patre datum fuiſſe Spiritum rei aſſumptæ, veluti ex eo exiſtentem, ex Filio vero exhibitum non veluti ex eo exiſtentem: tum enim manifeſtum fuerit miniſtratorio ſeruilique modo ex Filio exhibitum fuiſſe. quo quid abſur-

surdius? quid contumeliosius dici potest? Cyrillus Oratione ad Theodosium Imperatorem; Βαπτίζοντα ἔφη τὸν Ἰησοῦν ἐν πυρὶ, οὐ τὸ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦμα δουλοπρεπῶς καὶ ὑπηρετικῶς, ἀλλ' ὡς Θεὸς μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτης τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἴδιον αὐτοῦ. *Baptizantem*, inquit, *Iesum in igne, non alienum illis qui baptizantur Spiritum immitentem seruili & administratorio modo, sed veluti Deum cum suprema auctoritate, quod ex ipso est, & proprium ipsius*. Ad Hermiam lib. 3. Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἄνωθέν τε καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς πᾶν δώρημα τέλειον, ἐνεργεῖ δὲ τὴν τούτων διανομὴν οὐ διακονικῶς ὁ υἱὸς, ἐν ἐξουσίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ θεοπρεπεῖ. καὶ τίνα δὴ ἄρα λοιπὸν ἀφεστήξει τρόπον τοῦ μὴ εἶναι κατὰ φύσιν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτὸν, ἀληθινὸς δηλονότι Θεός; *Sed si est desuper & a Patre omne donum perfectum, operatur vero eorum diuisionem Filius non modo seruili, sed potius auctoritate, quæ Deum addecet, quo igitur modo longe erit, ne sit secundum naturam id ipsum, quod est illum generans Deus verus*. Et libro septimo ad eundem Hermiam similia prope repetit; Καὶ πῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς περὶ παντὸς οἶμαι πιστοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ἐλευσόμεθα; φησὶν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. Καὶ ἔν γε τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐκ τοῦ πνεύματος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. ἔνοικον γὰρ καὶ ἐνηυλισμένον καταπλουτείη τις ἂν τῇ φύσει

τι ἐν ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, ἐκ ἀλλότειόν τι ἢ διεσπασμένον ἐσιωδῶς αὐτοῦ τὸ πνεῦμα λαβὼν, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τε, ἢ ἐν αὐτῷ καὶ ἴδιον, ὡς πρὸς αὐτὸν τὴν ἴσην κυριότητα φορεμῶ. *Igitur Dominus noster Iesus Christus, de omnibus, vt opinor, fidelibus bonisque ait, Veniemus ego & Pater, & mansionem apud eum faciemus. Et in hoc cognoscimus, in nobis esse ex Spiritu, quem tradidit nobis; incolam enim, & inhabitantem possidebit eum, qui natura vereque Deus est, non alienum & disiunctum essentialiter ab illo Spiritum accipiens, sed eum qui ex ipso, & in ipso est, & proprius ipsius, & æqualem cum illo dominationem possidentem.* Et tu dona & operationes Spiritus somnias? Hic idem Cyrillus lib. eodem ad eundem aduersus eos, qui afferebant, non ipsum Spiritum, sed illius gratiam in nobis signare, vt nunc quoque dicunt Schismatici; Εἴπερ τὸ τὴν θείαν ἡμῖν ἐγχαράττον εἰκόνα, καὶ σημαίνον δίκην ἐμποιοῦν, τὸ ὑπερκόσμιον ἐκ ἔστι πνεῦμα, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἀναστραφον τῶ, εἰκόνα τῆς χάριτος, καὶ ἐκ μᾶλλον Θεοῦ διακεκλῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. *Si quod nobis diuinam imaginem imprimit, & notæ instar pulchritudinem cælestem ingerit, non est Spiritus ipse, sed gratia per ipsum, necessario homo gratiæ imago & non Dei vocandus esset.* Rursusque; Ἀλλ' εἰ τῆς ἐσίας τῶ πνεύματος διεχοινισμένη τις ἐσὶ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ ἔφη ἡ ουτῶς ὁ μὲν μακάριος

Μωϋ-

Μωϋσῆς, ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι λοιπὸν ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων δημιουργὸς τὴν διὰ πνοῆς τῆς ζωῆς, ὁ Χριστὸς δὲ ἡμῖν, λάβετε χάριν τὴν δι' ὑπουργίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίᾳ πνοὴ ζωῆς ὠνόμασται τὸ ἐμφυσηθέν. ζωὴ γὰρ ἀληθὴς ἡ τῆς θεότητος φύσις, εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὡς ἐν αὐτῇ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Διὰ δὲ τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς πνεῦμα ἅγιον εἴρηται αὐτό που κατὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐγκατοικίζοντός τε καὶ ἐνιέντος τὸ πνεῦμα, καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ μεταπλάττοντος εἰς εἶδος τὸ ἐν ἀρχαῖς. *Quod ſi ab eſſentia Spiritus, qui per ipſum conſequimur, gratia disiuncta & euulſa eſt, quare non palam beatus Moyſes dixit, cum animal ad id quod eſt productum fuiſſet, poſtmodum inſufflauit gratiam rerum omnium conditor per flatum vitæ, & Chriſtus nobis, accipite gratiam per miniſterium Spiritus ſancti: ſed in creatione hominis flatus vitæ vocatus eſt, quod inſufflatum eſt: vita nanque vera eſt Deitatis natura: Si modo verum eſt, nos in illa viuere, moueri, & eſſe. Voce vero Saluatoris Spiritus ſanctus dictus eſt, idem ipſe eius Spiritus, quem in animabus fidelium inhabitare facit, atque intromittit, & per ipſum & in ipſo immutat in formam, quam in ipſo ſui initio poſſidebat.* Explica tu, ſi potes, expreſſioribus verbis diuinam Spiritus hypoſtaſim, & illius, qui complet Triadem, exiſtentiam. Sed non

eris puto Cyrillo eloquentior, neque in rebus diuinis exponendis accuratior. Similia habet pluribus alijs locis Cyrillus, ne in illis recensendis nimius sim. Nec alia dicunt reliqui Patres. Basilius in præfinitis de Spiritu sancto conceptibus. Πνεῦμα ἅγιον ἡ κυρία αὐτοῦ, καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις, ὅπερ δὴ μάλιστα παντὸς τοῦ ἀσωμάτου, καὶ καθαρῶς ἀΰλου, καὶ ἀμεροῦς ὄνομά ἐστιν. *Spiritus sanctus precipua ipsius, & proprijssima appellatio, quæ inter alias maxime incorporei, pureque immaterialis, & immensi nomen est.* Et alibi; Οὐδὲ γὰρ ἔλαττόν τι ἕξειν μέλλομεν εἰς τὸ γινώσκειν τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα στόματος αὐτοῦ ἀκούοντες αὐτό. Ἀλλ' ἱκανὸν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ δηλῶσαι τὴν ἐκ Θεοῦ. *Neque minus quid habebimus ad cognoscendum Spiritum ex Deo existere, cum Spiritum oris illius audiamus. Verumtamen & hæc appellatio satis abundeque existentiam illius ex Deo explanauerit.* Et in Capitibus ad Amphilochium re ipsa ipsum Spiritum sanctum, & non eius dona exhiberi per Filium clarius & sublimius declarauit, dum de Saluatoris in Discipulos inflatu pertractat; Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν ζῶσα δύναμις καὶ θεία φύσις, ἄρρητος ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα ἀρρήτως, καὶ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατά τιν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ Κυρίου δειχθέν-

δειχθέντα τύπον ὑπ᾽ αὐτοῦ δι᾽ ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένην. Συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ᾽ ἀρχὴν καινότητι τὴν νῦν ἀνακαίνισιν. καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ᾽ αὐτὸς δι᾽ οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. *Spiritus vero in eodem ordine cum viuente Verbo collocatus ad creandum, viuens virtus, & natura diuina, ineffabilis ex ineffabili ore apparens ineffabili modo, & per inflatum in hominem missa, quæ secundum corporeum a Christo typum ostensum rursum ab eo per inflatum restituta. Concurrere enim debet cum prima nouitate ea, quæ nunc fit, innouatio, & concursum expressit sufflans, idem ille existens, qui a principio insufflauit, idemque per quem Deus inflatum elargitus est, tum quidem cum anima, nunc vero in animam.* Inflatus hic illius esse Spiritus dicitur, qui cum viuente Verbo in eodem ordine collocatur ad creandum. Affirmabunt ne Schismatici spiritalem gratiam esse, quæ æque cum verbo collocatur ad creandum, & viuentem virtutem, & diuinam naturam Spiritus? Magnus Basilius nunc Spiritum hunc diuinam naturam appellat, ineffabilem ex ineffabili ore promanantem, vnum dicens os & non duo; nunc vero infra, nonnullis annexis, eundem esse tradit, qui discipulis insufflatur, & eundem

per quem Deus antiquitus primum creato homini inflatum exhibuit, Et cum ait, *per quem Deus insufflauit*, perspicue duas commonstrat personas, Dei & Patris, ex quo inflatus, & Dei Filij, per quem inflatus: cum vero singulari numero *os* profert, ostendit quidquid de Spiritu ex Patre per Filium dicitur, non tanquam ex duabus causis esse: quod & Capitibus ad Amphilochium plenius insinuauit, decernens, dictionem *per Filium* primæ & præcipuæ causæ confessionem esse. Nec a Basilio dissentit Athanasius Epistola ad Serapionem; Καὶ γὰρ ὥσπερ γέννημα μονογενές ἐστιν ὁ υἱός, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον, καὶ αὐτὸ ἕν ἐστι, καὶ οὐ πολλά. οὐδὲ ἐκ πολλῶν ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ πνεῦμα. ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν ζωήν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπεὶ παρὰ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. *Nanque sicuti fœtus vnigenitus Filius est, ita & Spiritus, qui a Filio datur, & mittitur; vnus est, & non multa, neque ex multis vnum, sed solus ipse Spiritus. Cum enim vnus sit Filius viuens Verbum, oportet vnam quoque esse perfectam, & plenam vitam sanctificantem, quæ ipsius est operatio & donum, quæ ex Patre dicitur procedere, cum ex Verbo, quod ex Patre*

esse

esse asseritur, elucet, emittitur, & donatur. Et paritatem relationis Spiritus erga Filium eandem ipsam esse, quam habet Filius erga Patrem, diuinæ scripturæ adductis testimonijs probat. Verba Athanasij alibi adducta sunt. Aduerte animum Schismatice. Spiritus qui a Filio datur & mittitur, Athanasij dicto, est vna perfecta, plena vita sanctificans. Hæc dona non sunt. Et hæc vna vita perfecta, plena, & sanctificans est operatio Filij & donum, non alia ratione, sed ea ipsa, qua ex Patre est, ex quo procedit. Hæc ipsa vita ex Verbo, qui ex Patre est, nemine abnuente, elucet, emittitur, & profunditur eodem modo, quo & Filius elucet a Patre & mittitur. Tum sic, vel dona Spiritus vnum sunt, quod nemo dixerit, vel hæc vita non erit vna, sed plures: cum dona Spiritus pleraque sint, quod blasphemum est & impium: vnus enim Spiritus est. Et illud *emicare* non aliud est quam apparere, emitti, progredi, procedere. Cum Patres vniuersi emicationem, & apparitionem, & progressum, & processionem de Spiritu sancto asserta eundem habere significatum ostendant. Quod enim in Euangelijs processio dicitur, id Gregorius Theologus nunc *emissionem*, nunc *progressum*, nominat, Orat. ad Heronem Philosophum; Κοινὸν γὰρ πατρὶ μὲν & υἱῷ

ἐ

καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὸ μὴ γεγονέναι, καὶ ἡ θεότης, υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. *Commune Patri & Filio, & Spiritui sancto, conditos non esse, & Deitas; Filio & Spiritui sancto illud, ex Patre: Proprium vero Patris ingenitura, Filij generatio, Spiritus missio.* Et Oratione de Pace secunda; Οὕτω φρονοῦμεν, ὥστε ὅπως μὲν ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα σχέσεως καὶ τάξεως αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις ἢ νῦν, ἢ ὕστερον. Αὐτὴν δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἰδέναι φύσιν θεότητος ἀνάρχῳ, καὶ γεννήσει, καὶ προόδῳ γνωριζομένην. *Ita sentimus, vt quomodo se habeant inter se relatione & ordine ipsi soli Triadi cognoscere concedamus, illisque quibus depurgatis ipsa Trias aut nunc aut postmodum reuelauerit. Ipsi vero vnam ac eandem naturam Deitatis noscere, quæ absq; principio, generatione, & progressu cognoscitur.* Quod ibi ingenitura, hic absque principio est, generatio tum ibi, tum hic eodem nomine indicatur, & quod ibi emissio, hic progressus. Et Oratione Antirrhetica de Spiritu sancto, emissionem & progressum apparitionem appellauit. Τί οὖν ὃ λείπει τῷ πνεύματι πρὸς τὸ εἶναι υἱόν. Εἰ γὰρ μὴ λεῖπόν τι ἦν, υἱὸς ἂν ἦν. οὐ λείπειν φαμέν. Οὐ γὰρ ἐλλιπὴς ὁ Θεός. τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς

πρὸς

πρὸς ἄλληλα σχέσεως τὸ διάφορον, διάφορον καὶ τὴν κλῆσιν αὐτῶν πεποίηκεν. *Quid igitur est quod deest Spiritui, ne Filius sit? nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Nihil deesse dicimus. Neq; enim Deus aliquo deficitur. Veruntamen apparitionis, seu reuelationis, vt ita dicam, aut mutuæ habitudinis diuersitas, diuersam quoque eorum appellationem facit.* Progressum itaq; hunc, emissionem, siue apparitionem, quam Dominus processionem nominauit, magnus Athanasius vna cum alijs emicationem, nuncupauit. Qua itaq; ratione ex Verbo, quod ex Patre est, Spiritus absque dubio emicat, siue procedit, eadem dicitur etiam ex Patre procedere. Non potuit dici clarius. Quodsi παρὰ, *ab*, præpositionem vsurpauit, & non ἐκ, *ex*, processionem non lædit. Nanque ex patre etiam dicitur Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. Theodorus Rhaythenus Presbyter Oratione Dogmatica. Καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ υἱοῦ συναναφαινόμενον ὡς καὶ τῷ λόγῳ. Καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς αὐτὸ ὑπάρχον, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ὅπερ αὐτοὶ προσδεχόμενοι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἰδίων χειρῶν παρεῖχον τοῖς πιστεύουσιν, ἐξ ὧν πάρεστι σκοπεῖν διαφορὰν, ὅση τίς ἐστι δουλείας, καὶ ἰσοτιμίας. Οἱ μὲν γὰρ Ἀπόστολοι δεόμενοι, καὶ οἷα δεσπότῃ λιτανεύοντες, τοῖς ἀξίοις τῆς αὐτοῦ ἐπιφοιτήσεως εἰσῴ-

κιζον

κιζον, ὡς ἂν εἴποι τις, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἑαυτοῦ, ὡς ἀπό τινος θησαυροῦ παρεῖχεν αὐτὸ τοῖς διὰ βίου καθαρότητα γνωρίμοις ἱκανοῖς τοῦ ὑποδέξασθαι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ. *Spiritu vero sanctus vna cum Patre & Filio apparem vti mente & verbo. Ideoque Dominus ex semetipso illum existere ostendens, insufflando Discipulis dicebat, Accipite Spiritum sanctum, quem illi orantes per impositionem manuum suarum credentibus porrigebant. Ex quibus discrimen adnotare datur, quod est inter seruitutem & aequalitatem honoris. Apostoli enim supplicantes, & veluti Domino preces fundentes in dignos illius aduentu intromittebant, vt quidam diceret, Spiritum sanctum. Saluator vero noster ex semetipso tanquam a thesauro quopiam Spiritum suppeditabat illis, qui ob vitae puritatem illius accipere operationem sufficientes erant effecti.* Et alibi; Πνεῦμα δὲ ἅγιον ὅλον οὔπω λεγόμενον ἕτερον οὐχ εὑρήσεις. πνεῦμα δὲ, καθὰ φθάσας ἔφην, λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος ὁ Θεός. συντεθέντα δὲ ἄμφω τὰ ὀνόματα τοῦ ἰδίως καλουμένου πνεῦμα ἅγιον ἁρμόζει, καθάπερ ἡ τοῦ πατρὸς ἐπίκλησις τοῦ αἰτίου, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου. *Spiritum vero sanctum in vniuersum sic appellatum alium non inueneris, vt iam antea dixi. Dicitur Deus, & sanctus Deus, quae vtraque vbi coniuncta cõuenerint illi, qui proprie Spiritus sanctus nuncupatur, adaptantur. Quemadmodum*

dum Patris appellatio causæ, & Filij illa, quod immediate ex causa est. Nanq; si a Patre per Filium munera suppeditata intellexerimus, tanquã qui ea suppeditans Spiritus ex Patre per Filium sit, bene quidem intelligimus. Quodsi præter hanc rationem alio modo, & vtrumq;, Patrem nempe & Filium spiritaliũ munerum suppeditationis ministros apprehendemus. Nanq; prorsus necessario ea ipsa ratione, qua suppeditantur a Patre, eadem per Filium suppeditabuntur, etsi a Patre, vti Spiritu existente a Patre, ita per Filium, vti Spiritu existente per Filium. Quodsi per Filium ea dicantur suppeditari, non existente Spiritu per Filium, modis omnibus suppeditabuntur a Patre, Spiritu non existente a Patre. Et sic inde colligetur seruili modo a Patre & Filio spiritalia munera suppeditari. Et absurdissimum est asserere. quod ex Patre solo est, esse etiam per Filium; & quod per Filium est, ex solo Patre esse. Audiamus Cyrillum 3. ad Hermiam; nec displicebit verba illius iterum repeti; Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἄνωθέν τε καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς πᾶν δώρημα τέλειον. ἐνεργεῖ δὲ τὴν τούτων διανομὴν οὐ διακονικῶς ὁ υἱὸς, ἐν ἐξουσίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ θεοπρεπεῖ, κατὰ τίνα δὴ ἄρα λοιπὸν ἀφεστήξει τρόπον τοῦ μὴ εἶναι κατὰ φύσιν, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτὸν, ἀληθινὸς δηλονότι Θεός; *Sed si est desuper & a Patre omne donum per-*

fectum

fectum. operatur vero eorum diuisionem Filius: non modo seruili, sed potius auctoritate, qua Deum addecet; Quo igitur modo longe erit, ne sit secundum naturam id ipsum, quod est illum generans Deus Pater? Et quis vnquam ex Patribus Spiritus dona, aut ad nos, & in tempore progressum secundum appellauit? Ab æterno enim Spiritus Spiritus Filij est, propthereaq; Chrysostomus Homilia de Spiritu sancto, *ipsam*, scribit, *intelligi Spiritus hypostasim, cum Spiritus Filij, vel veritatis, vel Christi dicitur*. Quod si Filij Spiritus Spiritus hypostasis nuncupatur, ex Filio comparens Spiritus, non alius erit, quam Spiritus in propria hypostasi, vnus ex diuina Triade. Et stultum videtur, quod nonnulli ex Schismaticis asserunt, per Filium Spiritum reuelatum fuisse, cum oppositum potius sit, & Filius reuelatus sit per Spiritum. *Ille enim*, ait, *vos docebit omnia, & ducet in omnem veritatem:* sic quoq; reuelatur Pater per Filium, *Reuelaui nomen tuum*, inquit, *hominibus*. Attamen neque Pater per Filium comparere, neque Filius per Spiritum, imo oppositum dicitur. Reuelatio enim tempore fit, sed Spiritus ab æterno comparuit per Filium, cum ab æterno Filij Spiritus sit. Non ergo reuelationem tempore factam, sed eam quæ ab æterno per Filium, vt se ipso subsisteret,

ſteret, apparere illud ſignificat. Hinc recte concludebat Manuel Caleca, Ἀλλὰ τὸ μὲν χορηγεῖσθαι ἔγχρονον, τὸ δὲ ἴδιον εἶναι αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αἰώνιον, οὐκ ἂν δὲ τὸ ἔγχρονον, αἰτία τοῦ ὑπὲρ χρόνον εἴη. εἰ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἀεὶ σύνεστιν αὐτῷ, ἐφ' ὅσον ζῇ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ τοῦτ' ἔστι. *Donari Spiritum ſanctum res eſt, quæ fit in tempore: at proprium eſſe Filij Spiritum ſanctum, ſempiternum eſt quidpiam. Non poteſt autem, quod in tempore fit, cauſa illius eſſe, quod eſt æternum. Nam ſi homini quod ei proprium eſt, ineſt ſemper quandiu viuit, multo magis hoc in diuino Verbo accidit.* Licet hæc Calecæ concluſio non vſquequaque ſatisfacit, contra Schiſmaticos tamen, qui hanc partitionem donorum ad nos, & in tempore ponunt, non minimi eſt ponderis. Sed ſubdit Nilus; *Dicet quiſpiam. Quare profundi, emanareque vti ex fonte, & exilire Filio attribuunt, & alia communia, & quæcunque ſunt propria ſecundi progreſſus: propriam vero vocem Spiritus, progreſſus proceſſionem ſcilicet, quæ progreſſus hypoſtatici, propria exiſtit, ſolam vti ex compoſito ſilentio occultarunt?* Dicat nobis prius ipſe Nilus; vnde nam habuit, aut ex quo hauſit, ἐκπορεύειν aut προβάλλειν Spiritum verbo actiuo, quo ipſe cum alijs Schiſmaticis ad nauſeam frequentat, de Patre dictum? Patres Theologi nun-

nunquam in Patre verbum actiuum vsurpant ἐκπορεύειν, & προβάλλειν. Sed eorum loco *effundere*, *profundere*, *emittere*, & similia, quæ omnia etiam ex Filio dicitur Spiritus habere. Georgius Metochita contra Manuelem Cretensem. Ἰδοὺ γὰρ τὸ ἐκπορεύειν, καὶ τὸ ἐκπορεῦον, τὰ κατ' ἐκφώνησιν ἐνεργητικὰ, ἥκιστα παρά τινι τῶν ἐν δόγμασι διαλαμψάντων εὕρηται ὁπουδήποτε, οὔτε μὴν τὸ ἐκπορευτής. *Nanque illud* ἐκπορεύειν, *&* ἐκπορεῦον, *quæ secundum prolationem actiua sunt, nusquam apud aliquem vllo in loco, dum modo ille in decernendis dogmatibus insignis habitus est, inuenitur, & multo minus* ἐκπορευτής. Probatque auctoritate sancti Maximi Colloquio cum Anomœo. Οὐκ ἔστιν οὖν διαφορὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος; Ὀρθ. Ἐν τῇ φύσει οὔ, ἐν τῷ θελήματι οὔ, ἐν τῷ γεννᾷν καὶ ἐκπέμπειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι. Ἀνομ. Τί ἐστι γεννᾷν, ἢ γεννᾶσθαι, καὶ ἐκπέμπειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι; Ὀρθ. Ὅτι μὲν πατὴρ γεννᾷ, τουτέστιν ἐγέννησεν. ὁ δὲ υἱὸς γεννᾶται, τουτέστι γεγέννηται. Καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐκπέμπει τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται. *Anom. Non est igitur differentia Patris & Filij & Spiritus sancti? Orth. In natura non, in voluntate non; sed in generare, & generari, & emittere, & procedere. Anom. Quid est generare, siue generari, & emittere, & procedere? Orth. Quod Pater quidem generat, hoc est generauit; Filius vero gene-*

generatur, hoc est genitus est. Et quem ipse Pater emittit Spiritum, & Spiritus procedit, hoc est processit. Vides? Discito, nullo modo esse in vsu ἐκπορεύειν, etsi sententiam spectas, non minus hoc ipsum significat *emittere*. Et cum in hoc perbreui Colloquio sæpius hoc ἐκπορεύειν inculcandum esset, non ipsum, sed simile, & quod eandem sententiam inferret, pronunciat. Neque in similibus referendis reliqui Patres variant, ne singulos recenseam. Sin minus, Schismaticorum fuerit, vel vnum aliquem in medium proferre. quod nunquam commode ipsis euenerit: neq; enim est.

Præterea ex Patre sunt Filius & Spiritus sanctus, nequis vero reputaret Filium Spiritum, & Spiritum generari, ad discernendam generationem *procedere* hoc vsurpatum est. Ioannes Chrysostomus Homil. de Spiritu sancto. Ἵνα ἡ γραφὴ παρέλθῃ τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα, τὸ ἐκπορεύεσθαι εἴρηκεν. *Vt scriptura generationis nomen prætereat, procedere dixit.* Verbo enim hoc, quo aliquis est, modus denotatur. Quo enim modo proprietas Spiritus processio est, eodem est proprietas Filij generatio. Et quemadmodum Filij generatio, non solo generationis nomine locis in omnibus, cũ de ea tractaretur, explicata est, ita & Spiritus processionem non omnes sola

processionis dictione, sed alia atque alia, vt sese occasio tulit, declararunt. Basilius c. 17. ad Amphilochium; Ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα λέγεται, οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννητῶς ὡς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὡς πνεῦμα στόματος αὐτοῦ. *Ex Deo esse Spiritus dicitur, non eo modo quo sunt omnia ex Deo, sed vti ex Deo proueniens, non generationis modo vt Filius, sed vt Spiritus oris illius.* Nazianzenus Orat. de Filio; Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. Καὶ τοῦτο ἡμῖν, ὁ πατὴρ, ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα. ὁ μὲν γεννήτωρ, καὶ προβολεὺς, τῶν δὲ τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα. *Propterea vnitas a principio in binarium mota in Triade substitit. Et hoc nobis est Pater, Filius & Spiritus. Pater genitor & productor; horum vero hic fœtus est, ille productum.* Et Oratione prima de Theologia; Ἀκούεις γέννησιν; τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. Ἀκούεις, ὅτι προεῖον ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα; τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει. Εἰ δὲ πολυπραγμονεῖς υἱοῦ γέννησιν, καὶ πνεύματος πρόοδον κἀγώ σοι πολυπραγμονῶ τὸ κρᾶμα ψυχῆς καὶ σώματος. *Audis generationem? Modum ne curiosius inquiras. Audis Spiritum e Patre progredi? id quomodo fiat, ne anxio studio perscruteris. Quod si in Filij generatione & Spiritus progressione peruestiganda, curiosum te prebes, ego quoque pari curiositate tuam animæ corporisque coniunctionem, & tempera-*

peramentum inquiram. Et Orat. ad Heronem; Ὁ εἴζει δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδέναι Θεὸν ἀγέννητον τὸν πατέρα, ἕνα δὲ γεννητὸν τὸν υἱὸν, ἓν δὲ καὶ πνεῦμα ἅγιον προελθὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ προϊὸν. Et, κοινὸν μὲν υἱῷ τε ἁγίῳ πνεύματι, τὸ ἐκ πατρὸς. Ἴδιον δὲ πατρὸς ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. *Quin pietatis nostræ doctrinam præscribe, sic nos instituens, vt Deum vnum ingenitum agnoscamus, hoc est Patrem, vnum item genitum, Filium videlicet, vnum deniq; Spiritum sanctum a Patre progredientem, aut etiam prodeuntem*. Et; *Commune enim est Filio & Spiritui sancto ex Patre esse. Proprium vero Patris est ingenitura, Filij generatio, Spiritus emissio*. Et tandem Cyrillus in Expositione duodecimi Capitis; Ὁμολογοῦμεν οὖν ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννητοῦ δὲ τοῦ υἱοῦ, τοῦ δὲ πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος. *Confitemur itaque consubstantialem esse Patri Filium & Spiritum sanctum. Cum sit vere Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus autem sanctus ex essentia Patris per Filium æterne emissus*. Et ad Hermiam; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὥσπερ τις ἀτμὸς, ἢ ποιότης ἐστὶ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. εἰ ἀγέννητος δὲ καὶ ἄκτιστος ὁ πατὴρ, πῶς ἂν εἴη γεννητὸν τὸ ἐξ αὐτοῦ προερχόμενον πνεῦμα; *Spiritus sanctus vti quidam vapor,*

aut qualitas est essentiæ paternæ. Quod si ingenitus est, & increatus Pater, quomodo creatus erit, qui ex ipso effunditur, Spiritus? Sed quis Spiritus sancti dictiones, quæ illius processionem ex Patre denotant, & existentiam Spiritus indubitanter exprimunt in vnum recollegerit? Sed dictio *processio* est præcipua & propria Spiritus sancti, vt Nilus contendit; At opponunt sese Basilius, & Chrysostomus, & Cyrillus, vt supra vidimus. Sic Chrysostomus Homilia de Spiritu sancto; Λέγεται τοίνυν πνεῦμα ἅγιον. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία, καὶ πρώτη προσηγορία ἐκφαντικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστῶσα τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν φύσιν. *Dicitur itaque Spiritus sanctus. hæc enim est propria, & primaria appellatio, quæ præ alijs sententiam magis manifestat, & aperit naturam Spiritus sancti.* Et Nilus ab illis dissentiens alia atque alia insulse deblaterat, ne quid peius dicam. Item, si quod apud Patres, vt opinatur Nilus, vox procedendi de Spiritu nulla est, cum etiam ex Filio Spiritus existentiam enunciant, ideo non opinatur, ex Filio Spiritum procedere; nonne propterea Nilus credet, Spiritum a Patre accipere, quamcumq; illam acceptionem ipse animo concipit? & tamen neq; in diuinis literis, neque apud vllum alium legitur, ex Patre Spiritum sanctum

ctum accipere. & tamen ipse condemnabit negantem, Spiritum ex Patre accipere. Qua ergo ratione tenet, ex Patre Spiritum accipere, licet id a nullo asseratur, Spiritum vero sanctum ex Filio non procedere, quia id nominatim, vt ipse existimat, non inueniatur? cum id per alia verba idem pollentia eaq; multa ab omnibus Patribus edoceamur, non processionis vocem reprobantibus de Filio, sed vti Dominicum testimonium ad probandam ex Patre Spiritus existentiam custodientibus processionis vocem, quemadmodum acceptionis ex Filio, ad demonstrandam ex Filio eiusdem Spiritus existentiam.

Et vt fastum deponat Nilus, & nimiam sui ostentationem comprimat, discat quinam Patres processionis nomine ex Filio de Spiritu vsi sunt. Et ante alios Anastasius Synaita de rectis veritatis dogmatibus disputans; Καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. *Et Spiritus rursus, qui ex ipso procedit, & mittitur, non solum a Patre, sed etiã a Filio.* Quidam hic puncto interposito missionem Spiritus solum Filio cum Patre attribuunt, processionem soli Patri: sed eos refellunt verba, quæ subsequuntur ibidem. Καὶ μὴν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν

τοῖς μαθηταῖς, ἔλεγε λάβετε πνεῦμα ἅγιον. *Et tamen Dominus ex semetipso existere illum ostendens, insufflans discipulis dicebat, Accipite Spiritum sanctum.* His decernitur, Spiritum sanctum ex Filio quoq; procedere. Maximus Homologeta de Candelabro aureo apud Zachariam; Τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς δι' υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. *Spiritus enim sanctus quemadmodum natura secundum essentiam est Dei & Patris, ita & Filij secundum essentiam est, tanquam ex Patre essentialiter per Filium genitus, modo, qui ex primi verbis non potest, procedens.* Ioannes Damascenus Cap. 13. Theologico; Τὸ δὲ πνεῦμα ἅγιον ἡ ἐκφαντορικὴ τῆς Θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς ἐστι δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη. *Spiritus sanctus Patris potentia est, diuinitatem declarans, a Patre quidem per Filium procedens.* Simeon Metaphrastes de Martyrio S. Dionysij; Καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται, καὶ πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπανεισι θρόνον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγία. *Et in cælum ascendit meus Christus & ad sedem paternam reuertitur, & qui ex ipso procedit Spiritum demittit discipulis, vt essent duces gentium infidelium.* Hoc singulis annis die Dionysij

sacro

acro in Ecclesia omnibus pronunciant. Pudet in præsentia eorum inter doctos homines inscitiam proferre, qui dicunt, *Qui procedit ex ipso Spiritus*, throno nempe, ex essentia Patris procedit, ex throno Patris procedit, vt alias aliorum de eodem dicto stultas atque ineptas interpretationes prætereeam. Et non vident, scriptorem in ipso schismatis exortu viuentem, & dogmatis contradictionem apprime tenentem, si cum Latinis & ille æque atq; ipsi simultates exercebat, dictum hoc, nunquam hoc modo compositurum. Quid dicam de illis, qui temeraria audacia dictum eradentes immutantesque, in aliam sententiam detorquere conati sunt, de quibus legitur non illepida narratio apud Constantinum Meliteniotam Oratione secunda de Processione Spiritus sancti? Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus Epistola publice lecta, approbataq; ab vniuersali Synodo Nicæna secunda. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον. *Et in Spiritum sanctum, qui ex Patre per Filium procedit, & Deus esse cognoscitur.* Et magnus Athanasius in Exp. Fidei, seu Symbolo; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστὶν, οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ᾽ ἐκπορευόμενον. *Spiritus sanctus ex Patre & ex Filio est, non*

factus, non creatus, non genitus, sed procedens. Et Symbolum hoc Athanasij esse, contra recentiores Hæreticos; nec esse deprauatum a Latinis additione illa *ex Filio*, & processionem Spiritus ex Patre & Filio genuinam esse sententiam Athanasij, quidquid in contrarium afferant Schismatici, speciali Tractatu satis abunde probauimus, ad quem Lectorem remittimus, ideoq; hic plura dicere supersedeo. Vnum tantum addiderim Ratramnum Monachum Corbeiensem, qui in ipso Schismatis exortu aduersus Michaëlem & Basilium Imperatores, viuente adhuc Photio, *contra Græcorum opposita Latinam Ecclesiam infamantium*, acerrime libris quatuor editis decertauit, in prioribus cum totus esset tum ex Sacris literis, tum ex Græcorum Latinorumque placitis processionem Spiritus etiam ex Filio stabilire, in secundi lib. cap. 3. ex hoc Symbolo dictum Athanasij ita aduersarijs opponit. *Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus a Patre & Filio non factus, non creatus, non genitus, sed procedens*. Si tempore Photij ita legebatur, plane ita descripserat Athanasius: & si eo tempore vt genuinum Symbolum saltem a Græcis agnoscebatur, Græci absque dubio Athanasij esse opinaban-

bantur. Qua enim fronte Ratramnus Basilio & Michaëli Imperatoribus, & ipso etiam Photio hoc Symbolum sub Athanasij nomine, si non erat Athanasij, & auctoritatem illius, si auctoritas illa non erat genuina Athanasij, opposuisset, & aduersam Græcis sententiam constabilisset, Spiritum sanctum nempe etiam ex Filio procedere? Facillimo negotio Schismatici simili nodo se exoluissent, extricassentque, cum simplici effatu, meras esse nugas & somnia, quæ illis obiecerat Ratramnus, cum Athanasij illa esse nullus agnosceret; quæ cum fidenter Ratramnus obijceret, & illi dicto acquiescentes non abnegarent Athanasium, certe Athanasij esse existimabant. Et verba illa si recte considerentur non aliam sententiam inferunt: *Pater a nullo est, nec factus, nec creatus, nec genitus. Filius a solo Patre non factus, sed genitus.* Remanet ergo tertium, quod non est a solo Patre, nempe Spiritus sanctus, qui si esset a solo Patre, addidisset *a solo*, vti fecerat in Filio, quod orationis series poscebat? cum illud necessario non requiratur in Filio. Satis enim erat Eilium a Patre dicere non factum, nec creatum, sed genitum. Nemo siquidem somniauerat Filium esse genitum vel a Spiritu, vel ab alio, cum ex solo Patre genitus sit. Quare

sic

sic optime Trinitatis personas distinxit; Pater a nullo, Filius a Patre solo, sequitur ergo Spiritum non a Patre solo, sed a Patre & Filio. Et potissimum cum Gregorius Nyssenus decernat pluribus locis, *τῷ λόγῳ τῆς αἰτίας*, *ratione causæ*, personas diuinas discerni. Quare si Spiritus non agnosceret sui causam etiam ex Filio, non discerneretur a Filio: cũ causæ ratione ita habeat suam existentiam Filius a Patre, quemadmodum & Spiritus.

CAPVT XLIX.

Effundi de Spiritu sancto dicere processionem.

HIs tamen non obstantibus Nilus Thessalonicensis alia atq; alia ex cerebro depromit, & in verbis Cyrillianis nodum quærit; Αὐτὸ δὲ τὸ λέγειν, ὡς ὁ θεῖος Κύριλλος τὸ προχεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐδέξατο, τὸ θεῖον ἐξηγούμενος Σύμβολον, λέγων, προχεῖται μὲν ἤγουν ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει δι' υἱοῦ, δείκνυσι σαφῶς, ὡς τὸ προχεῖσθαι οὐκ ἐπὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι μόνον κεῖται, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλου τινὸς, τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ χορηγεῖσθαι. ἢ τίνος χάριν εἰπὼν τὸ προχεῖσθαι, τὸ ἐκπορεύεσθαι εἰς ἑρμηνείαν προσέθηκεν, εἰ πανταχοῦ τὸ προχεῖσθαι τὸ ἐκπορεύεσθαι δηλοῦν ἦν; καὶ χωρὶς δὲ τούτων διὰ τοῦ Ἰωὴλ φησὶν ὁ Θεός. ἐκχεῶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέ-

ἡμέραις ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. καὶ ὁ θεῖος Παῦλος πρὸς Τίτον. Ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. καὶ οὐ δήπου αὐτὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι κεῖσθαι τὰ τοιαῦτα φαίη τις ἄν, ἕως ἂν εὐσεβεῖν ἐθέλοι. *Dicere vero diuinum Cyrillum verbum effundi loco illius procedere accepisse, diuinum enarrantem Symbolum, cum scribit, Profunditur quidem, hoc est, procedit Spiritus sanctus ex Patre & Deo, suppeditatur vero creatura per Filium, manifesto docet, verbum profundi non loco illius procedere tantummodo poni, sed & alterius etiam verbi, hoc vero fuerit suppeditari. Nam cuius gratia cum dixisset profundi, illud procedere quasi verbum interpretans apposuit, si locis in omnibus profundi procedere præsefert? Et præ his per Ioëlem dicit Deus: Effundam postremis diebus ex Spiritu meo in omnem carnem. & sanctus Paulus ad Titum: Saluauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit super nos abundanter per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Et nihilominus nemo dixerit, si pietatem colat, illa loco illius procedere posita fuisse.* Hæc Nilus, sed temere & contra Sanctorum mentem. Licet enim concederemus ipsi, *profundi* non processionem solummodo, sed alia quoque notare, vndenam ipse expiscatus

tus est in verbis Cyrillianis verbum illud *profundi* alia, & non processionem connotare. Et quæ ipse affert ex Ioële & Paulo longe aliud tinniunt, si expositionibus Sanctorum standum est. Et ante alios Cyrillus dicti Ioëlis sententiam explanat, qui dicit: Ὥσπερ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς, γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. *Effundam de Spiritu meo. Vt enim Deus & ex Deo natura Filius, genitus enim est ex Deo & Patre, proprius illius, & in illo, & ex illo Spiritus est, ea ipsa ratione, qua & ab ipso intelligitur Deo & Patre.* An dici potuit clarius? *Effundam de Spiritu meo*, dicit Propheta, Cyrillus exponens dicit, effusum hunc Spiritum ex Deo & Patre; & eadem ipsa ratione effusum esse ex Filio, qua effusus est a Patre. & Nilus in his verbis Prophetæ processionem intelligi negat. Ergo si diuersa ratione effunditur a Filio, vel vt procedens effunditur, vel vt donum: si vti procedens effunditur, iam rem tenemus, & probatum remanet, Spiritum procedere etiam ex Filio: si non vti procedens, ergo neque erit vti procedens ex Patre; & sic conculcantur Christi verba, *qui procedit a Patre*. Et tamen Cyrillus decernit ea ipsa ratione, qua intelligitur ab

ipſo Deo & Patre, a Filio profundi. Progreditur itaque & effunditur Spiritus ex Patre & Filio ad ſubſiſtendum, quod nonniſi ſpecialem hypoſtaſim notat. Sed id procedere eſt, & habere quod ſit ab vtroque. Audiatur denuo Cyrillus Expoſitione in Ioannis Euangelium; Ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐστὶν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον, ἢ μεριστῶς ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε καὶ ὑπάρχον. ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ πατρὸς καὶ ἐν πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ υἱὸς, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ πατρὸς, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικὸν, ἤτοι τὸ ἐν ὑπουργίᾳ, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χεόμενον δὲ τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις διὰ Λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος κατ' ἔκφασιν δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντός τε καὶ ὄντος ἀεὶ προσεχῶς τε ἅμα καὶ μεμερισμένως. *Proprius Dei & Patris Spiritus eſt, ſed non minus proprius eſt & Filij, non vt aliud & aliud, aut diuiſe in vtroque conſideratus, aut exiſtens. Sed quando ex Patre, & in Patre naturaliter eſt Filius, fructus vero exiſtens illius eſſentiæ Spiritus, qui proprius eſt Patris ſecundum naturam producitur, & effunditur a Patre, & per ipſum Filium creaturæ ſuppeditatur, non modo aliquo ſeruili, qui in miniſtris agnoſcitur, ſed, vt iam*

dixi,

dixi, ex ipsa Dei & Patris essentia exiens, fusque illis, qui eum acceptare digni sun Verbum consubstantiale, & ex ipso appai per apparitionem nempe in existentiam secu seipsum, & in ipso permanens immoransi perpetuo adhærenter simul atque disiuncte. ta Spiritum esse Filij proprium non m atque Patris est. Esset vero minus propi imo nec proprius, si ex ipso non esset, si ipsum creaturæ suppeditaretur seruili quo modo, qui in ministris agnoscitur; cum ex ipsa Dei Patris essentia exiens est ditur per Verbum dignis, Deus dicitur est, *non minus*. Cum enim habeat Filius omnia Patris, vt natura Filius, Spiritum Patris proprium secundum naturam conducit, non adscititium, neque extraneum. *Desipientis enim est ita sentire*, vt alibi scribit, *natura autem cum sit proprius Spiritus Filij, tanquam qui illum vna secum adducit ex Patre ipso generationis momento, necesse est, vt ex eo habeat esse*. Et lib. 2. ad Hermiam; Ἅγιον δὲ πνεῦμα προσερεῖς τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ προ χεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν στομάτων διαπνοῆς τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαῖνον ὕ παρξιν, οὕτω τε σαφῆ καὶ ἀσύγχυτον τὴν τῶν τριῶν, ὑποσ στάσεων ἐν ὑπάρξεσιν ἰδικαῖς ἰδιότητα τηρῶν μίαν τ καὶ ὁμοούσιον τὴν ἁπάντων βασιλίδα προσκυνήσ φύσιν. *Sanctum vero Spiritum nuncupabis eu*

qui

qui ex Deo Patre per Filium naturaliter effunditur, vt exempli gratia oris respiratio, propriam nobis existentiam denotat. Et hac ratione claram & inconfusam trium hypostaseon in suis existentijs proprietatem conseruans, vnam & consubstantialem omnium reginam naturam adorabis. Vides? Effunditur Spiritus per Filium naturaliter, & propriam nobis significat existentiam, exemplo respirationis, quæ ex ore fit. Et tu negaueris Spiritum effusum per Filium existentiam habere per Filium? Id quoque discimus ex Athanasio in Disput. Orthodoxi & Macedoniani. Ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι θεότητος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται. *Itaque si ostensum fuerit, eiusdem esse diuinitatis cum Patre & Filio Spiritum, qui ex ipso Patre per Filium effusus est, & adorandus & colendus esse demonstrabitur. Effusus* hic ad hypostasim Spiritus refertur, cum dona nullo modo dicuntur, eiusdem diuinitatis esse cum Filio & Patre, aliud enim est operatio, & aliud diuina essentia. Et quis si pleno pectore sapit adorandam & colendam esse operationem, quæ ab essentia diuersa sit, affirmauerit? Et Schismatici in verbis similibus processionem negabant? Videamus quid de huiusce verbi significatu Chrysostomus quoque decer-

cernat Homilia 9. In Epiſtolam ad Romanos, vbi ſcribit; Ἀπαλλάξω τοίνυν αὐτὸν ἱκανῶς ἀμφισβητήσεως ἁπάσης διὰ τούτων τῶν ῥημάτων. οὐχ ἵστησι μέχρι τῶν παρόντων τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα πάλιν ἐπάγει, εἰδὼς σοῦ ἀσθενεστέρους καὶ τὰ παρόντα ζητοῦντας, καὶ οὐκ ἀρκουμένους τούτοις. καὶ πιστοῦται αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἤδη δοθέντων. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ. τί οὖν; εἰ μὴ βούλεται ἡμῖν χαρίσασθαι ὁ Θεός. ὅτι γὰρ δύναται, καὶ σένε, καὶ ζῇ, πάντες ἴσμεν. πόθεν δὲ ὅτι καὶ βουλήσεται; ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων. ποίων γεγενημένων; τῆς ἀγάπης ἣν περὶ ἡμᾶς ἀπεδείξατο. τί ποιήσας; φησίν. πνεῦμα ἅγιον δούς. διόπερ εἰπὼν, ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ἐπήγαγε τὴν ἀπόδειξιν λέγων, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. καὶ οὐκ εἶπε δέδοται, ἀλλ' ἐκκέχυται ἐν τ͂ καρδίαις ἡμῶν, τὸ δαψιλὲς ἐμφαίνων. ὃ γὰρ μέγιστον ἦν δῶρον τοῦτο δέδωκεν, οὐκ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, ἀλλ' ὃ τούτων ἁπάντων τιμιώτερον ἦν, καὶ ἀγγέλους ἐξ ἀνθρώπων, καὶ υἱοὺς Θεοῦ, καὶ ἀδελφοὺς τ͂ Χριστοῦ κατεσκεύαζε. τί δέ ἐστι τοῦτο; τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ δὲ οὐκ ἐβούλετο μεγάλοις ἡμᾶς μετὰ τοὺς πόνους στεφάνοις δωρήσασθαι, οὐκ ἂν πρὸ τῶν πόνων τοσαῦτα ἔδωκεν ἀγαθά. νῦν δὲ τὸ θερμὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ δείκνυται ἐντεῦθεν, ὅτι οὐχ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ἐτίμησεν, ἀλλ' ἀθρόον τὴν ἀγάπην τῶν ἀγαθῶν ἐξέχεεν. καὶ ταῦτα πρὸ τῶν ἀγώνων. ὥστε κἂν μὴ σφόδρα ἧς ἄξιος, μὴ ἀπογίνωσκε ἔχων μεγάλων συνή-

χορηγ τῦ διηάζοντ⊙ τὴν ἀγάπην. Ab eorum igitur animis, vbi satis superque omnem dubitationem per hæc verba sustulit, orationem non intra præsentia sistit, sed ad futura rursus adducit, quod intelligeret eos, qui imbecilliores essent, cum quæ præsentis vitæ sunt, quærere, tum vero non esse his contentos. Fidem vero illis conciliat ab ijs, quæ iam data sunt. Vt ne enim quis dicat. Quid igitur fiet, si Deus nobis nolit gratificari? Nam quod ille potest, quod manet, quod viuit, omnes quidem scimus: quod autem & volet, id vero vnde sciemus? Nempe ab ijs quæ facta iam sunt; ab ea quæ iam erga nos præsetulit dilectione: Dices quid ille iam fecit? Spiritum sanctum dedit. Itaque cum dixisset, spes non pudefacit, addidit & demonstrationem inquiens, quod dilectio Dei effusa est in cordibus nostris. Non dixit, data est, sed effusa est in cordibus nostris, largitatem ostendens. Quod enim maximum erat donum, hoc dedit, non cælum, non terram, non mare, sed quod his omnibus antiquius, pretiosiusque est, & Angelos ex hominibus, & Dei Filios, & Christi fratres effecit. Quid autem hoc est? Spiritus sanctus: Quod si nollet, magnis nos coronis post labores donare, nunquam ante ipsos labores, tot tantaque, non sensim & pedetentim nos honestasset, sed cumulate ac plena manu bonorum fontem effudit, idq; ante ipsa certamina. Quam-

obrem, ut etiam non sis admodum dignus, ne desperes, quia magnum in causa patronum habes, iudicis dilectionem.

CAPVT L.

Non esse corruptos libros Patrum.

ET his adeo apertis testimonijs cum respondere nequeant Schismatici ad sacram illam anchoram confugiunt, Dicta Patrum ab aduersarijs, quibusdam additis, vel immutatis, corrupta fuisse. Nicetas Myrseniota, tractans de Cyrilli auctoritate desumpta ex Ioëlis Prophetæ expositione; Ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα ἡμῖν ἀμήχανος ἡ ἀντίστασις, μυρίας ἔχουσιν ἑτέρας τοῦ μεγάλου τούτου ῥήσεις πατρὸς ἀνθυπενεγκεῖν, αἳ ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν τὸ πνεῦμα ὑφεστηκέναι διδάσκουσι, διὰ τοῦ υἱοῦ δὲ χορηγεῖσθαι. ὅθεν οὐκ ἀνύποπτος ἡ χρῆσις, μὴ ἀνεπηρέαστος εἴη, καὶ λέξεων ἐπεισάκτων καὶ νόθων μὴ ἀμοιρεῖν. πολλὰς γὰρ ἴσμεν τῶν βίβλων τοιαῖσδε κακουργηθείσας προσθήκαις, καὶ ταῦτα αἱ παλαιότεραι μαρτυροῦσι, καὶ τῶν ἀντιγράφων τὰ ἀρχαιότατα διαρρήδην ἐλέγχουσιν, μηδὲν τοιοῦτον ἐν ταῖς τοιαῖσδε φέροντα χρήσεσι. τὴν δὲ παρ' ἡμῶν δοξαζομένην ἀλήθειαν ἄνευ προσθήκης τοιαύτην ἀνάγραπτον φέροντα. ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν μετὰ χεῖρας πεπονθέναι περικοπήν. πλὴν εἰ μὴ καὶ ταύτην ἐπὶ τῆς ἐκφαίσεως καὶ χορηγίας δεξόμεθα.

εἴπῃ

εἴπῃ γὰρ αὖτις, ἢ προσθήκῃ τὴν παροῦσαν νενοθεῦσθαι γραφὴν, κακούργως τινῶν παρενθέντων τὸ ἐξ αὐτοῦ, ἢ ὑφαιρέσει λέξεως ἐκφαντικῆς τῆς ἐκφάνσεως. τοῦτο γὰρ δείκνυσι τὸ μηδ᾽ ἐν τινι αὐτοῦ προσκεῖσθαι τοιάνδε λέξιν σκοπεῖν. *Sed neque hic nobis desunt, quæ possemus opponere, cum prope innumera alia magni huiusce Patris dicta nobis suppetant, quæ contrarium astruant, & ex* Patre Spiritum *subsistere decernant, per Filium vero nobis suppeditari. Quare dictum illius non longe est a suspicione, non fuisse corruptum, & dictionum adscititiarum, & spuriarum immixtione immutatum: nanque scimus multos libros similibus additionibus malitiose interpolatos, quod testantur illorum antiquissimi, & exemplarium vetustissima aperte manifestant, nil tale in similibus dictis continentia, & quam nos tenemus veritatem absque additione scripto expressam commonstrantia, quod fuisse passum testimonium, quod præ manibus est, existimo. nisi ipsum quoque de apparitione & suppeditatione intelligi velimus. Potest siquidem quispiam asserere, aut additione præsens dictum adulteratum fuisse, cum malitiose quidam illud,* ex ipso, *addiderint, aut dictionis detractione, quæ apparitionem exprimeret, demerint. hoc vero videtur confirmare, quod nullo in loco similis dictio contineatur.* Annon lepide soluit argumentum Myrseniota, & genuinam dicto Cyrilli senten-

tiam appingit? Et vt vim argumenti videas; Multi libri corrupti sunt ab aduersarijs, vt exemplaria vetustissima ostendunt, ergo & hoc dictum Cyrilli corruptum est. Hoc vero falsum est: neque enim sequitur, neque probatur necessario, ex aliorum librorum corruptione corruptio quoque istius. Quare non protulit Codices antiquos, in quibus aliter legeretur? Non potuit producere, quos non habebat. Quodsi hoc axioma demus Myrseniotæ, iam omnis auctoritas Patrum labascit, & nullum firmum dictum ex auctoritate dictisq; Patrum constabit. Statim nanque aduersarij dicent, multos Codices esse corruptos, &c. Et postmodum annon mentitur ampliter, dum impudenter audet asserere, *nullum simile dictum in scriptis Cyrilli reperiri*? O cæcitatem! Non legit illa Orat. ad Nestorium? Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται. καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια. καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ πατρός. *Spiritus enim veritatis appellatus est, & est Christus veritas, & profunditur ab ipso eadem ipsa ratione, qua effunditur a Patre*. Oratione ad Theodosium Imperatorem; Ἀλλ' ὡς Θεὸν κατὰ φύσιν μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἴδιον αὐτοῦ. *Sed vti Deum cum suprema facultate, qui ex ipso est, & suus proprius*. Et rursus; Ὅπερ ἐνίησιν εἶναι αὐτὸς ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγος, καὶ

ἐξ

ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. *Quem quidem Verbum, quatenus ex Deo Patre est, ex propria natura in nos quasi ex fonte quodam transfundit*. Et Libris ad Palladium; Εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. *Si est Dei & Patris præterea & Filij essentialiter ex ambobus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus*. In Thesauris; Νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ νομοθετεῖ. *Cum itaque leges dat Christus, tanquam in ipso, & ex ipso existens Spiritus illius leges dat*. Et, Οὐδεμίαν ἄρα φύσεως διαφορὰν οἶδεν ὁ Παῦλος τῆς τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. *Nullum igitur naturæ discrimen agnoscit Paulus Filij & Spiritus sancti: sed veluti ex ipso, & in ipso existentem illum dominationis nomine insignit*. Et, Νοῦς γὰρ ὑπάρχων Χριστοῦ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ διαλέγεται τοῖς μαθηταῖς, οὐκ ἐν ἰδίᾳ τινὶ θελήσει, οὐδὲ μὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ βουλήσει τοῦ ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗ ἐστιν ὁμιλοῦν, ἀλλ' ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ φυσικῶς προϊὸν, καὶ ὅλην αὐτοῦ τὴν βούλησιν ἔχον, ὥσπερ καὶ τὴν ἐνέργειαν. *Cum enim sit mens Christi omnia, quæ in ipso sunt, Discipulis eloquitur, non in propria, ac peculiari quadam voluntate, neque in aliena voluntate eius, in quo, & ex quo est, congrediens, sed tanquam ex essen-*

tia illius naturaliter progrediens, integramque ipsius voluntatem, quemadmodum & operationem habens. Item; Ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Σωτὴρ που φησὶ περὶ ἑαυτοῦ, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ἔκ τε τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα δεικνύων, ἐν μὲν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐν δὲ τῇ Ἐπιστολῇ τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. *Saluator alicubi in Euangelijs ita de seipso ait, Ego sum Veritas, beatus vero Ioannes ostendens ex essentia Patris & Filij esse Spiritum in Euangelijs quidem ait, Spiritus veritatis a Patre procedit, in Epistola vero, Spiritus est veritas.* Item; Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ἀνάγκη τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας ὁμολογεῖν τοῦ υἱοῦ, ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον τὸν ἀνακαινισμὸν ἐργάζεται, συμπλήρωμα τῆς ἁγίας ὑπάρχον Τριάδος. *Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, necesse est fateri Spiritum ex essentia Filij esse. Nam vt ex ipso naturaliter existens, & in creaturam ab ipso missus renouationem operatur, plenitudo ac complementum nimirum sanctæ Trinitatis.* Item; Καὶ τίς ἡ ζωή; ἢ πάντως ὁ λέγων Χριστός, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα, αὐτὸ νομοθετεῖ. *At quænam est vita? nisi Christus ipse di-*

cens,

cens, Ego ſum veritas & vita. Cum itaque Chriſtus leges ferat, Spiritus ſanctus, vt in ipſo, & ex ipſo naturaliter exiſtens, legiſlator eſſe dicitur. Vis clariora? Audi; Οὐ λαλήσει, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει. ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ τὸ μέλι περὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῶς ποιότητος λέγοι. οὐκ ἐνθέσει τῆς ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς ἀπογευομένοις, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φυσικῶς διαβαινούσης τῆς ἐκ τῶν οὐσιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότητος ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀμερίστως προερχόμενα, οἷον καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἐκ μέλιτος ἡ γλυκύτης, ἐκ πυρὸς ἡ θερμότης, ἐξ ὕδατος ἡ ψύξις. οὐκοῦν μετοχικῶς ἅγιον τὸ πνεῦμα κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιωδῶς. *Non loquetur, inquit, ex ſeipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur, quia ex meo accipiet. Perinde enim eſt, acſi mel de qualitate naturali, quæ ſibi ineſt dicat, nihil ex ſeipſa guſtantium ſenſui immittet, ſed ex meo accipiet: tranſeunte videlicet naturaliter ſubſtantiarum, vt ita dicam, qualitate in ea, quæ inſeparabiliter ex ijs progrediuntur, quemadmodum, vt modo diximus, dulcedo ex melle, calor ex igne, refrigeratio ex aqua. Non eſt igitur Spiritus ſanctus ex participatione, vt Hæretici opinantur, ſed potius naturaliter, atq; eſſentialiter.* Et tandem 6. ad Hermiam, ne ſingula colligam; Ἤ πῶς ἄμεινον αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς αὐτός τε καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὅλην ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν αὐτοῦ μάθηξιν

δεῖξιν ἐμποιοῦν. *Et qua ratione Filio præstantior fuerit, & non potius vt ipse, & ab ipso Spiritus, qui ipsius actionem vniuersam in se continet, & qui illius participationem communicat.* Vel scripta Cyrilli non legit Myrseniota, vel plane cæcus est, ne dicam mentis inops, qui cum similia in Commentarijs Cyrilli, & alia plura contineantur, non veretur dicere, *nullum simile dictum in scriptis Cyrilli reperiri*. Et loca hæc omnia a Latinis fuisse corrupta dicere, summæ insaniæ ac dementiæ fuerit. Quod præterea primo loco dixit, *innumera alia magni huiusce Patris dicta sibi suppetere, quæ oppositum astruant, & ex Patre Spiritum subsistere decernant: nobis vero suppeditari per Filium*, ex penu Schismaticorum est, quibus effuse omnia suppetunt, cum nihil habeant quod prodant, & adeo larga manu sciolis illudunt. Quid vero habeant ex Cyrillo, & quam leue sit, infra examinabitur. Sed demus etiam innumera Cyrilli loca, quæ ex Patre Spiritum subsistere astruant, nobis vero suppeditari per Filium. Eritne id Spiritum non habere existentiam etiam ex Filio? Vnanimi consensu omnes fatentur, Spiritum procedere ex Patre, quod Christus veritas ipsa dixit, exhiberi vero nobis per Filium, communi Patrum decreto: sed his etiam decernentibus, suppe-

pe-

peditatio per Filium processio est. Et hæc Myrseniota, quid vero alij? Videntur non plus habere sapientiæ quam lapis, cum conantur inducere homines, ne id quod vident videant. Demetrius Chrysoloras Dialogo Antirrhet. contra Demetrium Cydonium pro Nilo Thessalonicensi; Τὸ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τοὺς Θεολόγους εἰπεῖν, οὐδεὶς ἀντιλέγει, ὁμοίως καὶ τὸ πέμπεσθαι καὶ χορηγεῖσθαι. τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ εἶναι, ὥσπερ ἐκ τοῦ πατρὸς, πάντας αὖ εὕρῃ τις ἀνθισταμένους, ὡς ἀρραγεῖς κίονας. ὧν ἁπάντων ἐξηγητὴς Ἰωάννης καὶ Μάξιμος οἱ μακάριοι, μὴ εἶναι λέγοντες ἐξ υἱοῦ. *Nam Spiritum ex essentia Filij esse Theologos dictasse, nemo contradicet. Similiter & mitti & suppeditari: illi vero ex ipso esse, uti est ex Patre, omnes inueniet quispiam obsistentes uti columnas infractas. quorum omnium interpres est Ioannes, & Maximus beatæ memoriæ, non esse ex Filio astruentes.* Macarius Macres de processione Spiritus sancti c. 1. Ἀλλὰ καὶ οἱ Θεολόγοι Πατέρες οὐδαμῶς τοῦτο παραδεδώκασιν, οὔτε τὴν θείαν γραφὴν ἐξηγούμενοι, οὔτε περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως διαλεγόμενοι, καὶ νομοθετοῦντες ἡμῖν, ἢ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν ἕκαστος, ἢ ἐπὶ κοινῆς συνελεύσεως, ἀλλὰ καὶ πόρρωθεν πρὸς τὴν αὐτὴν ἵσανται πλάνην. *Sed & Patres Theologi nullo modo hoc tradiderunt, neque sacram Scripturam exponentes, neq; de recta fide colloquium habentes, & decernentes, neque in suis Commen-*

ta-

tarijs, neque in publico congressu, quinimo quam longissime similem errorem abigebant. Et Macarius Ancyranus cap. 67. Ὅτι δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, οὔτε Κύριλλος, οὔτε τις ἄλλος τῶν θεηγόρων γράφει, καὶ οὐ μόνον δὲ τὴν ὕπαρξιν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐνέργειαν χορηγεῖσθαι τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ υἱοῦ, εἰ μή τις ἀγνωμόνως πρὸς τὸν σκοπὸν ἀφορῶν τοῦ ἁγίου. *Ex ipso vero Filio esse Spiritum neque Cyrillus, neque quispiam alius diuiniloquorum Patrum scribit: nec tantum existentiam, sed nec operationem ipsam Spiritus ex Filio suppeditari, nisi quis fatue intentionem sancti consideret.* An Cyrillus, vel alij Patres dixerint, si plane cæci non sunt, vident, quibus si dicta allata non satis fuerint, neque sexcenta alia, si afferantur, satisfecerint. Si prouocant ad Damascenum, vel Maximum cum Chrysolora, auxilia emortua petunt. Damascenus enim non dixit Spiritum ex Filio non esse, sed ex Filio non dici, & solum Patrem causam esse. qua vero mente & scopo, diximus alibi. Et ille dicens, Patrem per Filium emittere Spiritum, eadem cum Latinis & reliquis Catholicis sentit. Quid vero Maximus? Neque is vnquam negauit, Spiritum ex Filio esse Epistola ad Marinum Presbyterum Cypri, sed scripsit Italos Capiti de processione Spiritus ex Filio respondisse. Καὶ τοὺς μὲν πρότῳ συμφώνους παρήγαγον

χρή-

χρήσεις τῶν Ῥωμαίων Πατέρων, ἔπειτα μὲν καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ εἰς τὸν Εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας, ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος ποιοῦντας σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν, μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι. καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον καταστήσωσιν. *Et primo quidem Capiti concordes adduxerunt auctoritates Romanorum Patrum, & præterea Cyrilli Alexandrini ex Interpretatione Euangelij secundum sanctum Ioannem. Quibus causam non facere Filium Spiritus semetipsos demonstrarunt: vnam siquidem norunt Filij & Spiritus causam Patrem, illius quidem secundum generationem, huius secundum processionem, sed vt per ipsum Spiritum progredi indicarent. Sicque essentiæ coniunctum & simile comprobarent.* Hic non negat, quod Romani fatebantur de Filio, ex Filio nempe Spiritum sanctum procedere. imo assentitur Romanis asserentibus, Cyrilli eam sententiam fuisse in expositione Euangelij Ioannis, & aliorum Patrum Latinorum, & subdit modum, quo se excusabant Romani de processione Spiritus ex Patre & Filio, nempe se non statuere duo in Trinitate principia, sed vnum & vnam causam, primariam nempe & procatarcticam, & additio-

tionem illam *ex Filio* idem apud illos sonare quod *per Filium*. Procedit nempe ex Patre per Filium Spiritus sanctus, cum medius sit inter Patrem & Spiritum Filius. Sic locutus Maximus negauit Spiritus processionem ex Filio? O stipitem! Sed hæc verba Maximi Schismaticorum causæ adiumento non sunt, Schismaticis ipsis fatentibus. Georgius Scholarius', qui & Gennadius Monachus de processione Spiritus sancti in fine primi Syntagmatis; Οὔτε τοῖς ἡμετέροις μόνοις συνηγορεῖ, οὔτε Λατίνοις μόνοις. ὥστε εἰ τὸ ὑπ' ἀμφοτέρων συμπέπλασται, ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον, ἢ ὑπ' οὐδετέρων χωρίς. ὅτι δὲ καὶ ἀμφοτέροις συνηγορεῖ δῆλόν ἐστιν, ἐκ τοῦ τὸ ἀμφοτέροις ταύτῃ κεχρῆσθαι κατὰ τῶν ἑτέρων, καὶ ὑπ' ἐνίων αὖθις ἑκατέρωθεν διαβάλλεσθαι, ἑκάστων ὡς αὐτοῖς ποτε συνήνεγκεν κατὰ τὴν τῶν λόγων αὐτῶν πρόθεσιν, καὶ τὴν περὶ ταύτης ψῆφον φερόντων. *Neque solis nostris, neque Latinis solis patrocinatur. Quare vel ab vtrisque conficta est, quod fieri nequit, vel a neutris separatim. Eam porro neutris patrocinari, hinc patet, quod vtrique eam vsurpant contra alios, & a nonnullis rursus vtraq; ex parte reijcitur, singulis, vt ipsis peraccommoda fuerit, ad suorum dictorum propositum & scopum calculum ferentibus*. Et quis Ancyrani verba sine stomacho audiuerit, *Neque Cyrillum, neque diuiniloquum aliquem ex Patribus non solum existentiam,*

tiam, sed nec operationem Spiritus a Filio suppeditari scripsisse? Cur tot chartas illinit ad probandum suppeditationem istam Spiritus ex Filio non esse nisi dona Spiritus? Neque hic interim contemnendum est, quod e verbis sancti Maximi elicitur. Scribit Romanos, non ponere duo principia sed vnum, & illud sonare apud ipsos particula illa, *Per Filium*, tum reddit causam, καὶ ταύτῃ, *vt hac via, vel relatione, vel modo*, τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παριστῶσιν, *& coniunctam, & per omnia similem naturam*, nempe, *& illius homousion ostendant*. Ergo prius est intellectu per Filium esse Spiritum, quam homousion esse. Ergo causa homousij nulla alia est quam existentia per Filium, & ex Filio. Et Schismatici contendunt, quia homousius est Spiritus Filio, ideo dici ex essentia Filij. Sed hoc testimonijs aliorum quoq; Patrum alibi fusius in his ijsdem Vindicijs demonstratur. Quare id innuisse ex sententia quoque Maximi satis est.

CA.

CAPVT LI.

Christus insufflauit Apostolis ipsum Spiritum sanctum, non dona.

NOn minus insaniunt, cum de insufflatione per Filium Apostolis facta, & ipsius Spiritus missione die Pentecostes verba faciunt. Inter eos Nicolaus Methonensis de processione Spiritus sancti prolixa loquacitate demonstrare conatur, quod inflatum fuerit a Christo Apostolis spiritale donum, & non ipsam totius Spiritus inhabitationem: cum enim dictionis Spiritus varios significatus arripuisset ex diuinis literis, & in varios quoque sensus Spiritum inflatum accipiens Italos deridet, & multifariam Spiritus progressum subdiuidit. Et argutatur insuper Theophylactus; *Si tum Paracletum illis Dominus elargitus est, quonam in loco ponas illud, si ego non abiero ille non veniet ad vos; nec non & illud; Die Pentecostes aduentus Spiritus, vel eiusdem & superuacaneus, vel alterius Spiritus, & cuius?* Quare non a Nazianzeno didicit Theophylactus; *Opus fuisse, cum Servator corpore nobiscum versatus fuisset, corpore etiam Spiritum comparere.* Vnde vero didicit Spiritus aduentum, si eiusdem fuit Spiritus, superuacaneum fuisse? Sic multi aduen-

tus

tus eiusdem Spiritus redundantiæ comparebunt. Insufflatus est primum a Creatore primum creato homini, postmodum sæpius ad dignos descendit, nec tamen eius aduentus vnquam superuacaneus reputatus est. Quodsi quia inflati prius Apostolis nouum eius aduentum die Pentecostes superuacaneum iudicat, aut alterius Spiritus fuisse, næ & ipse necessario dicet, & ante Pentecostem multos ipsius aduentus superuacaneos fuisse; cum huic vel alteri, alio atque alio tempore, & modis alijs adueniens associatus sit. Et licet non in forma ignitarum linguarum descenderit, nihilominus ipse Spiritus descendebat, neque tamen vti superuacaneus aliquis ex tot illius aduentibus existimatus est. Neque dissimilia sunt, quæ profert Macarius Ancyranus cap. 74. Neque miseri erubescunt in hoc ipso contradicentes Cyrillo, Athanasio, Gregorio Nazianzeno, Basilio, & alijs, qui non dona, sed ipsum Spiritum sanctum in propria hypostasi inflatum fuisse decernunt. Basilius in Cap. cuius inscriptio est, *Diuinam naturam esse Spiritum*, scribit; Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις καὶ θεία φύσις, ἄῤῥητος ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖα ἀῤῥήτως, ἣ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ κυρίου δειχθέντα τύπον αὐ-

αὖθις ὑπ' αὐτοῦ δι' ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένη, συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ' ἀρχὴν καινότητι τὴν νῦν ἀνακαίνισιν, καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ' αὐτὸς δι' οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. *Spiritus enim cum viuente Verbo in eodem ordine collocatur ad creandum, viua virtus, & natura diuina, ineffabilis ex ineffabili ore existens ineffabili modo, & per inflatum in hominem missa, quæ secundum corporeum a Domino typum ostensum, rursus ab eo per inflatum restituta. Concurrere enim debet cum prima nouitate, ea quæ nunc fit innouatio, & concursum expressit sufflans idem ille existens, qui a principio insufflauit, idemque per quem Deus inflatum elargitus est, tum pridem cum anima, nunc vero in animam.* Insufflatur Spiritus ipse totus, vt in illis habitualiter inhabitet, ita recte decernente Basilio, a Christo Discipulis, non vt donum determinatum, & inflatus ille illius Spiritus est, qui cum viuente Verbo in eodem ordine collocatur: ni velint id quoque dicere, donum spiritale in eodem cum Verbo ordine collocari ad creandum. Sic totus Spiritus habitualiter inhabitauit in Discipulis, veluti postmodum omni credenti eadem habitualis sancti Spiritus inhabitatio ingeritur, si ineffabiliter, & supra rationem omnem di-

dicebat Ioannes Veccus Patriarcha Oratione de Vnione, omnem vniuersam Triadem in singulis fidelibus credimus inhabitare. Idque nunquam Verbum facere potuisset, nisi per ipsum Spiritus existentiam haberet, per quem in eos, pro quibus illi complacet, insufflatur: alias non recte diceretur per Filium exhiberi. Nanque existentiam necessario suppeditatio consequitur; ni ipsi opinentur, Spiritum extra vnigenitum subsistere, illumque eum accipere tanquam sibi datum a Patre, vt possit illum indigentibus communicare, quod vti blasphemum & impium plerisque in locis præcidit Cyrillus, lib. 2. Thesaurorum; Ἴδιον γὰρ πάντως τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑποστατόν. *Proprius enim omnino Spiritus essentiæ Filij, & non deforis suam hypostasim habet*. Lib. 3. ad Hermiam; Τὸ τοίνυν ἡμᾶς λέγει τοὺς ἐπὶ γῆς τῇ τῆς υἱότητος δόξῃ καταχρυσοῦν, φημὶ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπείπερ ἐστὶ τοῦ υἱοῦ, ἐνεργήσει μὲν εἰς ἑτέρους τὴν υἱοποίησιν, ἀπρακτήσει γὰρ περὶ τὸν οὗπερ ἐστὶν, οὐκ εἰσκεκριμένον, οὔτε μὴν ἔξωθεν ἐκπεφοιτηκὸς, ἀλλ' οὐσιωδῶς ὑπάρχον αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ προχεόμενον τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις ἐν εὐδοκίᾳ πατρός. *Igitur nos homines filiationis gloria honestans Spiritus sanctus, quandoquidem Filij est, operabitur quidem in alijs filiorum adoptionem, ociosus autem erit omnino in illo, cuius scilicet est, non aduentitius,*

tius,

tius, neque enim extrinsecus adueniens, sed essentialiter illius existens, & per eum effusus, ut a dignis accipiatur iuxta beneplacitum Patris. Et in illud Ioannis, *Ego rogabo Patrem*; Ο᾽ υἱὸς ἔχει καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ᾽ ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν. εὐηθὲς γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτως φρονεῖν. *Filius habet Spiritum eo modo, quo illum habere Pater intelligitur, non adscititium, neque extraneum: Stolidi enim est, imo furiosi ita sentire.* Et in illud, *Vidi Spiritum descendentem*; Οὐ γὰρ δήπου λέγειν πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταβησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν ἐν τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ πατρί. *Nunquam enim ad tantam temeritatem descendemus, ut participatione in Filio secundum naturam Spiritum esse credamus, & non potius substantialiter, quemadmodum ipsi etiam Patri adhærentem.* Similia repetit alibi sæpius. Nonne hisce clare patet, aliter a sanctis Patribus, aliter a Schismaticis sententiam Euangelici dicti exponi? Athanasius ad Serapionem Epistola; Α᾽ποστέλλοντος τοῦ πατρὸς πέμποντος τὸ πνεῦμα, ὁ υἱὸς ἐμφυσῶν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς. Ε᾽πειδὴ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστιν. *Patre mittente Spiritum, Filius insufflans tradit illum Discipulis, cum omnia quæ Pater habet, Filij sint.* Et in Expositione Symboli; Καὶ πιστεύομεν εἰς

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ὁμοούσιον ὂν πατρὶ καὶ υἱῷ, τὸ ἄκτιστον, τὸ τέλειον, τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν ἐν νόμῳ καὶ ἐν Προφήταις, καὶ ἐν Εὐαγγελίοις, καταβὰν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, κηρύξαν ἐν Ἀποστόλοις, οἰκοῦν ἐν Ἁγίοις. *Credimus in Spiritum ſanctum, non alienum a Patre & Filio, ſed conſubſtantialem Patri & Filio, increatum, perfectum, paracletum, qui in lege & Prophetis locutus eſt, & in Euangelijs, qui deſcendit in Iordanem, prædicauit in Apoſtolis, habitat in Sanctis.* Dicere Athanaſium credere in dona Spiritus, vel dona Spiritus eſſe Patri & Filio conſubſtantialia, increata, perfecta, paracleta, ſtultum fuerit. Quare ſi Spiritus conſubſtantialis Patri & Filio, increatus, perfectus, paracletus locutus eſt in lege, Prophetis, & Euangelijs, & deſcendit in Iordanem, & prædicauit in Apoſtolis, & habitat in Sanctis, fruſtra hæc dona Spiritus, vt exturbetur hypoſtaſis Spiritus, commemorantur. Et notanda ſunt illa verba Cyrilli; Καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐνιεὶς τε καὶ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον τῷ διὰ σαρκὸς καὶ ἀφανεστέρῳ φυσήματι τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν εὖ μάλα σκιαγραφῶν. *Qui a fonte plenitudinis ſuæ immittens & dicens, Accipite Spiritum ſanctum, ſicque carnali & obſcuriore flatu Spiritus naturam adumbrans.* Spiritus a Chriſto vti a fonte propria plenitudine emittitur,

Spiritus, inquam, *Trinitatis complementum*, συμπληρωτικὸν τῆς ἁγίας Τριάδος, id afferente Isidoro Pelusiota lib. 1. Epist. 109. & flatu Christi datur discipulis, quo natura Spiritus, neque enim humanis exemplis ac similitudinibus repræsentari potest, obscurius adumbratur, quibus dicitur, *Accipite Spiritum*, τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνον, *quod de meo accipit*, de mea siquidem natura, cum mihi & Patri consubstantialis sit. Et Schismatici dicunt, creaturam a Christo impertiri, dona nempe Spiritus, & non ipsum Spiritum. Quid de his diceret Isidorus eadem Epistola? Πῶς διδάσκεις ἐμβρόντητε, ποιητὸν, ἢ κτιστὸν, ἢ τῆς δούλης φύσεως εἶναι, ἀλλ' οὐ τῆς δεσποτικῆς, καὶ δημιουργοῦ, καὶ βασιλίδος οὐσίας συγγενὲς, καὶ ὁμοούσιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; *Qua ratione doces, o attonite, factum & creatum, aut seruilis naturæ esse & non herilis, & creatricis, & regalis essentiæ congenerum, & consubstantialem Spiritum sanctum?* Accipiunt ergo discipuli Spiritum accipientem ex Christo, non creatum quidpiam, non factum, sed ipsam Christi naturam herilem, & creatricem, & regalem essentiam.

Et sic Schismaticorum futiles expositiones illius, *de meo accipiet*, cadent. & ante alias Schismatis antesignani Photij, qui dicit, *de meo*, notare, *de meo Patre*. quæ secu-

ti sunt posteriores Schismatici, & inter eos præcipui Georgius Corcyrensis Tractatu de Processione Spiritus, Nicolaus Hydruntinus, & Theodorus Smyrnensis Tractatu de Azymis & Spiritu sancto; qui sic ex Grammaticis nugatur; Οὐ ταυτόν τό, τὸ ἐξ ἐμοῦ ἀνάρθρως, καὶ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ μετὰ τοῦ ἄρθρου σαφῶς, προφερόμενον. τὸ μὲν γὰρ ἄναρθρον ὂν τὸ τὸ λεγόμενον παρίστησι πρόσωπον, ὡς εἴ τις τὴν ἐξ ἐμοῦ λήψεται φωνὴν πρὸς τὴν, ἐγὼ μεταδώσω τούτῳ, μετενέγκοι φωνήν. τὸ δὲ δὴ ἔναρθρον τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἕτερόν τι παρὰ τὸ λεγόμενον παρίστησι πρόσωπον, ὡς εἴ τις οὕτω τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, μετασχηματίσειεν, ὁ ἐμὸς τοῦτο μεταδώσει πατὴρ, ὃν ἀναγγεῖλαι μέλλει ὑμῖν ὁ Παράκλητος. οὐκ ἄρα οὐδ᾽ ἐντεῦθεν Ῥωμαίοις, ἡ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ πνεύματος λογοποιουμένη ἐκπόρευσις λαμβάνει τὸ βέβαιον, ἀλλ᾽ ἡ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μᾶλλον τὸ πανάγιον ἀποφαίνεται, καὶ μόνος αἴτιος ἐν τῇ μακαρίᾳ Τριάδι ὁ πατὴρ ἀναδείκνυται. *Non idem est de meo accipiet, absque articulo, & de meo accipiet cum articulo aperte prolatum. Quod enim absque articulo pronunciatur, personam dicentem notat, vt si quis vocem illam, de meo, absque articulo, in illam conuerterit, ipse illi communicabo. Cum articulo vero prolata alium præter loquentem indicat, vt si quis illam, ex meo accipiet, immutauerit, illud exprimet, meus illi Pater communicabit illum, qui vobis annunciabit Paracletus.* Ne-

que itaque ex hoc a Romanis prætenſa Spiritus proceſſio firmitatem obtinet, ſed magis ex ſolo Patre ſanctiſſimum eſſe Spiritum aſtruitur, & ſolus cauſa in Triade Pater demonſtratur. Actum iam eſt de Deo & Trinitate, ſi Grammaticorum legibus, & nebulonum inſcitijs tanta maieſtas commenſuranda eſt. quibus etiam commenſurata, non quod ipſi garriunt, ſed quod Catholici decernunt, apertum ante oculos omnium ponunt, vt diuinatione opus non ſit, quod ex Georgio Chœrebofco in noſtro Enchiridio palam fecimus. Quare miſſis modo nugis, quid apud Patres ſit hoc, *de meo*, explicetur. Athanaſius ſæpius a nobis laudatus, ſcribit; Ὁ μὲν υἱὸς, φησὶν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. *Filius, inquit, quæ audiui a Patre, hæc & loquor vobis in mundum: Spiritus vero ex Filio accipit, ex meo enim accipiet, & annunciabit vobis.* Epiphanius in Ancyroto; Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησὶν ὁ Χριστὸς, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. *Quodſi Chriſtus ex Patre creditur, & Spiritus ex Chriſto, aut ex ambobus, vt Chriſtus ait, & iſte de meo accipiet.* Ioannes Damaſcenus Canone in Ioannem Euangeliſtam, ad Filium ſermonem dirigens:

gens; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὸς ἀνάρχου ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ σοῦ ἀμερίστως λαμβάνον, μονογενὲς, Λόγε Θεοῦ. *Spiritus sanctus ex Patre absque principio procedens, & ex te indiuisibiliter accipiens, vnigenitum Dei Verbum*. Patres hi, illud *de meo* ad Christum deferunt, & Schismatici ad Patrem, nemine id ex Patribus asserente. nec verentur in similibus Latinos nouatores nuncupare. Vis clariora? Cyrillus in illud Ioannis, *Ille me clarificabit:* Ἀκατηγόρητον ἐστι ἄρα παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κεῖσθαι τὸ λαβεῖν λέγεσθαι τι παρὰ τοῦ μονογενοῦς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. περιὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει, τελείως λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. *Nihil igitur prorsus detrahitur Spiritui, & accusationem supra omnem est, si conspiciatur Spiritus aliquid ab ingenito accipere: nam cum per illum naturaliter progrediatur cum omnibus, quæ absolute habet, perfecte ab eo sua accipere dicitur*. Idem Responsione ad Theodoretum; Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον ἐστι τοῦ υἱοῦ. πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. *Procedit enim ex Deo & Patre Spiritus sanctus secundum Saluatoris vocem: sed non est alienus a Filio. Omnia*

enim habet cum Patre, *& hoc ipse edocuit dicens de Spiritu sancto*, *omnia quacunque habet Pater mea sunt. Propterea dixi vobis*, *quia de meo accipiet*, *& annunciabit vobis.* Si illud, *de meo accipiet*, refertur ad Patrem, ratio Cyrilli contra Nestorium nihil peruinceret. Nanque cum Nestorius Spiritum alienum a Filio affirmaret, Cyrillus eum non alienum Saluatoris dictis comprobat. Quæcunque habet Pater Christi sunt, Pater habet Spiritum proprium, ergo habebit & Christus. hincque colligit recte Christum dixisse, *de meo accipiet*. Quodsi de eo, quod non est Christi, acciperet, non esset proprius Filii, quia ab alio & non a Christo acciperet. & sic recte Nestorius concluderet, Christum non esse Deum, cum ab eo Spiritus non acciperet, & consequenter Christus non possideret omnia Dei & Patris. Dicito tu Schismatice explanatius si potes. Et in Thesauris; Πλὴν ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φησὶ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. οὐ λαλήσει ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν μετὰ σαρκὸς ἀποπληρώσας οἰκονομίαν ἀναβαίνειν πρὸς τὸν πατέρα, πέμψειν δὲ ὑπέσχετο τὸν Παράκλητον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὰ μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ διατάξειν ποτὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δείκνυσι σαφῶς, ὅτι τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ὑπάρχον, τὰ ἐξ αὐτοῦ πάλιν διακονήσει ῥήματα. οὐ λαλήσει, φησὶν, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐκ

τοῦ

τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ τὸ μέλι περὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῆς ποιότητος λέγοι, οὐκ ἐνθήσει τὸ ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς ἀπογευομένοις, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται φυσικῶς, διαβαινούσης τῆς ἐκ τῶν οὐσιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότητος ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀμερίστως προερχόμενα, οἷον καθάπερ ἤδη προείπομεν ἐκ μέλιτος ἡ γλυκύτης, ἐκ πυρὸς ἡ θερμότης, ἐξ ὕδατος ἡ ψύξις. *Ex meo accipiet, & annunciabit vobis. Non loquetur a ſeipſo, ſed quæcunque audierit loquetur. Quum enim abſoluta ſua adminiſtratione in carne aſcenſurus eſſet ad Patrem, promiſit ſe miſſurum Paracletum ſuis Diſcipulis; ne quis ſuſpicaretur doctrinam Spiritus ſancti alienam a ſua fore, oſtendens manifeſte, quod cum Spiritus ex ſe eſſet, verba quoque ex ipſo adminiſtraret. Non loquetur, inquit, ex ſeipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur, quia ex meo accipiet. Perinde enim eſt ac ſi mel de qualitate naturali, quæ ſibi ineſt, dicat, Nihil ex ſeipſa guſtantium ſenſui immittet, ſed ex meo accipiet, tranſeunte videlicet naturaliter ſubſtantiarum, vt ita dicam, qualitate in ea, quæ inſeparabiliter ex eis procedunt: quemadmodum, vt modo diximus, dulcedo ex melle, calor ex igne, refrigeratio ex aqua.* Si de Chriſto non acciperet Spiritus, annon ſuſpicari poſſent Diſcipuli, doctrinam Spiritus alienam eſſe a Chriſti doctrina? Ne ergo id fieret, Chriſtus Diſcipulis vti rem certam affirmat, Spiritum de

ſuo

ſuo accepturum. Quid hic tu Schiſmatice nugaciſſime a Patre Filium ſeparas, & inſeparabilia diuidis. Qualitates rerum, vt id quoque exemplo, licet imbecilliori, pateat, ex ijs quorum qualitates ſunt effluunt, vt dulcedo ex melle, calor ex igne, & ex aqua refrigeratio; adde etiam ſi vis aliud Cyrillianum, *ex flore odor*. Deme mel, mitte aquam, fuga ignem, diſſipa florem, vbinam & dulcedinem, & calorem, & refrigerationem, & odorem repones? Accipit ergo Spiritus a Chriſto, quod Diſcipulis annunciet, quaſi qualitas, vt ita dicamus, naturalis ex ipſo Chriſto procedens in ſua hypoſtaſi, & exiſtentiam habens. Vereor equidem plura addere, addam tamen. ſic fiet, vt Schiſmaticis apud omnes nulla ſit fides: quippe qui nugari non deſinunt, & ante alios Nilus in ſolutione tertij Argumenti Latinorum. Si Spiritus accipit a Filio, Filius quoque acciperet a Spiritu. nanque dixit Dominus; *Omnia quæ habet Pater mea ſunt. Propterea dixi, quod de meo accipiet, & annuntiabit vobis*. Quod ſi verum eſt, quæcunque habet Pater, ea quoque Spiritum habere, non incongrue & Paracletus diceret de Vnigenito, *De meo accipiet, & annunciabit vobis*. nulla enim videtur neceſſitas, ſiue maior ratio, ex eo quod Filius omnia Patris habet, Spiritum

ritum ex Filio accipere, & non iam ob hanc eandem rationem Filium accipere ex Spiritu, cum Patris omnia habet Spiritus. Ita Schiſmaticorum primarij argutantur. Quare ergo & Pater non accipiet a Filio & Spiritu, cum omnia Patris & Filius & Spiritus habeant? & ſic generent Filius & Spiritus, & producant Patrem, & fiat confuſio Trinitas, & omnes Patres ſint & Filij & Spiritus ſanctus, & nominibus tantum diſtinguantur, quod aſſerebat Sabellius. Quis ex Græcis, quis ex Latinis, ſi modo ſapit, ignorat relationis oppoſitionem, qua perſonæ diſtinguuntur ad inuicem, vt vna alia non ſit, & Pater ſit ſolus Pater, Filius ſolus Filius, & Spiritus ſolus Spiritus? Et ſubſequitur Nilus, nihil dictum ſimile cõcludere pro Latinis, cum Pater etiam dicatur accipere a Spiritu, nec tamen a Spiritu procedat. Dicit nanque Deus ad Moyſem; Selige ſeptuaginta Presbyteros, & accipiam a Spiritu, qui eſt in te. Et dona Spiritus tantummodo ab ipſis Schiſmaticis inculcata, & ab eodem Nilo ad nauſeam vſque repetita, quanam nunc obliuione deleta ſunt, nec in medium adducuntur? Nonne videt, aliud eſſe accipere de Spiritu, aliud accipere Spiritum. accipit Deus Spiritum ſuum, quem communicarat Moyſi, & illum ea ipſa ratione, qua

commu-

communicauerat Moysi, communicat & alijs Prophetis, ea qua ipsi placuerit mensura. qui Spiritus in Moyse est, non tamen spiritus Moysis est, nisi ita Nilus insaniat, vt non vereatur dicere, Spiritum in Moyse, ab ipso Moyse suam existentiam habere, sicuti habet a Patre. Præterea dicit Nilus, haud fieri posse, vt in hoc loco, *accipiet*, positum sit loco illius, *procedit*, quod *accipiet*, futuri sit temporis, & propter nos, *& annunciabit nobis*; Spiritus vero existentia, neque in tempore est, neque propter nos. Quodsi dicatur illud *accipiet* pro *accipit* pronunciatum esse, male id affirmari, cum oppositum sit, *accipit*, pro *accipiet*, cum non alio sensu dictum sit, quam illud *glorificabit*. & sic Christus propter humanitatem accepit prius a Spiritu, non Spiritus a Christo. Hæc quoque plane puerilia sunt, & contra Patrum decreta: ex Christo scilicet, etiam cum homo esset, vti Deo Spiritus accipiebat. Et vnam eandemque hypostasim accipere & subministrare, mittere, & similia fuse alibi exemplo etiam adducto de Christo offerente oblatoq; ostendemus. Explicandum erat Nilo, quomodo qualitas essentialis alicuius, cum Cyrillo loquimur, absque sua essentia, vel essentia absq; qualitate subsistere posset. Quod si accidens eam esse dixerit,

&

& adesse, abesseque posse absque subiecti corruptione, iam Spiritus sanctus inter creaturas reponetur. Tædet plura dicere, & Nili nugas referre non absimiles, quas cum contentiosius voluit reuoluitq;, stomachum prudentioribus mouet. Sed ex his noscas reliquas. Et hæc reliqui patres, quid vero Cyrillus? Audiatur libro 7. ad Hermiam, Basilium exprimens; Ὁ τοίνυν ἀναπλασμὸς, καὶ ἡ τοῦ κατεφθαρμένου μεταδρομὴ πρὸς καινουργίαν τε καὶ ἀναμόρφωσιν, ἔργον ἂν γένοιτο κατάγε τὸ εἰκὸς, καὶ αὐτῷ μοι δοκοῦν εἶναι ἔχειν, τῆς αὐτῆς φύσεώς τε καὶ ἐνεργείας, ἧς ἂν φαίνοιτο καὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀπορρήτως πλαςουργηθέν. *Reformatio itaque, & corruptio ad renouationem, & restitutionem pristinam immutatio opus fuerit, vt par est, & mihi id optime probatur, eiusdem naturæ & actionis, qua ab initio ineffabiliter creatio habita est.* Et lib. 4. Ἅμα τε γὰρ τοῖς τοῦ τεχνουργοῦντος ἀῤῥήτοις νεύμασι παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν ἀνθρώπου φύσις, καὶ τῇ πρὸς τὸ πνεῦμα χέσει κατεκαλλύνετο. ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς, οὐχ ἑτέρως οἶμαι τοῦ ζώου, τὸ ἐν ἁγιασμῷ καὶ οἰκειότητι τῇ πρὸς Θεὸν διαφανὲς ἔξοντος ἂν, εἰ μὴ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατακαλλύνοιτο μετουσίᾳ. Τοιγάρτοι καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς ἐρήμην τοῦ πάλαι καὶ ἐν ἀρχαῖς ἀγαθοῦ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εὑρὼν, πάλιν αὐτὴν εἰς ἐκείνην μεταστοιχειοῦν ἠπείγετο, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώ-

πληρώματος ἐνιεὶς τε καὶ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, τῷ διὰ σαρκὸς καὶ ἐμφανεστέρῳ φυσήματι, τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν εὖ μάλα σκιαγραφῶν. *Nam simul vt ineffabilibus nutibus opificis producta est ad existentiam humana natura, & quadam cum Spiritu habitudine exornata est, inspirauit enim in faciem illius Spiritum vitæ, quod non alio quam in animal opinor, quod in sanctimonia & familiaritate cum Deo clarum expiret, nisi sancti Spiritus honestetur præsentia. Etenim quando vnigenitus factus est homo, inuentam hominis naturam ab antiquis, & primis bonis destitutam, iterum eam ad illa redire vrgebat, quasi a fonte plenitudinis suæ immittens, & dicens; Accipite Spiritum sanctum: sicque carnali & obscuriore flatu Spiritus naturam adumbrans*. Et Epistola ad Presbyteros & Monachos Orthodoxos; Πιστεύειν γὰρ ἔφασαν εἰς αὐτὸ καθάπερ ἀμέλει εἰς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. ὁμοούσιον γάρ ἐστιν αὐτοῖς. καὶ προχεῖται μὲν ἤγουν ἐκπορεύεται καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ υἱοῦ. ἐνεφύσησε γοῦν τοῖς ἰδίοις Ἀποστόλοις λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Οὐκοῦν ἐκ Θεοῦ, καὶ Θεὸς τὸ πνεῦμα ἐστὶν οὐκ ἀλλότριον τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τε καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἴδιον αὐτῆς. *Credere siquidem in ipsum Spiritum dixerunt eodem ipso modo, quo & in Patrem & in Filium. Illis enim consubstantialis est, & effunditur, procedit scilicet, vti ex fon-*

fonte a Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium. Insufflauit itaque proprijs Discipulis dicens; Accipite Spiritum sanctum. Est ergo ex Deo, & Deus Spiritus, nec alienus est ab omnium sublimissima essentia, sed ex ipsa, & in ipsa, & proprius illius. Concludam hanc veritatem dicto efficacissimo Basilj Magni Orat. de Spiritu, cuius illud principium est. Ἐνθυμηθῶμεν πᾶσα ψυχή. Audiatur. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον ἔχον ἐστὶν, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχον ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ προφηνὸς, αἴτιον αὐτὸν ἔχον, ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζον. πηγὴ δὲ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀγαθῶν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον ἐνυπόστατόν ἐστι. τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα ἐνέργειαι αὐτοῦ εἰσιν. Τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Spiritus sanctus nihil habens in se acquisitum, sed ab æterno habet omnia vt Spiritus Dei, & ex ipso existens, ipsum habens causam tanquam fontem suum, indeque veluti fons scatet: fons vero & ipse prædictorum bonorum, sed qui ex Deo veluti fons scaturit, subsistens est. dona vero ex ipso scaturientia, operationes eius sunt. Hunc Spiritum sanctum effudit super nos abunde Deus per Iesum Christum.* Duo in ea Oratione concludit Basilius. Primum Spiritum sanctum Deum subsistentem ex Deo veluti fonte effluere, hypostasim nempe Spiritus, & Deum: alterum

dona

dona ipſius, quæ ex ipſo vti e fonte effluunt & dantur, quibus illi placuerit. Hunc Spiritum ſubſiſtentem & Deum, non illius operationes, ait Baſilius effudiſſe ſuper nos Deũ per Ieſum Chriſtum, & non illius operationes, quæ per ſe non ſubſiſtunt: & iſtius Spiritus ſubſiſtentis datorem eſſe Chriſtum paulo ante dixerat. Οὕτω δὴ τοιούτου ἀγαθοῦ καὶ θείου ὄντος κτήματος τοῦ πνεύματος, πιστεύσας ἤδη τῷ τοιούτῳ, Χριστὸν τὸν τούτου χορηγὸν ἐπιζητεῖν μὴ δειλία. *Sic itaque cum tale bonum, ac diuina res ſit Spiritus ſanctus, credens in illum, Chriſtum illius datorem conquirere ne dubites.* Et clariora poſcimus, & in aſſertione bonorum ac donorum, & non ipſius Spiritus non ſine contentione perſiſtemus? Diſcrepant ergo a ſanctorum Patrum intelligentia: quinimo anathemati etiam ſubijciuntur, quod mirum non animaduertiſſe Schiſmaticos, in quinta Synodo generali, in cuius definitione legitur. Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀσεβοῦς, τοῦ εἰπόντος, ἄλλον τὸν Θεὸν εἶναι Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, καὶ σὺν ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀναριθμήτοις βλασφημίαις τολμήσαντος εἰπεῖν. ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπὼν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ δέδωκεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἐνεφύσησεν, εἴ τις σὺν τὰ ὅμοια τούτοις φρονεῖ, ἢ φρονήσει πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείνῃ τῇ

τοιαύ-

τοιαύτη ἀσέβεια, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis Theodorũ Mopſueſtiæ Epiſcopum defendit impium, qui dixit alium eſſe Verbum,& alium Chriſtum. & ſuper alias innumerabiles blaſphemias auſus eſt dicere, quod poſt reſurrectionẽ cum inſufflaſſet Dominus diſcipulis, & dixiſſet, Accipite Spiritum ſanctum, non dedit eis Spiritum ſanctum, ſed figuratim tantummodo inſufflauit. Si quis igitur ſimilia tenet, aut vnquam tenuerit, & ad finem vſq; in ſimili impietate perſeuerauerit, anathema ſit.* Quid hic ais Schiſmatice? Dicere inſufflatione illa Dominum non dediſſe Spiritũ ſanctum blaſphemia eſt, & qui ita dicunt, anathemati ſubijciuntur decreto Synodi Generalis. Et tu modo id dicis, non Patres, nõ Latini. & ita aperte blaſphemans, non reſipiſcis,non mutas ſententiam,ſed anathemati obnoxius obdormiſcis, & bene ſentientibus inſultas? Dices. Etſi non dedit Spiritum, dedit dona. Sed quis id dixit etiam ex Schiſmaticis,dona Spiritus ſancti eſſe Spiritũ ſanctum? Quis vnquam creaturam dixit eſſe Deum? Si Spiritus dona Dij ſunt,abijt nobis Trinitas, & cum Gregorio Palama, vno Deo in Trinitate abnegato, Deorum multitudinẽ, non minus atque Ethnici amplectemur. Vis plura ex Cyrillo, cuius cauſa eſt? Audi. Is ſcribit in Theſauris; Τὸ γὰρ πνεῦμα ἐστὶ τὸ ζωοποιοῦν κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν. ὥσπερ οὖν ἐπει-

δήπερ εἰκών ἐστιν ἀκριβεστάτη τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, ὁ δεξάμενος αὐτὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει, οὕτως ἐπὶ τὸ ἴσον σχῆμα τῆς ἀναλογίας τρεχούσης, ὁ δεξάμενος τοῦ υἱοῦ τὴν εἰκόνα, τουτέστι τὸ πνεῦμα, ἔχει πάντως δι' αὐτοῦ τὸν υἱὸν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ πατέρα. *Spiritus enim est, qui viuificat, vt Saluator ait. Quemadmodum igitur, quia Filius est absolutissima Patris imago, qui suscipit Filium, suscipit & Patrem: ita seruata eadem analogiæ ratione, qui recipit imaginem Filij, hoc est Spiritum, recipit omnino per ipsum etiam Filium & Patrem, qui est in Filio.* Item; Ὅτε τοίνυν οἱ τὸ πνεῦμα λαμβάνοντες τὸ ἅγιον, Θεὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς προφητεύουσιν, καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζονται, πῶς ἔσται ποίημα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας μετάληψις σχετικὴ, φυσικῶς διαβαίνουσα παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς τὸ λαβεῖν. ὥσπερ ἂν γένοιτο, καὶ ἐκ πυρὸς θερμότης ἐν σώματι; *Cum itaque qui Spiritum sanctum accipiunt, habentes in seipsis Deum prophetant, eoque nomine admirandi sunt, quomodo erit creatura Spiritus, & non potius supremæ illius essentiæ consors, naturaliter a Patre per Filium in eos, qui apti ad accipiendum sunt, transiens, sicut calor ex igne in corpore?* Item; Οὐκοῦν εἰ τὸ πνεῦμα λαβόντες, καὶ ναὸς καὶ οἶκος Θεοῦ χρηματίζομεν, ὡς Θεὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς οἰκοῦντα, καὶ ἐμπεριπατοῦντα, καθὼς γέγραπται, πῶς οὐ Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; *Cum igitur ij, qui*

Spiri-

Spiritum ſanctum acceperunt, & domus & templum Dei vocantur, vtpote Deum in ſeipſis habentes, inhabitantem atque inambulantem, ſicut ſcriptum eſt, quomodo non ſit Spiritus ſanctus Deus? Item; Ἀλλ' εἴπερ ἦν ὄντως ποίημα καὶ κτίσμα κατὰ τὴν τῶν ἑτεροδόξων μανίαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ὅλην ἔχει τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν; Οὐ γὰρ δή τις τοσοῦτον οἶμαι τοῦ φρονεῖν ὀρθῶς ἐκβήσεται, ὡς τολμῆσαι καὶ μόνον εἰπεῖν, τὴν θείαν οὐσίαν δι' ὀργάνων τινῶν ἔξωθεν εἰς τὸ εἶναι παρενεχθέντων διακονεῖσθαι πρὸς ἐνέργειαν τὴν ἐξ αὐτῆς φυσικῶς διαβαίνουσαν πρός τινας τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὸ λαβεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ζωὴ μέν ἐστι κατὰ φύσιν ὁ υἱός, ζωοποιεῖ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ παρ' αὐτοῦ χορηγούμενον, ἀνάγκη λοιπὸν ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν αὐτὸ τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τήν τε δύναμιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχον, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ὕδατος ἀτμὶς ἀναβαίνοι, καὶ δι' ὧν ἐνεργεῖ τούτων παρ' οἷς ἂν γένοιτο ψύχουσα, τοῦ ἐκπέμποντος αὐτὴν τὴν φύσιν σημαίνουσα. *At qui ſi iuxta Hæreticorum inſaniam Spiritus ſanctus eſſet creatura, quomodo vniuerſam vim atque operationem Dei habet? Neque enim quiſquam, ita emotæ, vt arbitror, mentis erit, vt audeat dicere, diuinam eſſentiam per organa quædam extrinſecus creata adminiſtrare operationem, quæ ipſa naturaliter in quoſdam tranſit, qui prompti ſunt ad accipiendam. Quum igitur Filius ſit naturaliter vita, viuificat autem Spiritus, quem ipſe*

largitur, fatendum itaq; est, eiusdem illum essentiæ esse, cuius est Filius & Deus; vniuersamq; illius vim atque operationem habere, veluti si ex aqua vapor ascendat, & per suam operationem, qua eos, ad quos peruenit refrigerat, naturam eius, vnde emittitur, significat. Item; Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, τὸ πνεῦμα λέγων τὸ ἐνοικοῦν ἐν ἡμῖν. Ὅτε τοίνυν νοῦς ἀπεκλήθη Χριστοῦ, πῶς ἂν εἴη τῶν πεποιημένων, οὐκ ἐνδεχομένης τὴν θείαν καὶ ἀκήρατον φύσιν ἔχειν τι τῶν ἔξωθεν οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ. *Nos autem mentem Christi habemus, Spiritum in nobis habitantem ita vocans. Quum igitur vocatus sit Spiritus mens Christi, quomodo sit creatura? quum fieri non possit, vt diuina atque incorruptibilis natura habeat in se essentialiter aliquid eorum, quæ extrinsecus sunt.* Item; Ὅτε πάλιν ἅπερ ὑπέσχετο δρᾶν ὁ Θεὸς, μετ' ἐξουσίας τὸ πνεῦμα πληροῖ, καὶ ποιμένας ἐγείρει κατὰ τὴν ἐν προφήταις ἐπαγγελίαν. οὐκ ἀλλότριον ἄρα τῆς θείας οὐσίας ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἐνέργεια φυσική τε καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος ἐξ αὐτῆς προϊοῦσα, καὶ ἐν αὐτῇ μένουσα πάντα ἐργάζεται τὰ τοῦ Θεοῦ. *Quum igitur ea quæ Deus promisit se facturum, Spiritus sanctus cum potestate facit & præstat, suscitans Pastores, vt per Prophetas promissum est. non est igitur alienus a diuina essentia Spiritus, sed tanquam naturalis operatio atque essentialis, & inexistens ipsi, & ex ipsa progrediens, & in ipsa manens omnia operatur quæ Deus*

Deus; Item; Ὅτι τοίνυν τὴν τοῦ πατρὸς παρουσίαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναπληροῖ, πῶς οὐκ ἔστι δῆλον, ὡς οὐ διώρισται τῆς οὐσίας τῆς θείας, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς φυσικῶς ἐκπεμπόμενον, ὅλην ἔχει τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὴν ἐνέργειαν. καὶ ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ τοῖς ἁγίοις παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ πεμπόμενον, αὐτὸς μαρτυρήσει ὁ σωτήρ. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος. καὶ τὰ ἑξῆς. *Cum ergo Spiritus ſanctus Patris ſimul præſentia & Filij nos impleat; quomodo non ſit manifeſtum, Spiritum a diuina eſſentia ſeiungi non poſſe, ſed ex ipſa naturaliter emitti, & vniuerſam Patris ac Filij operationem habere? Quod autem Spiritus ſit, qui ſanctis a Patre per Filium mittitur, ipſemet Saluator teſtatur, dicens, Quando venerit Paracletus.* &c: Item. Εἰ τοίνυν κεκληκότος αὐτὸν εἰς Ἀποστολὴν τοῦ πνεύματος, παρὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ κεκλῆσθαι φησὶ, δείκνυται σαφῶς, οὐκ ἀλλότριον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐνέργειά τις φυσικὴ, πάντα δυναμένη πληροῦν, ὅσα καὶ βούλεται. *Si ergo, cum Spiritus ipſum ad Apoſtolatum vocarit, a Chriſto Ieſu vocatum ſe eſſe ait, oſtendit aperte, non alienum eſſe ab eſſentia Filij Spiritum ſanctum, ſed in ipſo & ex ipſo, ac veluti vim quandam naturalem, quæ omnia quæcunque velit, præſtare poſſit.* Item; Ὅτε τοίνυν διὰ τοῦ πνεύματος εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὁ Χριστὸς κατοικεῖ, πρόδηλον δήπουθεν, ὡς οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ἐνοι-

ἐνοικεῖν λέγε). *Cum itaq; Christus per Spiritum in interiore homine habitet, manifestum est, non esse diuersum ab ipsius essentia id, per quod in Sanctis habitat.* Spiritus qui in nobis inhabitat per Christum, Cyrillo decernente, est viuificans, sanctusq; Spiritus, imago Filij absolutissima; & qui Spiritum accipit, simul cum eodem & Patrem, & Filium accipit; qui vti imago creatoris, in creaturis elucet; qui Deus est, & non aliter; supremæ illius essentiæ consors, naturaliter per Filium trasiens, sicut calor ex igne in corpora, & est ex eadem essentia Patris & Filij, vniuersam eorum vim atque operationem habens, vti ex aqua vapor ascendens, non per organa quædam extrinsecus creata operationem administrans in illis, qui apti sunt ad illum recipiendum; & qui præterea est mens Christi, & diuina & incorruptibilis natura; actio naturalis & essentialis, & se ipsa hypostasis existens; Patris & Filij vniuersæ operationis particeps. Hic talis tantusque Spiritus per Filium suppeditatus in nobis inhabitat, & habitando suas operationes exercet, & Schismaticus dona Spiritus, & non ipsum Spiritum suppeditari contēdit? Erunt ne dona Spiritus imago Filij, imago creatoris, supremæ essentiæ consortia, naturaliter per Filium transeuntia, sicut calor ex igne,

ex

ex essentia Patris & Filij, vti ex aqua vapor ascendentia, non per organa quædam extrinseca operationem administrantia: & propterea mens Christi, diuina atque incorruptibilis natura, actio naturalis & essentialis, & sua hypostasi per se existentia, tandemque Deus? Et sic eruntne dona Spiritus vnus Deus, cum Spiritus non est? & sic abijt nobis Trinitas in quaternitatem adducta: si vnumquodque donum per se existens in speciali sua hypostasi Deus elucet, temere Deorum antiquorum multitudinem contemnimus & pro nihilo ducimus; & tum potissimum si dona hæc hypostasi sua subsistentia, & bonorum essentialium Patris & Filij consortia, aliquid vti diuinæ hypostases producant, & producta ab illis alia. Sic maxima Deorum multitudo maior fiet, & de nouo Dijs vti fungis exortis singulis horis augebitur. Sed dona Spiritus, quæ per Christum dignis suppeditantur, creaturæ sunt. Verum hæc dicere non est loqui cum Cyrillo, neq; cum sanctis Patribus, sed cum lapidibus, & truncis, imo cum ipso Satana. Suppeditatur ergo primum per Filium Spiritus sanctus vnus ex Triade dignis, Paulo teste, alijs sermonem sapientiæ, alijs fidem, alijs gratiam sanitatum, alijs virtutum operationes diuidens, singulis pro vt vult. Au-

diant Schiſmatici eundem Cyrillum; Τί τοίνυν ἀμφιβάλλουσιν, εἰ Θεὸς τὸ πνεῦμα ὑπάρχει κατ' οὐσίαν, οἱ πρὸς μόνον τὸ δυσφημεῖν ἑτοιμότατοι, Παύλου σαφέστατα διειπόντος μὲν, ὡς τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ διαιροῦν μὲν, καθὼς ἂν αὐτὸ βούληται, τὰ τῶν θείων χαρισμάτων εἴδη, εἶτα πάλιν φάσκοντος, Θεὸν εἶναι τὸν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ τοιαῦτα χορηγοῦντα τοῖς ἀξίοις. πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τοὺς ὀρθῶς ἐθέλοντας φρονεῖν, μὴ ταῖς τοῦ Παύλου φωναῖς, ἀλλὰ ταῖς ἄλλων προσέχειν ἀβουλίαις. *Quid ergo dubitant Spiritum eſſe Deum, qui ad blaſphemandum promptiſſimi ſunt, cum Paulus apertiſſime dicat, Spiritum eſſe, qui diuidit, pro ut ipſi placet, diuinorum donorum varia genera; & cum rurſus dicat, Deum eſſe qui eiuſmodi dona ſanctis in Eccleſia largitur. Quomodo autem non ſit abſurdum, eos qui recte ſentire volunt, non Pauli ſententiæ, ſed Hæreticorum temerariæ opinioni acquieſcere?* Quod modo faciunt Schiſmatici, cum dicunt, dona Spiritus per Filium mitti & ſuppeditari, & non ipſum Spiritum ſanctum, cum vel hac ſola reſponſione omnia Cyrilli aduerſus Pneumatomachos argumenta, quibus ille diuinitatem Spiritus aſtruit, cadant. Satis enim fuerit Cyrillo dicere, Spiritum per Chriſtum ſuppeditatum, cum non eſt ipſe Spiritus, ſed illius dona, quæ creatura ſunt, per Chriſtum ſuppeditari Spiritum creaturam.

CA-

CAPVT LII.

Coniunctiones μὲν, & δὲ male expositas a Nilo.

ET stulte nimis commentatur Nilus Thessalonicensis; Ἔτι αὐτὸ τὸ διαιρετικῶς διὰ τῶν συνδέσμων τὸν λόγον προαγαγεῖν τὸν θεῖον Κύριλλον, καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει δι' υἱοῦ, οὐ σαφῶς φρονοῦντός ἐστι, ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα; κοινῆς γὰρ οὔσης τῆς τοῦ πνεύματος χορηγίας πατρὶ καὶ υἱῷ, εἰ κοινὴ καὶ ἡ ἐκπόρευσις ἦν, μάτην ὁ μερισμὸς, καὶ ἡ τοῦ προχεῖσθαι ἐξήγησις, καὶ παρὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ἡ τῶν λεγομένων ἐξαγγελία. διαφέροντα γὰρ τινὰ δυσὶ προσώποις ὡσαύτως ἀνήκοντα τοῖς συνδέσμοις ταῦτα μερίσαι, καὶ τὸ μὲν ἀναθεῖναι τῷ ἑνὶ, τῷ ἑτέρῳ δὲ τὸ ἕτερον ἡ τῶν Ἑλλήνων οὐκ οἶδε γλῶττα. Πέτρου γὰρ καὶ Παύλου ἑκατέρου καὶ Ἀποστόλου καὶ Μάρτυρος ὄντος, εἰ περὶ αὐτῶν τις τοὺς λόγους ποιούμενος, οὕτως λέγοι, Πέτρος μὲν Ἀπόστολος, Παῦλος δὲ Μάρτυς, οὐκ ἂν σωφρονεῖν δόξειεν, οὐδ' ὑγιαίνειν τὴν γλῶτταν, οὕτως οὐδὲ τὸν Περικλέα μὲν στρατηγὸν ἐρεῖς, τὸν Θεμιστοκλέα δὲ ῥήτορα. ἑκατέρῳ γὰρ ἑκάτερον ὁμοίως πρόσεστιν, εἰ μή τις ὑπερβάλλειν τῷ ἑτέρῳ νομίζοιτο. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀγνοήσαντες οἱ τῆς τῶν Χριστιανῶν θεολογίας καθηγεμόνες τῷ διαιρετικῷ τούτῳ σχήματι ἐν τῇ θεολογίᾳ πολλάκις

ἐχρή-

ἐχρήσαντο, τὰ θεαρχικὰ διακρίνοντες πρόσωπα. *Deinde dum cum distinctione per coniunctiones sermonẽ digessisset Cyrillus, dixissetq; de Spiritu sancto; profunditur quidem, procedit nempe, ex Deo & Patre; suppeditatur vero creaturæ per Filium, annon ita sentientis est, ex Patre solo existentiam habere Spiritum? Cum enim communis sit Spiritus suppeditatio & Patris & Filij, si processio quoque communis esset, frustra partitio illa apposita fuisset, & verbi profundi interpretatio, & præter communem vsum eorum quæ dicuntur enunciatio. Nanque cum nonnulla præcellentia in duabus personis, & eodem modo ad illas pertinentia coniunctionibus diuiduntur, vnum quidem appingere vni, alteri aliud, Græcorum locutio non nouit: Nanque Petrus & Paulus cum vterq; Apostolus sit & Martyr, si quis de illis sermonem instituens ita loqueretur, Petrus quidem Apostolus, Paulus vero Martyr, certe neque mente sanus, neque lingua integer reputaretur. Sic neque Periclem copiarum ducem dixeris, Themistoclem vero Oratorem: vtrique enim vtraque adsunt, nisi quis vnum in altero magis eximium esse existimaret. Hæc cum non ignorarent Christianæ Theologiæ Principes distinctionis figura sæpius vsi sunt, Deitatis principes personas distinguẽtes.*

Verba Nili exscripsit Iosephus Bryennius Oratione 9. de Trinitate. Coniunctio illa

non

non ad secernendam operationem, qua producitur Spiritus a Patre & Filio apposita est. Vna enim est operatio Patris & Filij, & vna spiratio, qua spiratur Spiritus, quemadmodũ vna est processio, qua a Patre & Filio Spiritus procedit; sed ad distinguendam causam procatarcticam, quæ est Pater absque principio, & nihil ab alio accipiens, a Filio qui non est ex se, sed a Patre principium suum agnoscit, quod Cyrilliana verba, quæ non considerauit Nilus, præseferunt. Προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ υἱοῦ. *Effunditur quidem, nempe procedit veluti a fonte Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium.* Illo, *veluti a fonte* procatarcticam causam expressit, eamque vt distingueret, coniunctionem vsurpauit. *Quidquid enim de Filio dicitur, ad Patrem tanquam ad primam causam refertur*, dicit Basilius. Eodem siquidem modo Pater suppeditat Spiritum, vt Athanasius inquit in Colloquio Anomœi & Orthodoxi, dictumq; corroborat Apostoli alio dicto dicentis, *Qui suppeditat nobis Spiritum, & operatur in nobis virtutes.* An propterea dicet Nilus, ex Filio esse veluti e fonte, ex Patre vero tanquam suppeditatore tribui iustis? Christianæ Theologiæ principes docent; Quidquid est ex Patre & Filio,

ex Patre per Filium dicitur esse, tanquam ex vno Deo. Insufflatur enim ex vtroque Spiritus, & ex vtroque effunditur; & ex vtroq; suppeditatur, omniaq; hæc tanquam ex vno Deo. Hinc Cyrillus lib. 6. ad Hermiam; Ὃ γὰρ ἂν δρῶτο παρὰ τοῦ πατρὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶν ἐνέργημα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅπερ ἂν λέγοιτο ἐξαπεραίνεσθαι δι' υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ πατρὸς. πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ. *Quidquid a Patre fit, hoc modis omnibus operatio quoque Filij fuerit, & quidquid dicitur a Filio effici, hoc idem prorsus & a Patre confici dicitur: omnia siquidem ab vtroque & æqua lance*. Item; Πῶς οὐ δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ ἱέναι δώσομεν τὴν ζωὴν, καὶ οὔτοι που δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος Θεοῦ. *Quomodo non per vtrumq; in nos immitti æqua ratione vitam concedemus, & non ex duobus, sed tanquam ex vno omnia viuificante Deo*. Idque confirmat testimonio Pauli Athanasius dicentis, *Deus & Pater & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos*. Hæc Patres. Verum Nilus effusionis & processionis differentiam ponens, quare non potius considerauit, cum ex Filio Spiritus procedat, ex eo suppeditari & dona naturaliter; & naturaliter ab illo suppeditari est, est ab æterno suppeditari, & non ad aliquos, aut secundum causam. Quare concludebat

Geor-

Georgius Trapezuntius ad Ioannem Cuboclesium de Processione Spiritus sancti. Ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴ τις θείη αἰώνιον εἶναι καὶ πρὸ τῆς κτίσεως τὸν ἥλιον. ἦν ἂν καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ πάντα τὸ φῶς αὐτοῦ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἀπολύτως, καὶ οὐχ ἡμῖν. ἡμῶν δὲ κτισθέντων λάμψειεν ἂν καὶ ἡμῖν. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ ἡλίου. πηγάζει μὲν ὁ υἱὸς αἰωνίως τὸ πνεῦμα ὡς ἴδιον, τῆς κτίσεως δὲ γενομένης πηγάζει καὶ τῇ κτίσει. ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ἢ δι' αὐτοῦ ὂν φωτίζει ἡμᾶς τὸ νοερὸν φῶς. καὶ οὕτω δευτέραν μὲν πρόοδον λέγομεν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γενόμενον τοῖς ἀξίοις φωτισμὸν, εἴτε κτιστόν τι, ἢ ἄκτιστον, καὶ εἴτ' αὐτὸ, ἢ ἄλλο τῆς θείας οὐσίας οἴεταί τις τοῦτον τὸν φωτισμόν. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ παρὸν διαφέρομαι. ἵνα μὴ ἔξω σκοποῦ βάλλω. *Sed si quis ab æterno esse, & ante creationem ipsum solem posuerit, esset utique & ante quam creata fuissent omnia lumen ipsius per radium absolute, & non nobis; nobis vero postmodum creatis, lumen etiam nobis præbuisset. Sic & de vero sole ratiocinandum est. Emittit Filius ab æterno Spiritum veluti suum, ubi vero creatio absoluta est, emittit etiam creaturæ. Ex ipso enim existens, aut per ipsum, illuminat nos intellectuali lumine, & hoc pacto secundum progressum nuncupamus eam, quæ ex Patre dignis illuminatio fit, siue quid creatum, siue increatum, siue eam ipsam, siue quid aliud ex diuina essentia promanans, hanc illuminationem quispiam existimauerit. Neque enim in-*

præ-

præsenti alicui controuersiam construo, ne extra scopum collineam. Et quod ex Grammaticorum regulis de Coniunctionibus attulit in medium Nilus, & eum secutus Georgius Gemistus Pletho de Processione Spiritus sancti ad Bessarionem Cardinalem, plane ridiculum est. Ne multa producendo Lectoribus tædio sim, vnus Theologiæ princeps Oratione de Theologia Nazianzenus magistellum similem dicto suo iugulabit, cum scribit; Προστησάμενοι τοῦ λόγου τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥστε τὸν μὲν εὐδοκεῖν, τὸν δὲ συνεργεῖν, τὸ δὲ ἐμπνεῖν. Quid nunc garrit Nilus? Nonne tum Pater, tum Filius, tum Spiritus sanctus, εὐδοκοῦσι, συνεργοῦσι, καὶ ἐμπνέουσιν; Sed quid moror? ipse sibi Nilus, dum non furijs agitatur, respondeat. Τοῦτο δὲ ἔθος τοῖς Ἕλλησιν, ἢ ἐπὶ τῶν αὐτῶν πάντῃ τὸν λόγον προάγειν, ἢ ἐπὶ τῶν μὴ πάνυ τοι διεστηκότων, ὥσπερ ἡ τοῦ Θεολόγου ῥῆσις ἔχειν δοκεῖ. τῇ φωνῇ τῶν ῥημάτων τούτων ἐχόντων τὸ ἕτερον, τῷ σημαινομένῳ δὲ οὐδαμῶς, ἢ μικρόν τι δῆλον. ἀντιστρέφουσι γὰρ ἀλλήλοις. τὸ γὰρ εὐδοκεῖν συνεργεῖν ἐστι, καὶ ἐμπνεῖν. καὶ τὸ συνεργεῖν, εὐδοκεῖν καὶ ἐμπνεῖν. καὶ τὸ ἐμπνεῖν εὐδοκεῖν καὶ συνεργεῖν, ἄν τις ἐπὶ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα σκοπῇ. *Hoc Græcis in vsu est, aut de similibus prorsus orationem proferre, aut de illis, quæ non multum inter-se differunt, vti Theologi dictum se habet, cum verborum horum expositio*

aliud

aliud contineant, sed significatu nullo modo, vel minimum diuerso, quod manifestum sit, cum contra inter se vertantur. Nanque approbare, & cooperari, & spirare idem sunt: cooperari, & approbare, & spirare: spirare & approbare, & cooperari, si quis similia in Deo considerat. Euge mi Nile: Coniunctiones quas supra dixeras, diuisionem rerum inferre, ideoq; concludebas, aliud esse procedere ex Patre, aliud effundi a Filio, modo tibi contradicens insinuas, morem Græcorum esse, similibus coniunctionibus vti, cum de ijsdem, aut parum differentibus sermonem instituunt, quod exemplo Nazianzeni probas, qui verbis hisce, *approbare, cooperari, & spirare* non diuersa, sed eadem significātibus in Trinitate vsus est. Bene. tu præisti. ego sequar. Ergo Cyrillus de Trinitate sermonem habens, vocem προχεῖται, *effunditur*, quam dicit processionem connotare de Patre & Filio, dicit, Spiritum quidem effundi, procedere nempe ex Patre, suppeditari vero per Filium creaturæ, licet diuersorum vocum expressio sit, attamen significatus voçum diuersus non est, etsi coniunctiones *quidem* & *vero* interponantur. Quare eodem modo Spiritus effunditur, procedit nempe a Patre, vt procedit a Filio creaturis suppeditatus. Hoc aliorum etiam Patrum dictis pateat. Basilius magnus

Epi-

Epiſtola ad Fratrem; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ υἱοῦ μὲν εἴρηται, ᾧ ἀδιαστάκτως συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται. *Spiritus ſanctus Filij quidem dictus eſt, cum quo inſeparabiliter comprehenditur, ex Patris vero cauſa dependens habet eſſe, vnde etiam procedit.* Rurſuſque; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μετὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεται, ἐκ δὲ τοῦ πατρὸς ὑφέστηκεν. *Spiritus ſanctus ſimul cum Filio cognoſcitur, ex Patre vero ſubſiſtit.* Gregorius Nyſſenus contra Eunomium, Ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς, διὰ δὲ τοῦ μονογενοῦς φωτὸς ἐκλάμψαν. *Sed ex Deo quidem vniuerſorum & ipſe ſui cauſam habens, vnde eſt etiam vnigenitũ lumen, per verum vero lumen elucens.* Idem de eodem; Ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτός. *Sed per ipſum quidem elucens, hypoſtaſis vero cauſam habens ex primigenio lumine.* Et ne a Cyrillo diſcendamus, cuius cauſa agitur. ſcribit ipſe ad Hermiam; Προίεισι μὲν ἐξ ἰδίας αὐτὸ φύσεως ὁ πατὴρ, χορηγεῖ δὲ τοῖς ἀξίοις καὶ αὐτὸς ὁ υἱός. *Emittit quidem ipſum ex propria natura Pater; ſuppeditat vero dignis & ipſe Filius.* Si coniunctiones ita appoſitæ diſtinctionem rerum important, argumentetur ergo Nilus ex Baſilio, Spiritum ſanctum non eſſe Patris Spiritum, neq; illi inſe-

inſeparabiliter coniungi, neque ab eodem cognoſci: ex Nyſſeno, non elucere ex Patre: ex Cyrillo, non ſuppeditari ab eodem dignis; & qui ſimilia ſcribit, & veluti e cathedra decernit, ſanus mente, & lingua integer reputabitur? Quas offundunt incautis tenebras Schiſmatici! Quare, mi Nile, plane demens eſſe videris (reddo tibi tua verba) qui neſcias, licet Chriſtianæ Theologiæ Principes diſtinctionis figura ſæpius vtantur, ſæpius etiam illa vti, non ad res diſtinguendas, ſed ad relationem mutuam inſinuandam. Et hæc ad comprimendum Schiſmaticorum faſtum, qui cum putant ſe omnia ſcire, nec in ijs, quæ pueris & tyronibus in ſcholis plana ſunt, verſati ſunt. Nota præterea nullum ad hoc æui ex Doctoribus Spiritum Filij dona, aut ad nos, & in tempore progreſſum ſecundum expreſſiſſe. Ab æterno enim Spiritus Filij Spiritus eſt. Hinc Chryſoſtomus Homilia de Spiritu ſancto, *Ipſam*, ait, *intelligi Spiritus hypoſtaſim, cum Spiritus Filij, vel veritatis, vel Chriſti dicitur*. Et quemadmodum nullus ex Patribus Filij Spiritum dona ipſius Spiritus appellauit, ita vice verſa Filij Spiritum Paracletum ipſum, & tertiam in Triade perſonam plerique nominarunt. Ioannes Damaſcenus in Canticis, quæ cani ſolent in Eccleſia Græ-

corum, & quæ sæpius ipsi Schismatici legunt, & alijs legenda inculcant; Ἵλεων νέμοις ἡμῖν πνεῦμα μεταδοτικὸν ἀγαθότητος ἐκ πατρὸς διὰ σοῦ προερχόμενον. *Propitium nobis concede Spiritum, communicatorem bonitatis ex Patre per te progredientem.* Et in Canone Pentecostes; Σὺ γὰρ ποταμὸς θεότητος ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προερχόμενον. *Tu enim diuinitatis fluuius ex Patre per Filium progrediens.* Fluuius Deitatis, & Spiritus communicator bonitatis, non dicuntur dona Spiritus, sed Paracletus ipse, & Spiritus in propria hypostasi.

CAPVT LIII.

Filium esse fontem Spiritus sancti eadem ipsa ratione, qua Pater est fons.

ADhuc in prauitate perstant Schismatici, & in summa peruersitate opinionum versantur, & Cyrilli dictum; *Effunditur quidem, nempe procedit, veluti a fonte Deo & Patre, suppeditatur vero creaturæ per Filium,* malitia iam vsitata in alia atque alia detorquent. In eo nempe Spiritus originem & fontem dici Patrem, Filium vero suppeditatorem. Et Patrem solum esse fontem probant ex Dionysio Areopagita. Ὅτι μὲν ἔστι πηγαία θεότης ὁ πατὴρ. ὁ δὲ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα,

τῆς

τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη, καὶ ὑπερούσια φῶτα πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν. *Rursum a ſcripturis accepimus Patrem quidem eſſe originem in diuinis, Filium vero & Spiritum ſanctum, quaſi Deiprolem, vel ſi dictu fas eſt, quaſi germina diuina, ac lumina ſuperſubſtantialia exiſtere.* Addunt teſtimonium Nicænæ primæ Synodi; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δέ ἐστι τοῦ υἱοῦ. *Spiritus ſanctus procedit quidem ex Patre, eſt vero proprius Filij.* Quis id negat? Dixerunt hoc & alij Patres Cyrillo ipſo antiquiores & recentiores. Athanaſius in Colloquio Orthodoxi, & Macedoniani; Μὴ γένοιτό μοι εἰπεῖν ἐπίκτητόν τι ἐπὶ τοῦ πνεύματος. οὔτε γὰρ τὸ ἅγιον, οὔτε τὸ ἄφθαρτον, οὔτε ἄλλό τι τῶν περὶ Θεὸν θεωρουμένων λέγω εἶναι ἐπίκτητον τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ φύσει ἅγιον, φύσει ἄφθαρτον ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πηγάζον, ἤτοι ἐκπορευόμενον. *Abſit vt dicam aliquid eſſe adſcititium in Spiritu ſancto, neque enim ſanctum, neque incorruptibile, neque aliud, quod de Deo conſideretur, dico eſſe adſcititium in Spiritu ſancto, ſed eſt natura ſanctus, natura immortalis vti Spiritus Domini, ex ipſo quaſi ex fonte exiliens, ſiue procedens.* Et altero Dialogo, qui eſt de Trinitate contra Anomœum; Καὶ τὸ πνεῦμα δὲ λέγομεν ἀγέννητον. οὐ γὰρ ἔχει γενεσιουργόν. ἀλλ' οὐκ ἀναίτιον. ἔχει γὰρ αἴτιον τὸν Θεόν. οὐχ

ὡς γεννησιουργὸν, ἀλλ' ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ. καθάπερ γὰρ ἡ πηγὴ οὐ γεννησιουργεῖ ἔξωθεν ὃ χορηγεῖ ὕδωρ, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῆς πηγάζουσα ἔχει. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πηγὴ τοῦ πνεύματός ἐστιν, ὡς εἴρηται, καὶ χορηγὸς αὐτοῦ, οὐκ ἔξωθεν αὐτὸ προσλαμβάνων, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ πηγάζων. *Spiritum ſanctum ingenitum dicimus, quia genitorem non habet, non tamen cauſa carentem: habet enim cauſam Deum, non vt genitorem, ſed vt ſui ipſius fontem. Nam vti fons quam emittit aquam, eam non extrinſecus generat, ſed a ſeipſo ſcaturire faciens habet; ſic etiam Spiritus ſancti fons eſt Deus, vt dictum eſt, & præbitor ipſius, nõ ipſum extrinſecus aſſumens, ſed ex ſeipſo manare faciens*. Baſilius in ijs quæ ſcripſit aduerſus Sabellium, Arium, & Eunomium. Ἔστι μὲν γὰρ ὁ πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ ἀνενδεὴς, ῥίζα καὶ πηγὴ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Eſt quidem Pater ſuum eſſe perfectum poſſidens, nullius indigens, radix, & fons Filij & Spiritus ſancti*. Et in Capitibus Antirrheticis de Spiritu ſancto; Οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχον, ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὸς, αἴτιον ἑαυτῷ ἔχον, ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζον. πηγὴ δὲ καὶ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀγαθῶν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον ἐνυπόστατόν ἐστι. τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα ἐνέργειαι αὐτοῦ εἰσίν. *Nihil habens in ſeipſo adſcititium, ſed ab æterno omnia poſſidens, vti Spiritus Dei, qui ex ipſo apparet, cauſam ſibimetipſi habens, vti ſui-ipſius*

ipsius fontem, indeque exiliens. fons autem & ipse est prædictorum bonorum, veruntamen quod ex Deo effluit in hypostasi est, quæ vero ex ipso effluunt operationes ipsius sunt. Maximus Homologeta Centuria 3. capitum Gnosticorum & Theologicorum; Θεὸς ἑνὸς υἱοῦ γεννήτωρ πατὴρ, καὶ πνεύματος ἑνὸς ἁγίου πηγὴ, μονὰς ἀσύγχυτος, καὶ τριὰς ἀδιαίρετος. *Vnus Deus vnius Filij genitor Pater, & Spiritus vnius fons, vnitas inconfusa, & Trinitas indiuisa.* Re & sententia eadem dicit Cyrillus Epistola ad Presbyteros & Monachos; Ὁμοούσιον γάρ ἐστιν αὐτοῖς. καὶ προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. *Consubstantialis est enim illis, & profunditur, nempe procedit, veluti ex fonte, ex Deo & Patre.*

CAPVT LIV.

Contra Camaterum de silentio Athanasij, & Basilij, Filium esse fontem Spiritus sancti, & Chrysostomi dictum expositum.

REm proprius attingamus. Andronicus Camaterus in Hoplotheca tradit ex Athanasio, necnon & Basilij verbis, quæ scripsit aduersus Sabellium, & Arium, & Eunomium, solum Patrem originem & fontem esse vtriusque, Filij nempe & Spiritus

ſancti. *Si itaque Filius eſſet origo & fons Spiritus, quomodo magnus ille ſilentio præteriiſſet?* Et rurſum; *Si non eſt fons Filius, quomodo procedit ex hoc Spiritus ſanctus?* Ὁρᾷς μόνον τὸν πατέρα ῥίζαν, καὶ πηγὴν ἀμφοτέρων τοῦ τε υἱοῦ δηλονότι, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ οὖν καὶ ὁ υἱὸς ῥίζα καὶ πηγὴ ἦν τοῦ πνεύματος, πῶς ἂν ὁ μέγας οὗτος ἀπεσιώπησεν; Item; Εἰ γοῦν μὴ πηγὴ ὁ υἱὸς, πῶς ἐκπορεύεται τούτου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; *Vides ſolum Patrem radicem & fontem amborum Filij nempe & Spiritus ſancti? Si itaq; Filius etiam radix & fons eſſet Spiritus, quomodo magnus hic tacuiſſet?* Et; *Si itaque Filius fons non eſt, quomodo ex eo procedit Spiritus ſanctus?* Ergo ſi non ſiluiſſet de Filio, Spiritus ſanctus haberet exiſtentiam per Filium, & ex Filio, nam ſi ex Patre exiſtentiam Spiritus, Patrem fontem vocans, commonſtrauit, cum nos inuenimus Filium fontem Spiritus dictum, vltro amplectendum fuerit, Spiritum eſſe etiam ex Filio, Cyrillo decernente. *Omnium naturalium bonorum Patris particeps eſt Filius, vnam ſi excipias paternitatem.* Pater enim pater Spiritus non eſt: quare communicabit cum Filio in emanatione Spiritus, ſi duo fontes non ſunt, ſed vnus fons Spiritus Pater & Filius. Inueniendus ergo eſt fons de Filio dictus. Athanaſius Orat. de Incarnatione Domini; Διὰ τοῦτο Δαυὶδ ψάλ-

λων,

λων, τοῦ Θεοῦ λέγει, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Οἶδε γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὶ ὄντα τὸν υἱόν, τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Propterea Dauid canens Deo dicit, in lumine tuo videbimus lumen. Vidit enim apud Deum Patrem ſtantem Filium, fontem Spiritus ſancti.* Et alibi; Πηγὴ ζωῆς ὁ υἱός. λέγει γὰρ ὁ Δαυὶδ πρὸς τὸν πατέρα, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. καὶ πάλιν ἕτερος Προφήτης λέγει περὶ τῶν Ἰουδαίων, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. ὕδωρ δὲ ζῶν ὀνομάζεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Fons vitæ Filius. ait ſiquidem Dauid ad Patrem; coram te eſt fons vitæ. rurſumque alius Propheta de Iudæis; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. aqua autem viua nuncupatur Spiritus ſanctus.* Baſilius magnus libro ſecundo aduerſus Eunomium; Τί οὖν ἡμεῖς; πῶς καὶ ἀγέννητον τὸν πατέρα, καὶ γεννητὸν τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντες, τὴν κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἐναντίωσιν διαφεύγωμεν; Τί λέγοντες; ὅτι ἀγαθοῦ μὲν πατρὸς ἀγαθὸς ὁ υἱός. ἐκ φωτὸς δὲ τοῦ ἀγεννήτου φῶς ἐξέλαμψε τὸ ἀΐδιον, καὶ ἐκ τῆς ὄντως ζωῆς ἡ ζωοποιὸς προῆλθε πηγή, καὶ ἐκ τῆς αὐτοδυνάμεως ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἐξεφάνη. *Nos igitur quid? Quomodo & ingenitum Patrem, & genitum Filium confitentes, illam in ipſa eſſentia repugnantiam effugiemus? Quid ad hæc dicemus? nempe boni Patris bonum eſſe Filium, & ex ingenita luce lucem æternam emicuiſſe, & ex vera vita viuificum fontem prodiiſſe, & ex eo qui eſt ipſa per ſe po-*

tentia potentiam Dei apparuiſſe. Gregorius Nazianzenus Orat. de Spiritu ſancto; Patrem vocat oculum, fontem Filium, fluuium Spiritum ſanctum. Ioannes Chryſoſtomus Orat. in myſterium Baptiſmatis; Διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ δείκνυσιν αὐτὸν πηγὴν ζωῆς, καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Propterea Saluator oſtendit ſemetipſum fontem vitæ & aquam viuam Spiritum ſanctum*. Quid hic dicent Schiſmatici? Diſcant, ſi neſciunt, Eccleſiæ Græcæ Patres primarios vocaſſe Filium fontem Spiritus ſancti, neq; dogma adeo graue ſilentio præterijſſe. Fateantur ergo nunc, cum videre incipiunt edocti, Spiritum ſanctum procedere etiam ex Filio, cum fontem ſui Filium agnoſcat. Hoc enim de ratione fontis eſſe, nec ipſi negant. & nos auctoritate eorundem Patrum, neque enim ex noſtris loquimur, probabimus. Athanaſius Oratione ſecunda contra Arianos. Πῶς τοίνυν οὐκ ἀσεβεῖ ὁ λέγων, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός; ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν. ἦν ποτε ἡ πηγὴ ξηρὰ τῆς ζωῆς. ἦν χωρὶς τῆς ζωῆς καὶ τῆς σοφίας. ἡ δὲ τοιαύτη οὐκ ἂν εἴη πηγή. τὸ γὰρ μὴ ἐξ αὐτῆς γεννῶν οὐκ ἔστι πηγή. *Nonne igitur impie loquitur, qui dicit, erat aliquando cum non eſſet Filius? Perinde eſt enim ac ſi diceret; erat aliquando fons ille ſiccus. erat ſine vita & ſapientia. at eiuſmodi fons eſſe nequit. Quod enim ex ſeipſo non gignit, non eſt fons*. Et Dialogo contra Ano-

mœum ;

mœum; Καὶ τὸ πνεῦμα δὲ λέγομεν ἀγέννητον. οὐ γὰρ ἔχει γεννήτορα, ἀλλ' οὐκ ἀναίτιον. ἔχει γὰρ αἴτιον τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς γεννήτορα, ἀλλ' ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ. καθάπερ γὰρ ἡ πηγὴ οὐ γεννήτορα ἔξωθεν, ὃ χορηγεῖ ὕδωρ, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῆς πηγάζουσα ἔχει. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πηγὴ τοῦ πνεύματός ἐστιν, ὡς εἴρηται, καὶ χορηγὸς αὐτοῦ, οὐκ ἔξωθεν αὐτὸ προσλαμβάνων, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ πηγάζων. *Spiritum ſanctum ingenitum dicimus, quia genitorem non habet, non tamen principio carentem. Habet enim principium Deum, non vt genitorem, ſed vt ſui ipſius fontem. Nam vti fons, quam emittit aquam, eam non extrinſecus generat, ſed a ſeipſo ſcaturire faciens habet. Sic etiam Deus fons eſt Spiritus ſancti, vt dictum eſt, & præbitor ipſius, non ipſum extrinſecus aſſumens, ſed ex ipſo manare faciens.* Nec alia ſunt quæ tradit Cyrillus libro 1. in Ioannem. Ἀδικήσει δὲ ὅλως οὐδὲν τὸ ὡς ἐν πηγῇ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ὑπάρχειν ἐννοεῖν. μόνον γὰρ τὸ, ἐξ οὗ τὸ τῆς πηγῆς ἐν τούτοις ὄνομα σημαίνει. *Non temere aliquis intelliget, Filium in Patre exiſtere vti in fonte. Nam in iſtis vocabulum fontis tantummodo id, ex quo, ſignificat.* Illud dicitur eſſe fons, quod ex ſeipſo effundit, non extrinſecus accipiens, ſed ex ſeipſo ſcaturire faciens illud, cuius eſt fons, & hoc ſolummodo fons ſignificat, alias non eſſet fons, hæc Patrum ſententia eſt & potiſſimum Cyrilli. Sed Filius ijſdem Patribus & Cyril-

Cyrillo decernentibus eſt fons Spiritus ſancti. concludendum omnino eſt eorundem decreto, Spiritum ſanctum ex Filio eſſe, non adſcititio modo, ſed eſſentiali & naturali, & in propria hypoſtaſi, cum Filius fons ſit Spiritus ſancti, non extrinſecus aſſumens, ſed ex ſeipſo manare faciens. Ergo Spiritus ſanctus procedit a Filio eadem ipſa ratione, qua procedit a Patre, cum effundatur a Filio veluti a fonte eodem ipſo modo, quo effunditur a Patre, vti e fonte. Pudet me Chryſoloræ dictum ſuggerere. ſuggerendum nihilominus eſt; vt frontem ferream Schiſmaticorum animaduertas; Τὸ δὲ καὶ ἀμφοτέρους αὐτοῦ πηγὴν εἶναι, ψεῦδος. τῶν γὰρ προτέρων ἀναιρουμένων, καὶ τὸ ὕστερον ἀναγκαίως οἴχεται, *Ambos vero illius*, Spiritus, *fontem eſſe*, *mendacium. Prioribus ſiquidem ſublatis, quod ſubſequitur, neceſſario tollitur*. Dicta Patrum mendacium ſunt Chryſoloræ Schiſmatico. Quis crederet? Et quid præterea garrit Nilus dictitans, fontem eſſe perſonalem proprietatem, eamq; ſoli Patri aſcribi; Ἡ πηγὴ προσωπικὸν ὄν, καὶ τοῦ μόνου προσδιορισμὸν μεθ' ἑαυτοῦ ἔχον. δέον διὰ τοῦτο μᾶλλον μὴ λέγειν αἴτιον τὸν υἱὸν, μηδὲ πηγὴν θεότητος. *Fons perſonale quid cum ſit, & ſibi coniunctam habeat ſolius præſcriptionem, neceſſe eſt propterea potius non dicere Filium cauſam, neque fontem Deitatis.*

O cæ-

O cæcitatem! Nilo itaque decernente, ſolum Patrem eſſe fontem Deitatis, Filius eſt fons Spiritus ſancti, & non Deitatis. ergo qui a Filio effluit Spiritus Deitatem non poſſidebit: vel ſi concedamus, Filium quoque fontem eſſe deitatis, erit ſed non ſimilis a Patre effuſæ, ſed alienæ & peregrinæ. Sicq; confingemus nobis Deitatum differentiam, huius quidem in hypoſtaſi, illius abſque hypoſtaſi, huius eſſentialem, illius extra eſſentiam. Veruntamen cum fons & principium & cauſa idem ſonent, propterea Filius fons exiſtens, eſt quoq; principium & cauſa Spiritus ſancti: hoc ſolummodo diſcrimine, quod Pater eſt principium primarium & procatarcticum a ſe ipſo habens, quod ſit fons, quod Filius habet a Patre. *Fons*, ſcribit Epiphanius in Ancyroto, *ex fonte*, vti principium ex principio, Filius, Nazianzenus Oratione de Filio, *ex principio principium*, *ex lumine lumen*. Chriſte da mihi Spiritum in ſapientia tua. Filius eſt fons ex fonte, & principium ex principio. Quemadmodum itaque habet ſuimet ipſius fontem & principium, ſic alterius erit fons & principium, nec erit Patris, cum Pater abſque principio ſit, nec ſui ſe fontẽ agnoſcit. Quare erit fons & principium Spiritus, cum tertium nullum ſit. Eſt principium, & fons; ſed

sed non vti Pater, ideoque non generat, & vnus solus Pater. Erit itaque fons & principium alio modo fontis & principij, & non generationis. Sed modus nullus alius est nisi processionis. exilire ergo facit Spiritum modo processionis. Et considera, fons & principium Filij Pater est essentialiter, & naturaliter, & Spiritus sancti fons & principium Filius essentialiter, & naturaliter. Sin minus, alius esset fons & principium Pater, & alius fons & principium Filius: sed cum vnus sit fons & principium Pater & Filius, dum non est alius atque alius fons & principium Spiritus, eo modo, quo habet fontem & principium suum Spiritus a Patre, eodem etiam habebit fontem & principium a Filio. & cum ex fonte & principio Patre concludamus processionem Spiritus ex Patre, necessario etiam ex fonte & principio Spiritus ex Filio: & sic concludemus Spiritus processionem etiam ex Filio.

Hinc ridicule argutatur Camaterus Chrysostomi expositionem in verba Psalmi nonagesimi noni, examinans, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Πηγὴν τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος διδάξας, ποταμὸν δὲ τῆς πηγῆς προερχόμενον τὸν υἱόν, ὕδωρ δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸ πνεῦμα, ῥητῶς ἀπαγορεύει, τὸν ποταμὸν πηγὴν ὀνομάζεσθαι. εἰ γοῦν μὴ πηγὴ ὁ υἱός,

πῶ

πῶς ἐκπορεύεται τούτου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Spiritus fontem Patrem magnus hic Magister docens, fluuium ex fonte exilientem Filium, fluuij aquam Spiritum, expresse prohibet, Filium fontem nuncupari. Si itaque Filius fons non est, qua ratione ex eo Spiritus sanctus procedet?* Saluator ex Chrysostomo ostendit semetipsum fontem vitæ, & aquam viuam Spiritum sanctum, & Camaterus ait id vetasse Chrysostomum. Nunc primum ex Camatero disco, Chrysostomum Saluatoris sermonibus contraire, & dictata a Christo diuina eloquia eijcere, quando prohibet id dicendum esse, quod Christus dixerat. Sic argumentum Camateri, *Si ergo non est fons Filius, quomodo procedet ex eo Spiritus sanctus?* ruit; & Italus aptius induceret; Si fons Filius est Spiritus sancti ex Chrysostomo & Athanasio, procedit ergo ex Filio Spiritus sanctus. Et hæc de Filio fonte Spiritus Athanasius & Chrysostomus, quid vero Cyrillus? Non alia. Nanque ad Imperatorem Theodosium scribit; Ἀπολύων ἁμαρτίας τὸν αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι. ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγος, ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. *Peccata nanque illis, qui ipsi adhærent, condonans, suo mox Spiritu inungit, quem ille emittit, vti ex Deo Patre Verbum, & ex propria nobis natura vti ex fonte*

effu-

effundit. Concludatur ergo & quam certiſſime verbis Camateri inſiſtendo. Filius eſt fons Spiritus, ergo Spiritus procedit ex Filio, ſi quia eſt fons Spiritus Pater, ideo Spiritus procedit ex Patre. in quam ſententiam licet inuitus a veritate tamen compulſus eſt Manuel Cretenſis; Ἔστιν οὖν ὁ πατὴρ, καὶ πατὴρ καὶ προβολεὺς ἑνὶ τῷ ὀνόματι συναπτικῷ τούτων ὀνομάζεται πηγή. εἴγε πιστὸς ὁ μέγας Διονύσιος οὕτω λέγων, ὅτι μὲν ἐστὶ πηγὴ θεότητος ὁ πατήρ. *Eſt igitur Pater & Pater & productor, uno vero nomine, quod hæc duo collegat, fons, ſi fide dignus eſt magnus Dionyſius, ita pronuncians, eſt quidẽ fons diuinitatis Pater*. Et infra; Εἰ γοῦν πηγὴ θεότητος ὁ πατὴρ, καὶ μόνη πηγή. ταυτὸν δέ ἐστιν, εἴ τις ἂν εἴπῃ, πηγὴ θεότητος, καὶ πατὴρ καὶ προβολεὺς υἱοῦ καὶ πνεύματος. μόνος ἄρα ὁ πατὴρ καὶ πατὴρ καὶ προβολεὺς υἱοῦ καὶ πνεύματος. *Ergo ſi fons Deitatis Pater, & ſolus fons, idque idem eſt ac ſi dixeris, fons Deitatis, & Pater & productor Filij & Spiritus. Solus igitur Pater & productor Filij, & Spiritus*. Non negabit puto Cretenſis alio modo Patrem producere Filium, alio modo Spiritum ſanctum; cum productio Filij generatio ſit, productio Spiritus ſpiratio, & generatio ſpiratio non ſit. Quare nullo modo apud Patres reperitur, licet Pater fons Deitatis ſolus ſit, ſolum Patrem eſſe productorem Spiritus. quod producere, aut producen-

ducendi facultas proprietas Patris non ſit. & aperte definit Damaſcenus. Αὐτὸς μὲν ἐστὶ νοῦς, Λόγου ἄβυσσος, Λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. *Ipſe quidem eſt mens, Verbi abyſſus, Verbi genitor, & per Verbum productor reuelantis Spiritus.* Ergo non eſt ſolus productor Pater, cum hic per Filium ſit. Quidquid enim Patri proprie vindicatur, per Filium non eſt: neque enim generat Filium per Filium, & quidquid non proprie, illud per Filium eſt. Quare cum per diuerſum progreſſum Filius generetur, Spiritus procedat, Patres omnes Patri vti patri proprietatem tantum attribuunt generandi, vti vero fonti Deitatis producendi, quæ cum propria ſolius non ſit, communicatur etiam Filio. Hinc a Nazianzeno Gregorio, vna ſi excipiatur ingenitura, omnia Filio conceduntur, Orationibus in aduentum Ægyptiorum, de moderatione ſeruanda in Diſputationibus, in Heronem, & de Spiritu ſancto, Damaſceno c.8. Theologico, Cyrillo in Theſauris, & ad Hermiam & alibi ſæpius. Quare concludamus cum Georgio Metochita contra eundem Emmanuelem. Χρήσεων μὲν οὖν τῶν Θεολογικῶν διασαφουμένων ὅτω τὰς ἰδιότητας τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς θεότητος, καὶ ἅπερ ἔνεστιν ἰδίᾳ τῷ πατρὶ διαφορῶν τῶν μόνῳ, καὶ δίχα, καὶ πλὴν, καὶ λοιπῶν διακει-

νεμένων

γεννήτορος εἰλικρινῶς, οὐκ ἦν ὁπωσδήποτε, μὴ ἐνσημανθῆναι που τάσδε τοῖς θείοις μυσταγωγοῖς. εἴπερ ἰδιότης πατρὶ καὶ τὸ προβλητικόν, ὡς τὸ γεννητικὸν ἐγινώσκετο. *Cum itaque hæc Theologica testimonia hac ratione trium Deitatis hypostaseon proprietates declarent, & quæ peculiariter Patri insunt, differentias illis solis, præter, excepto, & alijs apertissime definiant, minime fieri poterat, non indicari in aliquibus saltem a diuinis istis mystagogis, si proprietas Patris illud producere, vti & generare agnoscebatur*. Et fontem quærunt in Filio, nec inueniunt, veritatis sicci Schismatici. Sed opposuerit nescio quis: Si Filius est fons Spiritus, qua ratione Chrysostomus Expositione in nonagesimum sextum Psalmum manifeste prohibuit, fluuium fontem appellari. En verba. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ πατὴρ, ποταμὸς πηγῆς προερχόμενος ὁ υἱὸς, ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. ὁρᾷς πηγὴν, ποταμὸν, ὕδωρ ζῶν. καὶ ὥσπερ οὐ δύνῃ τὴν πηγὴν καλέσαι ποταμὸν, ἕως τὴν ῥίζαν ὁρᾷς, οὔτε πάλιν τὸν ποταμὸν καλέσαι πηγὴν, οὔτε πάλιν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ σχιζόμενον καλεῖς ποταμὸν, ἀλλ' ὕδωρ ἀρδείας. *Fons aquæ viuæ Pater est, fluuius ex fonte emanans Filius, aqua fluuij Spiritus sanctus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Vides fontem, fluuium, aquam viuam. & quemadmodum non vales*

fon-

fontem vocare fluuium, donec radicem conspicis, neque rursus fluuium fontem, neque aquam quæ ex fluuio exscinditur fluuium appellas, sed aquam adaquationis. Respondeo, his etiam perquam optime constabiliri, Spiritum esse ex Patre per Filium, & hinc absque dubio sequi, Spiritum esse ex Patre & Filio. Sicuti enim aquam per fluuium ex fonte effusam, apud omnes in confesso est, ex duobus effundi. Sic Spiritus a Patre per Filium progrediens, ex vtroque progreditur. Sed quia Chrysostomus prohibet, dici fluuium fontem, prohibes tu quoque, o Schismatice, Filium dici fontem Spiritus sancti, næ tu in potissimis falleris, & Chrysostomo, Athanasio, nec non Cyrillo ipsi aduersaris. Dum enim Chrysostomus rationem reddit, quare fluuius non sit dicendus fons, nec fons fluuius, adnectit, ne nomina immutentur, & confundantur personæ, sicq; in Sabellij hæresim incidamus, & Trinitatis mysterium in vnam tantum personam redigamus: ideoq; Orat. de Myst. Baptis. scribit; Διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ δείκνυσιν ἑαυτὸν πηγὴν ζωῆς, καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Propterea Saluator ostendit semetipsum fontem vitæ, & aquam viuam Spiritum sanctum;* & ante eum Athanasius, vt supra vidimus. Et tu cum ante te habeas similes Ecclesiæ Doctores, quorum vestigijs

insistendum catholico est, imperas, prohibesq; ne Filius dicatur fons Spiritus sancti?

Non placent hæc Nilo, nescio quam prudenter. Τὸ δὲ μόνη πηγὴ, ἐπεὶ πρὸς διάκρισιν διαφορότητα τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων εἴρηται. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Διονύσιος, ἔστι δὲ καὶ διάκρισις ἐν ταῖς ὑπερουσίαις θεολογίαις, οὐχ ἣν ἔφην μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ὑπερουσίου θεογονίας οὐκ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα. μόνη δὲ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατήρ. οὐκ ἂν εἴη πηγὴ θεότητος οὔθ' ὁ υἱὸς, οὔτε μὴν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε οὐ χρὴ τοὺς τῆς ἀληθείας διαιτητὰς τὰ προσωπικὰ συντάττειν τοῖς φυσικοῖς, καὶ λέγειν οὕτω τὰ προσωπικὰ, ὅπερ οὕτω τὰ φυσικὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅπερ οὕτω τὰ φυσικὰ, ἑτέρως τὰ προσωπικά. τοῖς μὲν γὰρ ἑνοῦται τὰ θεῖα, τοῖς δὲ διακρίνονται. ἔτι τε ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου πειρατέον ἂν εἴη δεῖξαι τὸ προκείμενον. ἐν τῷ πρώτῳ αὐτῆς Κανόνι φησίν. ὥρισαν οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντες ἅγιοι Πατέρες, μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν Πατέρων τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἀλλὰ μένειν κυρίαν. εἰ δὲ βούλονται μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τὴν ἐκείνων, πίστις δὲ ἐκείνων μόνον ἀγέννητον, καὶ μόνην πηγὴν θεότητος τὸν πατέρα εἶναι, καὶ μὴ εἶναι πηγὴν τὸν υἱὸν, τὸ ἑξῆς Λατῖνοι συναγέτωσαν. *Illud porro, solus fons, cum ad discernendas hypostases palam dictum sit, nanq; diuinus Dionysius dicit: Quin etiam est in superessentialibus Dei nominibus distinctio, qua non tantum vt dixi, ve-*

rum

rum etiam ea, quæ superſubſtantialis illius diuinæ generationis ſunt, inter ſe minime reciprocantur: adeo vt ſolus Pater fons ſit ſuperſubſtantialis deitatis; non erit vtique fons deitatis neque Filius, neque Spiritus ſanctus. Quare non eſt opus, vt veritatis cognitores, perſonalia componant cum naturalibus, & ita perſonalia aſſerant, quia ſic ſe habent perſonalia; ſed oppoſitum, quia ſic ſe habent naturalia, alio modo ſe habebunt perſonalia: his ſiquidem diuina vniuntur, illis diſtinguuntur. Necnon a ſancta & vniuerſali Synodo conandum eſt, rem propoſitam demonſtrare. In primo enim ſuo Canone inquit; definiuerunt qui Conſtantinopoli conuenerunt ſancti Patres, non improbari fidem ſacrorum trecentorum decem & octo Patrum, qui Nicææ congregati ſunt, ſed firmam conſeruari. Quodſi prohibent non reprobari eorum fidem; & fides eorum eſt, ſolum ingenitum, & ſolum fontem Deitatis eſſe Patrem, & non eſſe fontem Filium. Quod inde ſequitur, colligant Latini: Quid Latini colligant, infra videbimus: ipſe Nilus colligit; Ὅτι μὲν οὖν κοινὸν τῇ καθολικῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ δόγμα ἐκεῖθεν, μὴ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὅτι καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ συμφωνία γέγονε τῶν Ἐκκλησιῶν, τῶν τε κατὰ τὴν ἑώαν, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ γῆς, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον. ὅτι δὲ τὸ τοιοῦτον ἀρχαία δόξα Κυρίλλου, καὶ πάσῃ μηχανῇ τὴν ὑποψίαν ταύτην ἐκ μέσου ποιεῖται, δῆ-

νὸν ἡγούμενον, εἴτις οἴοιτο τὰ πατρὸς ἴδια κοινὰ καὶ υἱοῦ, καὶ ἐκ τούτων δῆλον. *Catholicæ Christi Ecclesiæ dogma iudicatum fuisse Spiritum sanctum non procedere ex Filio, & in his factam fuisse Ecclesiarum concordiam, tum Orientalium, tum aliarum vniuersarum, ex his quæ diximus, manifestum remanet: quemadmodum hoc idem antiquam fuisse opinionem Cyrilli, sicque modis omnibus suspicionem male de se conceptam de medio sustulisse, graue sibi reputantem, si quis opinaretur, se sentire, quæ Patris propria sunt, ea quoque communia esse Filio.* Pace tanti viri dixero, vt a Schismaticis millies repetitis primum respondeam. Aperta Dionysij verba non intellexit, sicuti neque Nicolaus Methonensis, neque quispiam alius, qui eorundem similem expositionem defendunt. Dionysij germina, flores, ac lumina supersubstantialia non tribuuntur in duas partes: germen enim Filius vocatur, & flos, & lumen, sed contiguum illi, ex quo est; & Spiritus sanctus, sed per germen Filium ex radice & fonte Patre emanans. Quare Filius & Spiritus sanctus germina, flores, & lumina Patris nuncupati sunt, non quod in duo dispartiti inde exeant, sed quod tantum ex Patre enascantur. Qua ergo ratione Schismatici veluti seiuncta a se ipsis separataque germina, flores, & lumina Filium & Spiritum

tum ex Patre eſſe, & Pauli diſcipulum naturalem Triadis ordinem neſciſſe decernunt; cum dicunt non poſſe eſſe germen ex germine, florem ex flore, & lumen ex lumine? Quomodo Spiritus tertius ordine, vt Baſilius tradit, & Filius inter Patrem & Spiritum medius erit? Vel Spiritus immediata imago Filij, Patris vero imago per Filium? Sunt ergo Dionyſio Filius & Spiritus ſanctus germina, non quod diuiſim e Patre enaſcantur, ſed ſolum, quod ſimpliciter enaſcantur, vt qui accuratius dicta examinant, intelligent. Nanque cum Patrem fontem Deitatis compellaſſet, illico ſubdidit; *Filius vero & Spiritus germina a Deo nata, & quaſi flores, & superſubſtantialia lumina*. quorum ſi ratio habenda eſſet, vtique Pater vocandus eſſet radix, ſed ille dictum accurate concipiens, & fontem Deitatis Patrem enuncians, germinum, & florum, & luminum nomine, qui inde prouenīūt effectus, ſignificauit, quorum nullum cum fonte proportionem habet. Quare non Filij & Spiritus diuiſio, ſed tantummodo Patris effectus indicati ſunt, & vario dictionum vſu ſignificata cauſa & effectus a Patribus, cum aſſerunt eos gemina flumina ex vno fonte, a Deo nata, ex radice germina, flores duos ex vno ramo, duo lumina ex vno ſole. Alij vero Patres quomo-

do effectus inter ſe reſpondeant, & ad cauſam referantur oſtendentes, hunc quidem dicebant immediate, ex primo: alium vero per eum, qui immediate eſt ex primo. Nemo vllus ex Patribus, & ſi contrarium habent, afferant Schiſmatici, Spiritum immediate ex Patre aſſeruit, ſed illum mediate per Filium, quemadmodum ex radice per ramum, & ex ramo fructus, & fluuius ex oculo per fontem. Neque aliud habuiſſe Dionyſium in mente, conſtat vel eo ſolo, quod Patrem Deitatis fontem vocauit: neque enim fontis nomine primum atque originarium principium notatur, cum ante fontem oculus, ex quo fons enaſcitur, concipiatur. Satis enim illi fuit quocumque nomine originem, & principium germinum, florum & luminum indicaſſe. Præterea, ſatis eſt Dionyſio ſi cauſa abſque principio Patri, *Per* vero Filio in proceſſione Spiritus reſeruetur: cum alio atque alio modo ex vno illo fonte prouenire intelligantur. Neque enim hic, vt multi contendunt, germina a Deo ſata Filius & Spiritus appellantur, quod inde diuiſim enaſcantur, & tantum non inuicem ſeparata, vt in alijs creatis cernitur, ſed quod ſolum naſcantur: ideoque Patrem hic non vocauit originem, licet ab hoc dicendi modo in alijs non abſtinuit, cum alia ſcripto tra-
dita

lita non reprobentur, quæ causatorum vnius ex alio dependentiam aperte demonstrant, vt iam diximus; *Hoc quidem contigue ex primo, hoc vero per illud quod contigue est ex primo. Imago Patris Filius, imago Filij Spiritus: Filius quidem operatio Patris est; Spiritus vero operatio Filij: Filius quidem facies Patris est; Spiritus vero facies Filij*, & alia, quibus manifeste concluditur, non immediate, sed per Filium esse Spiritum sanctum ex Patre. Adde, si proprio nomine compellare voluisset, nunquam sic simpliciter Deitatem diuinorum germinum genitricem nuncupasset. Cum diuinorum genitor tantum Pater sit, quod Deum Filium generet: in eo vero quod emittit Spiritum, neque diuinorum genitor, neque Pater pater est: tum enim vere Spiritus esset Filius, si Spiritus Pater Deus esset, & si ex eo quod Spiritus est, diuinorum genitor vocaretur. Sed Schismatici alio atque alio modo Patrem causam esse eorum, quæ ex eo sunt: nec non & diuerso modo ex prima causa effectus esse non intelligentes, sed confundentes omnia, auditori suggerunt, vnam & solam causam Filij & Spiritus sancti Patrem esse. Discimus ergo ex Dionysio, *Patrem quidem esse fontem Deitatis, Filium vero & Spiritum sanctum quasi Dei prolem, & si dictu*

fas sit, quasi germina diuina, flores, & supersubstantialia lumina existere, quonam autem pacto sese habeant, nec eloqui, neque intelligere valemus. Et præterea cap. 2. de Diuinis Nominibus; Μόνη δὲ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατὴρ, οὐκ ὄντος υἱοῦ τοῦ πατρὸς, οὐδὲ πατρὸς τοῦ υἱοῦ, φυλαττόντων δὲ τὰ οἰκεῖα τῶν ἡμῖν ἁγνῶς ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων. *Adeo vt solus Pater fons sit in supersubstantiali Deitate: atque ita Pater non sit Filius, neque Filius sit Pater, sed cuicunque diuinarum personarum propriæ suæ laudes inuiolate conseruentur*.

CAPVT LV.

Athanasij dictum, solus suppeditator Filius Spiritus sancti, *expositum*.

ET vt cognoscat Nilus, se tota via deerrare, & in maxima veritatis & doctrinæ Patrum ignoratione versari, quid tandem respondebit Athanasio, cum eum decernentem compererit, *solum fontem Spiritus Filium*, &, *solum Spiritus præbitorem*, Epistola sua ad Afros a Theodoreto processionis Spiritus ex Filio hoste capitali secundo libro Historiæ Ecclesiasticæ relata. Nanque in ea scribit Athanasius; Οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα που καὶ πλέον, καθὼς προείπομεν, Συνόδοις ἄλλοτε

ἄλλο

ἄλλο γράφοντες δῆλοί εἰσιν ἑκάστοις αὐτοὶ κατήγοροι γινόμενοι. πάσχουσι δὲ τοῦτο οἷον καὶ οἱ τότε τῶν Ἰουδαίων πεπόνθασιν, ὡς γὰρ ἐκεῖνοι καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους, οἳ οὐ δυνήσονται τὸ ὕδωρ συνέχειν. γέγραπται δὲ παρὰ τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ. οὕτως οὗτοι μαχόμενοι πρὸς τὴν οἰκουμενικὴν Σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς Συνόδους πολλάς. *Nam qui, uti supra diximus, amplius decem fidei formulas, alio nanq; tempore aliam ac nouam semper componebant, in suis Concilijs conscripserunt, aperte demonstrant, se ipsos, singula sua reprehendere Concilia, idem illis, quod olim Iudæis proditoribus accidit. Vt enim illi, solo fonte aquæ viuentis relicto, vt scribit Ieremias Propheta, lacus sibi foderunt, qui non possunt aquam continere: ita isti pugna contra generale Concilium suscepta sibi multa constituunt Concilia.* Sic Oratione prima contra Arianos, Saluatorem tantum suppeditare Spiritum scribit; Ὁ δὲ σωτὴρ τὸ ἔμπαλιν Θεὸς ὤν, καὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς ἀεὶ βασιλεύων, τοῦ τε πνεύματος ἁγίου αὐτὸς ὢν χορηγὸς μόνος. *Saluator vero vice versa, cum Deus, & paterno imperio semper imperet, & sit Spiritus sancti ipse solus suppeditator.* Quam sermonis proprietatem Prophetæ etiam ipsi vsurparunt. *Hic Deus & non reputabitur alius ad ipsum.* Hoc itaque nihil præter solum significare, & de Filio sermo-

nem esse, quæ sequuntur, aperte demonstrant, *in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est*. Si solus Deitatis fons, & solus suppeditator Spiritus per te Nile personalis est, & non naturalis proprietas, solus tuus Deitatis fons Pater in processione Spiritus vbi nam reponetur? næ tuus ille solus productor Spiritus Pater tolletur de medio. Nec opinor te tantundem ob peruicaciam insanisse; vt dicere audeas, Athanasium Eunomianam hæresim tenuisse, asserentẽ Spiritum ex solo Filio procedere, quod vt blasphemum reiecit Basilius in Antirrheticis contra Eunomium. Neque hic præter rem fuerit, Constantini Meliteniotæ verba referre ex secunda Orat. de Processione Spiritus sancti; Πῶς τὸ μόνος νοήσωμεν κἀνταῦθα; στερήσομεν τὸν πατέρα τῆς τοῦ πνεύματος χορηγίας, ὡς αὖ μόνον κερδήσωμεν αὐτοῦ τὴν ἐκπόρευσιν; μὴ, κἂν εἰ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα παραδεξαμεῖν ἄτοπα περιέστηκεν ἡμᾶς, ἅπερ ἀνακύπτουσιν ἐντεῦθεν, οἷς μεγάλου καὶ πολλοῦ δέονται λόγου. Τὰ τοιαῦτα δὲ πάντα καὶ περιφανῆ καὶ γνώριμα τοῖς ὅλοις καθέστηκε. μὴ δὴ γενοίμεθα κακοὶ τοσοῦτον ἔμποροι περὶ τὸν πατέρα, τὴν τοῦ πνεύματος λέγω πηγὴν, ὡς τὸ πρῶτον καὶ τελεώτατον τῶν τούτου καλῶν προδιδόναι, καὶ παραχωρεῖν εἰς ἀφαίρεσιν, ἵνα παρέξωμεν μόνῳ τοῦ υἱοῦ δηλονότι χρεὶς, ὅπερ μετ' αὐτοῦ κεκτημένος οὐδὲν ἧττον πεπλούτηκεν. Τὸ γὰρ μόνος, ὡς ἀποδείκνυσιν ἐν διαλέξει

τῇ πρὸς τὸν Ἄρειον ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος, ὁ χεδὸν τῶν δογμάτων πατὴρ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης διαίρεσιν τινὰ ποιεῖται τῶν τῆς ἁπλῆς καὶ ἀδιαιρέτου σεπτῆς Τριάδος θεαρχικῶν ὑποστάσεων, οὕτως οὐδ᾽ εἰ καί τινες τῶν ἔκπαλαι θεολογησάντων ἀνδρῶν, ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς φάσκοντες, οὐδὲ τότε τὸ προσιστάμενον οὐδὲν, οὐδὲν τὸ κωλύον ἡμᾶς τοῦ πρεσβεύειν ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Quo sensu solus illud accipietur hic? Spoliabimus ne Patrem Spiritus datione, ut soli illi processio lucrifiat? Absit, etsi multa atque ingentia, quæ inde exoriuntur absurda, & magno prolixoque sermone indigent, prætereunda a nobis essent. Hinc vero omnia nemini non nota patent omnibus. Næ quæso erga Patrem, Spiritus inquam fontem, tantundem improbi negotiatores simus, ut primum illius ac omnium bonorum absolutissimum prodamus, tradamusque aliјs ad destruendum, ut concedamus soli, absque Filio scilicet, quod cum illo possidens Filius non minus abundat: Nanque solum, ut demonstrat in Colloquio cum Ario idem Athanasius, qui fere dogmatum parens est, non necessario diuisionem aliquam simplicis, & indiuisibilis Triadis Deitatis principum hypostaseon importat. Pari modo licet nonnulli ex illis qui antiquitus res Theologicas pertractarunt, procedere Spiritum sanctum ex solo Patre dixerint, non est quod obstet, atque impediat, ne*

nos asseramus & teneamus, Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere. Sed quispiam addubitauerit; Quomodo solus dator Filius Spiritus, cum ipse Filius prima causa non sit? Respondet Georgius Metochita, supersubstantialium personarum discretionem prorsus non inferre, licet id secundum primariam causam non asseratur. Dicitur tamen secundum alias, atque alias causas. Sicuti enim cum asseueratur, solum Patrem scire, rerum creatarum, quæcunq; illa sit, cognitio labefactatur, ita cum asseritur dator Filius, omnis alia rerum factarum datio cessat. Cum sanctissimi Spiritus datores essent, & qui conspexerunt Dominum discipuli, verum vti illius administri, & serui, & pura conceptacula, & habitacula. Hic vero datio vtriusq; tum dantis, tum dati in eadem natura & essentia subsistentium est. Hinc intelligitur vox solus etiam in rebus diuinis ad discernendum creata assumi, nec non ad prorsus tollendum, submouendumq; omnia, quæ a superessentiali Deitate quam disiunctissima sunt. Sic Ioannes cum recitasset ex persona Dei & hominis Verbi ad proprium genitorem; *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum*, in fine suæ Epistolæ scribit; *Scimus quod Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum*

rum Deum, & ſimus in Filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Vti ibi cum articulo Deus, addito, *ſolus*, Pater eſt; ſic quoq; in hoc loco cum articulo, *verus Deus Filius*, cum additione *hic* propter excellentiam: & vti ibi cum articulo *vita æterna*, ita hic quoq; cum articulo hæc eadem ijſdem ipſiſſimis verbis: tum coniunctim infert; *Filioli cuſtodite vos a ſimulacris*, cauete nempe, ne quid de illis concipiatis, de quibus mendacio fallentes loquuntur. Et ante Metochitam hoc idem dixerat Cyrillus in Theſauris; Εἰ δὲ στασιάζειν καθ᾽ ἑαυτῆς ἡ θεία φύσις οὐκ οἶδεν. φαίνεται δὲ μᾶλλον ὁ υἱὸς ἀεὶ τῷ πατρὶ τὴν δόξαν ἀποδιδούς, ποῖον ἔχει λόγον τὸ εἰς ἀναίρεσιν αὐτοῦ τοιαῦτα φάναι τὸν πατέρα; οὐκοῦν εἰς ἀνατροπὴν μᾶλλον τῶν ψευδωνύμων Θεῶν εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτα δώσομεν. *At ſi nulla diſſenſio in naturam diuinam cadit, ſed potius Filius ſemper Patri honorem deferre cernitur, quam veriſimilitudinem habere poteſt, hæc Patris dicta ad ſubuerſionem Filij pertinere? Quo circa ad abolitionem potius falſorum Deorum, hæc dicta eſſe affirmabimus.* Et infra; Εἰ Λόγος ἐστὶ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι. καὶ τοῦτο ὢν ὁμολογεῖται, τίς οὕτως φρενῶν ἐκβέβηκεν, ὡς νομίσαι πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ οἰκείου Λόγου, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται, μόνον ἑαυτὸν Θεὸν ἀληθινὸν εἰπεῖν τὸν πατέρα; ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἔρχεται μᾶλλον ἡ τοῦ ῥήματος δύναμις κατὰ τῶν ψευδωνύμων

Θεῶν

Θεῶν, κἂν οἱ χριστομάχοι μὴ βούλωνται. *Si verbum est Filius Patris, vt re vera est, quisnam adeo emotæ mentis est, vt existimet Patrem ideo dicere se solum verum Deum esse, vt Verbum suum per quod omnia operatur e medio tollat? Cum igitur hoc absurdum sit, superest dicti huius vim ad falsorum Deorum subuersionem pertinere, quantumuis Hæretici repugnent.* Quare concluditur, fontem Spiritus Patrem esse, & fontem ijsdem ipsis dictionibus aperte Filium Spiritus insinuari. Cum quæ propria Patris sunt, eadem & Filio respectu Spiritus necessario insunt. Audi Cyrillum 6. ad Hermiam; *Effundi quidem, veluti a fonte Patre Spiritum*, scribentem, & 7. ad eundem de Filio, *Proprio Spiritu sibi adhærentem inungit, quem emittit ipse vt ex Deo Patre Verbum, & ex propria nobis natura vti e fonte effundit*. Cum itaq; Manuel Cretensis diceret; *Si enim fons, quod aliquod fundit, fons dicitur, & fons prorsus illius est, qui funditur*, plane illud, *ex Filio* perspicue constabilit, si secundum Cyrillum, *vti ex fonte Filius fundit Spiritum*, & Athanasius interpretatur, *effluens vti a fonte, siue procedens*. Et hoc magis ac magis confirmatur dicto Basilij Oratione de Spiritu sancto. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον ἔχον ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἀϊδίως πάντα ἔχον, ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὸς, αἴ-

πον αὐτὸν ἔχον, ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζον. πηγὴ δὲ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀγαθῶν. ἀλλ' αὐτὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον ἐνυπόστατόν ἐστι, τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα ἐνέργειαι αὐτοῦ εἰσίν. τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Spiritus ſanctus nihil in ſeipſo adſcititium habet, ſed ab æterno omnia poſſidet, vt Spiritus Dei, & ex ipſo apparens, ſui cauſam eum habens, vt ſui ipſius fontem, indeque ſcaturiens; Fons vero ipſe prædictorum bonorum: ſed ipſe quidem ex Deo ſcaturiens in hypoſtaſi eſt, quæ vero ex eo effluunt, operationes ipſius ſunt. Hunc Spiritum ſanctum effudit in nos opulenter Deus per Ieſum Chriſtum.* Præterea. Ex quonam Dogmatum auctore Nilus expiſcatus eſt, fontem diuinitatis atq; ingenitum in Triade perſonale quid eſſe, ideoq; perſonas diſtinguere? Perſonale proprium eſt vnius perſonæ, & ſolum, at ingenitum & fons diuinitatis duorum eſt. Nanq; dicitur Pater ingenitus, quia nullum ſui principium, nec cauſam agnoſcit. Dicitur quoq; Spiritus ingenitus, quod ſuam exiſtentiam non habet modo generationis vti Filius, ſed modo proceſſionis. Pari ratione dicitur fons diuinitatis Pater, cum ſit fons & principium Filij & Spiritus ſancti: Sic etiam Filius dicitur fons & principium Spiritus, niſi nos ludit Athanaſius & Baſilius,

&

& Chrysoſtomus ipſe, vt ſupra vidimus. Quomodo itaque fons Deitatis fuerit perſonale; niſi id Nilus intendat, eſſe fontem veræ Deitatis Patrem, & eſſe fontem Deitatis Filium, ſed alterius, & Spiritum, qui a Filio veluti a fonte effluit, non eſſe Deum? Et præterea, Quis eundem edocuit, perſonalia in Triade non eſſe naturalia? Veruntamen ſolum Deitatis fontem Patrem ſicuti Dionyſius aſſeuerat, id quoque Latini aſtruunt, ſed procatarcticum. Sic emiſſor Spiritus Pater, emiſſor Spiritus Filius, ſed Pater eſt emiſſor Spiritus procatarcticus per Filium, ideoq; hæc emiſſio vna eademq; Patris & Filij eſt naturalis & eſſentialis: ſic emittitur Spiritus in propria hypoſtaſi Deus. Et dictum œcumenicæ Synodi, in quonam Nilo ad aſtruendam ſuam opinionem confert? Secunda Synodus *prohibet Fidem Nicænam reprobari*. Quid tum? Nicænane fides decernit, ſolum ingenitum, & ſolum fontem diuinitatis Patrem eſſe, & non Filium? Vir iſte, vt verum fatear, ludit nos, & tamen res Triadis non illæ ſunt, quæ riſui habeantur. *Quod inde ſequitur Latini colligant*. Latini ex tuis verbis colligunt, maximam in Nilo rerum diuinarum inſcitiam. Qui non dum didicit, quid natura ſit, & quid perſona. & qui omnia turbat, & putida ſua atq;

hære-

hæretica dogmata cum rectis ſaniſq; Patrum & Synodorum dogmatibus immiſcet. Et id quoque colligunt. Si Spiritus non procedit ex Filio, vt tu ſtulte argumentaris, quia Filius non eſt fons, diuina cum Nyſſeno Gregorio, diuine pertractantes, *hoc quidem contigue eſſe ex primo*, eſſe cauſam Filij Patrem dicunt, cum nullum aliud intercedat, quod Patri Filium coniungat, & Spiritus cauſam per Filium, qui coniungit Spiritum Patri. Quemadmodum ſol eſt immediata cauſa radij, & luminis per radium. Hæc quicunq; bene intellexerit, plane perſpiciet & confitebitur, dummodo veſtigijs Doctorum Eccleſiæ inſiſtere vult, Patrem radium & fontem Filij & Spiritus, & Filium fontem Spiritus. cum Spiritus procedat ex Patre per Filium. Nec minus tandem imprudens eſt Georgius Scholarius, qui & Gennadius Monachus cap. 43. de Proceſſione Spiritus ſancti, qui Athanaſij fontem de Filio pronunciatum, in dona ipſius Spiritus refert. Ὅτι οὐ περὶ τῆς ἀϊδίου τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως, ἀλλὰ περὶ τῆς δόσεως αὐτοῦ καὶ χορηγίας ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος νοεῖ. καὶ πηγὴν τοῦ πνεύματος εἶναι βούλεται τὸν υἱὸν, ὡς ἀναπεπλησμένον αὐτοῦ συμφυῶς, καὶ ὅλον αὐτὸ ἐν ὅλῳ ἑαυτῷ ἔχοντα, καὶ ἀκενώτως αὐτὸ δυνάμενον διανέμειν, εἴτ' οὖν τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ. *Non de ſempiterna Spiritus exiſtentia, ſed de da-*

tione illius & ſuppeditatione Doctor ille intelligit, & fontem Spiritus vult eſſe Filium, vt eo repletum connaturaliter, & totum illum in ſeipſo toto continentem, & abſque eo quod ipſe exinaniatur, illum diſtribuere valentem, ſiue tandem illius operationes. Vide quantum valeat peruicacia. Si per Athanaſium, Filius eſt fons Spiritus, Filio connaturalis, & eſt totus in ipſo Filio, & ipſe qui eſt totus in Filio, & connaturalis diſtribuitur, quomodo de ſempiterna exiſtentia intelligendus non eſt? Vel ergo dona Spiritus & operationes ſunt connaturales Filio, & totæ in ipſo Filio, & Filius in ipſis, & conſequenter dona Spiritus ſunt ipſe Spiritus & Deus: Vel ſi qui eſt in Filio connaturalis totus in toto erit creatura & non Deus. Quis vnquam dixit dona, quæ ad extra ſunt, vt loquuntur Theologi, & diſtribuuntur in tempore, eſſe connaturalia Filio? Poſſem hic plures adducere, qui Filium eſſe fontem Spiritus Triadis complectiui in propria hypoſtaſi dixere, ſed cum de hoc alibi egerim, aduerſus erroneas Scholarij expoſitiones, vnus mihi præ omnibus Cyrillus ſit, quem etiam alibi ſæpius laudaui; Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ πνεῦμα ἐστὶ, καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται. καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια. καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ καθάπερ

θάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Licet sit in propria hypostasi Spiritus sanctus, ea ratione qua Spiritus est, & non Filius, sed non est alienus ab ipso. Spiritus enim veritatis appellatus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso, sicuti etiam ex Deo & Patre*. Si Spiritus sanctus profunditur in propria hypostasi a Patre, & contrarium blasphemum est, & decernente Cyrillo profunditur ea ipsa ratione, qua profunditur a Patre. profunditur ergo in propria hypostasi, & profusio ista est æternæ Spiritus existentiæ. Et Scholarius ineptit, esse dationem & suppeditationem charismatum. Sed quid? ipsum sanctum Athanasium sese exponentem audiamus. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τὴν φωτιστικὴν, καὶ ἁγιαστικὴν ζωὴν οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεὰν, ἥτις ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁμολογουμένως ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. *Vnus cum sit Filius viuens Verbum, vnam esse addecet illuminantem & sanctificantem vitam, existentem operationem illius & donum, quæ dicitur ex Patre procedere, cum ex Verbo, quod ex Patre est, nemine discrepante elucet, & mittitur, & datur*. Operatio & donum, & illuminans & sanctificans vita, quæ a Patre procedit, est hypostasis Spiritus, quæ est eadem, quæ elucet, & mittitur & datur a Verbo, & tu

mihi ſomnias dona, & dationes donorum? Quis vnquam aſſeruit, qui ex Patre procedit Spiritum eſſe dona & dationes? Etſi emicatio, & datio, & miſſio eſt Spiritus procedentis a Patre, & exiſtentis ante ſæcula, & hæc eſt æterna proceſſio, quemnam ſibi locum in hac proceſſione dona vindicabunt; niſi id contendas, dona Spiritus ex Patre æterna exiſtentia, necnon proceſſione eſſe in propria hypoſtaſi Triadis completiua? ſic Trias erit multitudineDeorum Deorum gentilium multitudine locupletior. Et de fonte Filio Spiritus iam ſatis. Vbi nam modo ſunt, ait Conſtantinus Meliteniota Oratione prima de Proceſſione Spiritus ſancti, qui Spiritus per Filium ſuppeditationem fidelibus, dona Spiritus aſſerunt, præſecta abſciſſaque tradi illis, quibus dari Spiritus dicitur; quando natura humana Deum capere non valet, vt inde colligant, ſi non per Filium Spiritus dignis exhibetur, multo minus per ipſum exiſtere? cum exiſtentiam neceſſario ſuppeditatio conſequatur; ne extra vnigenitum Spiritum conſiſtere dicamus, quod Cyrillianæ doctrinæ aduerſatur, lib. 2. Theſaurorum, vbi habetur; *Proprius enim omnino Spiritus eſſentiæ Filij, & non deforis ſuam hypoſtaſim habens*. Et 3. ad Hermiam; *Igitur nos homines filiationis nomine honeſtans Spiri-*

Spiritus ſanctus, quandoquidem Filij eſt, operabitur quidem in alijs filiorũ adoptionem, ocioſus autem erit in illo omnino, cuius ſcilicet eſt, non aduentitius, neque enim extrinſecus adueniens, ſed eſſentialiter illius exiſtens, & per eum effuſus, vt a dignis accipiatur iuxta beneplacitum Patris. Et in illud Ioan.; *Ego rogabo Patrem; Annon igitur quiſpiam exiſtimabit & merito, imo etiam aptiſſime amplexabitur, Dei & Patris naturalium bonorum, & eſſentialium, cum Filius particeps ſit, habere Spiritum eo m do, quo illum habere Pater intelligitur, non adſcititium neque extraneum. Stolidi enim eſt, imo furioſi ita ſentire.* Et in illud; *Vidi Spiritum deſcendentem; Nunquam enim ad tantam temeritatem deſcendemus, vt participatione in Filio ſecundum naturam Spiritum eſſe credamus, & non potius ſubſtantialiter, quemadmodum ipſi etiam Patri adhæret.* Et poſt pauca; *Quomodo igitur a Filio Spiritum ſeparabimus, qui ſic innatus ei eſt, ita ſubſtantialiter coniunctus, & per eum prodiens, in ipſo ita naturaliter eſt.* His Cyrilli teſtimonijs iam cadit aduerſariorum doctrina de donis.

CAPVT LVI.

In Trinitate esse aliquid commune duobus personis, quod non sit commune tertiæ.

SVbdit Nilus, nihil præterea aliud videns, nisi quod lubet; Ὅτι δὲ τὸ τοιοῦτον ἀρχαία δόξα Κυρίλλου, καὶ πάσῃ μηχανῇ τὴν ὑποψίαν ταύτην ἐκ μέσου ποιεῖται, δεινὸν ἡγούμενος, εἴ τις οἴοιτο τὰ πατρὸς ἴδια κοινὰ καὶ υἱῷ, καὶ ἐκ τούτων δῆλον. *Hoc idem antiquam fuisse opinionem Cyrilli; sicque modis omnibus suspicionem male de se conceptam de medio amouisse, graue sibi reputantem, si quis opinaretur, eum sentire, quæ Patris propria sunt, ea quoque communia esse Filij ex his ipsis manifestum est.* Et Barlaamus Monachus de Processione Spiritus sancti Oratione 4. Εἰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἔσται τι κοινὸν πατρὶ καὶ υἱῷ, οὗ οὐ μέτεστι καὶ τῷ πνεύματι, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ τὸ προβάλλειν. κοινὸν δὲ πατρὶ καὶ πνεύματι, οὗ οὐ μέτεστι καὶ τῷ υἱῷ οὐδέν ἐστι. τὰ μὲν γὰρ πάντα φυσικὰ ἰδιώματα τοῦ πατρὸς, κοινά ἐστιν αὐτῷ τε πρός τε τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα. τριῶν δὲ τούτων περὶ τὸν πατέρα νοουμένων, τοῦ τε μὴ εἶναι ἐξ ἄλλης ἀρχῆς, καὶ τοῦ γεννᾷν, καὶ προβάλλειν. τῷ μὲν πνεύματι οὐδενὸς αὐτῶν μέτεστιν. οὔτε γὰρ ἀναίτιόν ἐστιν, οὔτε γεννᾷ, οὔτε προβάλλει. τῷ δέ γε υἱῷ τὸ προβάλλειν ὑπάρχει. ὥστε τὰ μὲν κοινὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ πλείω ἐστὶν, ἢ πατρὸς καὶ πνεύματος. ἀντι-

πεπον-

πεποιθότως δὲ τὰ διάφορα πλείω ἐστὶν πατρὸς πρὸς τὸ πνεῦμα ἢ πρὸς υἱόν. οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ υἱὸς κοινωνεῖ μὲν τῷ πατρὶ πάντων, ὧν καὶ τὸ πνεῦμα. κοινωνεῖ δὲ ἔτι αὐτῷ καὶ ἑτέρου τινὸς τηλικούτου πράγματος, οὗ οὐδαμῶς καὶ τὸ πνεῦμα. πλείω ἄρα ταυτότητα ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Si Spiritus ſanctus procedit etiam ex Filio, erit aliquod commune Patri & Filio, cuius non eſt particeps Spiritus ſanctus, quod erit ipſum producere; commune vero Patri & Spiritui, cuius particeps non ſit Filius, nullum eſt. Omnes ſiquidem perſonæ proprietates naturales communes ſunt ipſi reſpectu Filij & Spiritus. Cum vero hæc tria de Patre intelligantur, non eſſe ex alio principio, & gignere, & producere, Spiritus quidem horum nullius particeps eſt, neque enim abſque cauſa eſt, neque gignit, neque producit; Filius vero producit. Quare communia Patri & Filio plura ſunt, quam ſunt ea, quæ ſunt Patris & Spiritus. Contra vero plura ſunt diſcrimina Patris reſpectu Spiritus, quam reſpectu Filij. Cum itaque Filius communia omnia habeat cum Patre, quæ & Spiritus, & commune habeat aliquid præterea, quod nullo modo habet Spiritus. Maiorem ergo identitatem habet Filius cum Patre, quam habeat Spiritus ſanctus.* Quare ſic arguunt. Quidquid proprie de Deo conſideratur a nobis, aut dicitur, vel eſt Triadis commune, vel vnius hypoſtaſis pro-

 prium.

prium. Et hæc propositio Schismaticis est tritum atque indubitatum axioma, quod absq; vlla probatione in medium proferunt. Sed velim respondeant mihi acutuli isti. Est ne causatum, siue effectus in Triade? Et illud est ne commune Triadis, an vnius hypostasis proprium? Neutrum dicere valent. Nam causatum quod in Deo conspicitur, nec est Triadis commune, nec vnius Triadis hypostasis proprium; cum sit commune Filij & Spiritus, & non sit commune Patris. Et propius ad rem. Mittere Spiritum sanctum Patris & Filij est: id vero de Spiritu sancto nullo modo dicitur: neque enim fieri potest; vt idem sit mittens & missus. Nota. Spiritus sanctus Spiritus Patris, & Spiritus Filij, Spiritus vero Spiritus neq; est neque vocitatur, quod non est suiipsius Spiritus, neque aliud quidpiam assignatur isti Spiritui, cum in tribus tantum hypostasibus consistat Trinitas. Sic cum existentiam habeat Spiritus sanctus ex Patre simul & Filio, eam non possidebit a semetipso, cum fieri nequit, vt hic existentiæ propriæ causa sit. Idque Spiritus sancti imminutio minime est, quemadmodum neque vnigeniti extenuatio; cum Pater habeat Filium & Spiritum sanctum a seipso, Filius vero solum Spiritum. Quid præterea personalia

natu

naturalibus distinguunt? Annon intelligunt in Deo etiam proprietates natura inesse, cum accidens ibi locum non habeat: cum Deus omni compositione superior sit, & vnaquæque hypostasis solummodo proprietatem própriam, quæ nullo modo vnquam incepit, possideat? Proptereaq; natura Pater vere Pater est: Hoc enim soli proprium est & perpetuum; & Filius natura Filius est, omnia Patris possidens, vnam si excipias paternitatem; sicuti & Spiritus sanctus natura est, quod nuncupatur, licet neque paternitatem participet, neque filiationem sortitus sit. Φύσει γοῦν τῆς ἀσυνθέτου, dicebat Constantinus Meliteniota Orat. 2. de processione Spiritus sancti, καὶ ἁπλῆς μάλιστα τριάδος αὐτῆς εἰσί καθ' ὑπόστασιν ἑκάστην διαφοραὶ καὶ τὰ ἰδιώματα. *Natura itaque sunt in minime composita, & quam maxime simplici Trinitate ipsæ differentiæ vniuscuiusque hypostasis, & proprietates.* Præterea, quis vnquam ex Patribus dixit, *quæ sunt duobus communia, ea esse communia & tribus?* Licet enim Nazianzenus dicat, Τὰ τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ προσόντα τῷ πνεύματι εἶναι. *Quæ Patri & Filio insunt, ea inesse quoque & Spiritui*, sciant diuinum illum virum de diuinitate contra Pneumatomachos verba facere, qui non de discernendi vim habentibus, sed de Spiritus diuinitate

tractabant. Et hæc eſt doctrina ipſius Cyrilli ſcribentis; Οἷς γὰρ τὸ πνεῦμα κοινὸν, τούτοις ἔσται πάντως καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διῃρημένα. *Quibus enim Spiritus communis eſt, illis prorſus & quæ eſſentiæ ſunt, ſeparata non fuerint.* Cyrillus ait, Spiritum eſſe communem Patri & Filio, vti enim Patris, ita dicitur & Filij, nec tamen dicitur Spiritus Spiritus, ne duo Spiritus inſinuentur. Et vt magis in vniuerſum res pertractetur; in ſanctiſſima Triade tres conſiderantur coniunctiones, & in ſingulis commune quid duabus reperitur. Sic cum *ingenitum* duobus modis dicatur, & cum abſque principio eſt, & dicimus Patrem ingenitum, & cum non per modum generationis veluti Filius, & tum Spiritus ingenitus eſt. Pari ratione & genitum, & quod principium habet, & quod naturaliter, hoc eſt per modum proceſſionis exiſtit: & oppoſitum, quod principium non habet, & per modum proceſſionis non exiſtit. Quæ cum ita ſe habeant; ingenitum ſecundo ſuo ſignificatu Patri & Spiritui commune eſt, nullus enim ex ipſis per generationem eſt: genitum primo ſignificatu commune eſt Filio & Spiritui: vterque enim ex cauſa eſt. Et per modum proceſſionis non exiſtere, rurſus ſecundo ſignificatu commune eſt Patri & Filio, nulli enim ex his hoc modo eſſe competit.

petit. Male ergo ratiocinantur Schismatici, quæ duobus communia sunt esse & tribus. Cum enim, quæ decernunt hypostases, dupliciter considerentur, tum secundum principium & finem, tum secundum oppositionem, primum si communiter accipiatur, & vt duo, duobus inest, & secundum principium, & secundum finem. Et communissimum omnium est eorum, quæ secundum discretionem accipiuntur, & tanquam aliquod vniuersale, ex causa esse. hoc erga principium causa vocatur, erga finem effectus. Et quemadmodum absurdum non est, ex causa esse, duobus inesse, quod tamen reuera inest Filio & Spiritui, ita absurdum non fuerit, imo necessarium est, causam in duobus considerari; vt medium fiat re ipsa medium, & vera coniunctio extrema colligans: propterea quod vnum causa sit, alterum effectus; & hac ratione in duobus considerari communiter, quod decernit, absurdum non est. Si vero secundum oppositionem vna oppositionis pars in duobus plane consideratur, sic genitum & ingenitum, & procedens & non procedens duobus commune apparet. Cum enim Trinitas re ipsa sit Deus, si quo modo vna hypostasis a duobus secernitur, ita per oppositionem assumptam necessario duabus inerit. Qui enim ex tribus

vnum demit, duo relinquit. Nam abſque generatione ſiue principio exiſtere Patrem & Filium a Spiritu ſeparat: proptereaq; commune eſt Filio & Spiritui per modum generationis, ſiue ex principio eſſe. Per modum generationis exiſtere perſonam Filij conſtituit, illo a duobus ſeparatam, ideoque illi oppoſitum Patri & Spiritui ineſt: pari ratione per modum proceſſionis exiſtere Spiritum a Patre & Filio, & ob hoc non per modum proceſſionis exiſtere, quod illi opponitur, Filio & Patri neceſſario commune eſt. Sic acutiſſime philoſophatur Georgius Trapezuntius ad Ioannem Cubocleſium, concluditque; Ἐπὶ πάντων γοῦν τῶν διακριτικῶν, ἤτοι ὑποστατικῶν, ἐὰν τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως λαμβάνῃς, ᾧ διακρίνεται τοῖς δυσί, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον, εἰ μὲν ἐπιθεωρεῖται ταῖς λοιπαῖς τῆς Τριάδος δυσὶν ὑποστάσεσιν, ἴδιόν ἐστιν, οὐ λέγεται, εἰ δὲ μὴ κακῶς ἀπεδόθη τὸ τοιοῦτον ἴδιον. διὰ τοῦτο ἰδίου ὄντος τοῦ ἀγεννήτου, ἤτοι ἀνάρχου τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ γεννητῶς εἶναι τοῦ υἱοῦ, τοῦ δὲ κατ᾽ ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ τοῖς ἀπολειπομένοις κοινὸν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀντιθέσεως σημαινόμενον. *In omnibus itaque diſcernentibus, ſiue hypoſtaſim conſtituentibus, ſi proprium hypoſtaſis accipias, quo diſcernitur a duobus, id per oppoſitionem ſumptum, ſi in duabus reliquis Trinitatis hypoſta-*

poſtaſibus conſideratur proprium eſt cuius dicitur: ſin minus male attributum eſt hoc proprium. Propterea que cum ingenitum, ſiue abſque principio proprium ſit Patris, & per generationem eſſe Filij, & per proceſſionem Spiritus ſancti, genitum, & ingenitum, & non procedens reliquis duobus commune fuerit; ſecundum illum, qui ex oppoſitione infertur, ſignificatum. Neque iſta ſunt ipſius Trapezuntij ex cerebro petita dogmata, ſed ex puris fontibus Gregorij Nyſſeni deſumpta, qui ſcribit, Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι μόνου τοῦ πατρὸς ὄν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐφαρμοσθῆναι οὐ δύναται, οὕτω τὸ ἔμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι τὸ μὴ ἀγεννήτως εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν. ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη. ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται. καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησίν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα, τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ Χριστοῦ πνεῦμά ἐστιν, ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὤν, οὐκέτι καὶ τοῦ πνεύματος οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη. *Sed quemadmodum*

dum absque causa esse solius Patris est, quod neque Filio, neque Spiritui adaptari potest, sic vice versa, ex causa esse, quod est proprium Filij & Spiritus, de Patre intelligi alienum a natura est. Cum vero Filio & Spiritui commune sit, ingenitos non esse, ne confusio circa subiectum introducatur, rursus potest immixta in eorum proprietatibus differentia reperiri, vt & commune conseruetur, & proprium non confundatur. Nanque vnigenitus Filius ex Patre per Scripturam sacram dicitur, nec vltra hoc illius proprietatem oratio extendit. Spiritus vero sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio esse astruitur. Siquis enim Spiritum Christi non habet, inquit, hic non est illius. Itaque Spiritus qui ex Deo est, & Christi Spiritus est, Filius qui ex Deo est, Spiritus neque est, neque dicitur, neque conuertitur relatiua ista sequela. Sanctus hic proprietatem Spiritus dicit, non ex solo Patre esse quemadmodum Filius est, sed esse etiam ex ipso Filio, & relationem hanc non contrauerti. Deinceps commune Filio & Spiritui non existere absque generatione, idest absque principio, imo & proprium ipsorum, ex causa esse. Ex his sequitur & ex Filio Spiritum esse: sicuti enim quod ingenitum est necessario generat, nisi præintelligatur sua hypostasi, pari modo quod est absque processione, necessario

pro-

producit, nisi sua hypostasi præintelligatur. Præintelligitur vero Filius Spiritu, vt sancti tradunt, præintelligitur ergo & generatio productione: idque si est; præintelligitur ergo & Filius antequam producat, habetque quod sit non per modum productionis. Producit igitur. Quodsi non producit, vel quod per modum productionis ipse habet quod sit, non producit, vel quod non præintelligitur Spiritus hypostasi. Sed neutrum horum verum est, quinimo est impium, & fieri nequit. producit ergo. Et sic refutatur Nilus, dum plane ostenditur, esse quid duobus commune in Trinitate, quod non communicatur & tertio, & esse proprium duorum, cuius tertius particeps non est, eodem ipso potissimum Cyrillo decernente; Spiritum Patri & Filio communem esse, qui sibi communis non est. Et vt res melius intelligatur examinandum est vnum aut alterum Schismaticorum argumentum, & potissimum Ioannis Phurnæ, qui scribit; Ὅτι μὲν ἔχει πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, ἀληθές ἐστι πάνυ καὶ ἀναντίρρητον, πλὴν ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῆς ὅλης θεότητος, οἷον τὸ ἀΐδιον, τὸ ὑπερούσιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὸ δὲ χαρακτηριστικὸν ἰδίωμα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ὁ υἱὸς ἔχειν οὐ δύναται. τὸ γὰρ πατὴρ ὄνομα προσωπικόν ἐστι, καὶ ἴδιον μόνον τοῦ ἀγεννήτου πατρός. *Omnia Patris habere Filium, verum*

rum merum est, nec illi contradici potest, veruntamen vniuersæ Deitatis communia, veluti sempiternum, supersubstantiale, & similia. Sed proprietatem, in qua est nota differentia Paternæ hypostasis, Filius habere nequit. Pater nanque nomen personæ est, & proprium solius ingeniti Patris. Dicit Patris omnia Filij sunt, sed quæ communia sunt vniuersæ Deitatis. Quasi diceret, omnia habere Filium, quæ tamen communia sunt & Spiritui, quale fuerit sempiternum, supersubstantiale, & similia. Nihil porro est proprium Patri & Filio, quod non sit & Spiritui commune. Hoc vero falsum esse hinc euincitur. Licet enim communia ipsis sint, quæ naturaliter insunt, cum natura ipsis innata sint, nec deforis acquirantur, vt dicta æternum & consubstantiale sunt. Est nihilominus aliud commune Patri & Filio, quod non erit Spiritui; probaturque de eodem Spiritu. Nam, vt Cyrillus & alij tradunt, ex vtroque esse Spiritum, est commune Patri & Filio; necnon emittere, effundere essentialiter, & in hypostasi Spiritum, est commune Patri & Filio, quod non est commune Spiritui: neque enim Spiritus effundit, aut emittit alium in hypostasi essentialiter Spiritum, nisi solummodo propria dona. Cum præterea addit, proprietatem & notam paternæ hypostasis

Filium

Filium non habere, ideoque putat se conuellere posse, Filium emittere Spiritum, quemadmodum Pater emittit, industrie non dici, cum proprietatem Patris Filius habere nequeat. Hoc inquam licet verum sit, conclusio tamen, quam inde elicit, falsa est; cum vt Pater non emittat Spiritum, tum enim Spiritus esset Filius, & non esset Filij Spiritus, cum Filius Pater esse nequeat, & consequenter Spiritum non habebit. Et cum apud omnes in confesso sit, Spiritum esse & Spiritum Patris & Spiritum Filij, cui nisi blasphemus contradixerit, remanet manifestum, Spiritum esse & ex Patre vti ex Deo, veluti ex fonte, sine principio, & ex Filio veluti ex Deo vti per fontem, inde habentem quod sit, vnde & suæ hypostasis causam habet. Quare fallitur & Phurnes, & quisquis alius; qui asserit, non posse Spiritum esse etiam ex Filio, quod paternæ hypostasis sit proprietas, esse ex Patre Spiritum. Neque propterea proprietas paterna dimouetur: Nam si asserentes Spiritum etiam ex Filio existere, dicerent, Spiritum ex proprio extra Patrem fonte Filio existere, tum paternam hypostasim dimouerent, absque principio fontem Spiritus, veluti Pater est, Filium asserentes; quodsi, cum dicunt ex Filio Spiritum esse magnum Basilium sequuntur, affirmantem;

τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ λεγόμενον εἶναι εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. *Quidquid a Filio dicitur esse, ad primam causam Patrem relationem habet*, hi dimotionem similem paternæ hypostasis plane a se amouent. Nec minus falsus est Phurnes cum scribit, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς ταῦτα ἔχει καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ συμφυὲς καὶ ὁμόθεον. *Quæcumque habet Pater & Filius, habet & Spiritus sanctus, cum sit eiusdem naturæ & deitatis*. Quæ habet Pater, habet & Filius, si de ijs sermo est, quorũ communionem propter vnam naturam & vnam deitatem inter se habent tres diuinitatis personæ, verum est. Sed non propter eandem naturam, & diuinitatem, vt falsε retur Phurnes, Spiritus etiam ex Filio est: tum enim sequeretur, cum eadem sit natura in Spiritu & diuinitas, ex Spiritu quoque aliquid esse; & pari ratione esset etiam Filius ex Spiritu, & Pater ex Filio & Spiritu. Quidquid enim ex Patre, vti Filius, id & eiusdem naturæ & essentiæ cum Patre est: quoniam illud ex essentia Patris est. Non vero quidquid est eiusdem essentiæ cum aliquo, hoc veluti & ex Patre eiusdem essentiæ est. Sic etiam Spiritus eiusdem essentiæ cum Filio, ideo ex Filio, quod alibi fuse probauimus. Ne hæc tria vnum esset ex alio. Quare Basilij in rebus diuinis potius vestigijs

insi-

insistendum est, affirmandumque, propterea esse Spiritum ex Filio, quod *quæcumque habet Pater Filij sunt*, & principium absque causa Patri conseruandum, quod *quidquid à Filio esse dicitur, ad primam causam Patrem relationem habet*.

CAPVT LVII.

Cyrilli sententiam de processione Spiritus sancti etiam ex Filio esse communem aliorum Patrum.

CVm ex Græcis plerique in suis lucubrationibus, & inter eos Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus, & Constantinus Meliteniota, & Georgius Metochita illius discipuli, necnon Demetrius Cydonius, Manuel Caleca, Bessario Cardinalis, Iosephus Methonensis, Gregorius Protosyncellus, Nicephorus Blemmida, Georgius Trapezuntius, & alij ex sacris Ecclesiæ Græcæ Patribus, innumeris fere petitis testimonijs corroborarunt, & stabiliuerunt, Spiritum sanctum esse per Filium, & ex Filio, ne nimius ipse sim, multa alia hic addere supersedeo. Hinc verosimile est, Synodum Ephesinam, & Cyrillum ipsum, qui in rebus fidei non alios sequi Doctores, quam Patres & Do-

ctores Ecclesiæ & fidem ipsamNicænam profitetur aperte, in eandem Patrum sententiam abijsse, Spiritum nempe sanctum suam existentiam habere per Filium & ex Filio. Et vt magis ac magis Cyrilli sententia pateat, non fuerit molestum, hæc denuo ex eodem Cyrillo addere: namque decernit lib. 2. Thesaurorum; Δείκνυται σαφῶς οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ. *Ostenditur palam, non alienum esse a Filio Spiritum, sed in ipso, & ex ipso.* Expositione in Prophetam Ioëlem; Εἰ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ἴδιον αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Qua enim Deus est, & ex Deo secundum naturam Filius. generatur siquidem ex Deo & Patre proprius illius, & in ipso, & ex ipso est Spiritus, quemadmodum & ex ipso intelligitur Deo & Patre.* Et Schismaticus dicet, ex Patre eo modo esse, vt ab illo existentiam habeat, ex Filio vt præbente dona Spiritus sancti? Ergo Spiritus sanctus si non est a Filio nisi vt præbitore, erit etiam a Patre vt præbitore, & non tanquam existentiam habens; & ludit nos Saluator cum dicit de Spiritu, *qui ex Patre procedit*: cum aliud sit procedere, aliud distribuere, & elargiri Spiritus dona & munera, non ipsum Spiritum sanctum.

ctum. Hæc & alia fere innumera leguntur apud Cyrillum, Spiritum nempe *esse*, *exilire*, *emanare*, *emitti*, *egredi*, *&* *effundi*, & alia similia ex Filio & per Filium, non alio sensu, vt seipsum idemmet explicat, quam ex æquo vtrumque, Patrem nempe & Filium, producere Spiritum sanctum, nec minus a Filio quam a Patre suam existentiam habere. Quod dicebat Anselmus Cantuariensis de spiritu sancto cap. 9. *Quæ facta sunt a Patre per Verbum, facta sunt similiter ab ipso Verbo. Ipsum nanque Verbum dicit, quæcumque Pater fecerit, hæc & Filius similiter facit. Dicimus igitur, quia Spiritus sanctus cum procedit a Patre, per Filium, procedit & a Filio similiter: sicut quæ facta sunt a Patre per Verbum, facta sunt similiter ab ipso Verbo*. Sinminus errabunt cum Origene in Euangelium Ioannis negante, a Verbo facta esse omnia, quia, *per quem* Scriptura ei tribuit. inquit enim vnigenito habente particulam δι' ὃ, *per quem* dum secula fierent. Sic igitur hoc etiam in loco, si omnia per Verbum facta fuerunt, sed ab eo qui ipso Verbo maior est, quem quis alium dixerit, quam Patrem ipsum? sed apud Catholicos excludere Filium, Verbumque ipsum a creatione, blasphemum atque impium est. Et in hoc demonstrando tempus terere, superuacaneum fuerit. Et Patres omnes Origenis

 dictum

dictum refellunt. Quidquid tamen sit de Origenis errore, cum inter Patrem & Spiritum Filius mediet: nanque est Filius immediate a Patre, Spiritus vero mediate per Filium ex Patre, quod Gregorius Nyssenus Oratione ad Ablabium clare definit, Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. *Simile naturæ confitentes, discrimen, quod ex causa oritur & effectu, non inficias imus, in quo solo vnam ab alio discerni deprehendimus, quod hoc quidem causam esse credamus, hoc vero ex causa: illiusque, quod ex causa est, aliam rursus differentiam intelligimus: hoc enim est continenter ex primo, hoc vero ex eo quod continenter est ex primo: ita vt vnigenitum sine vlla hæsitatione in Filio maneat, & ex Patre esse Spiritum minime dubitetur, Filij mediatione, & ipsi vnigenitum conseruante, & Spiritum naturali erga Patrem relatione non arcente.*

C A-

CAPVT LVIII.

Mediatio Filij inter Patrem & Spiritum quænam sit.

ET mediatio hæc non aliud erit quam naturalis relatio, qua per Filium Spiritus Patri coniungitur, tanquam qui ex Patre per Filium procedit. Et in Trinitate, cum ſecundus a Patre Filius aſſeritur, & Spiritus tertius, id non erit tempore, neque in ipſo tempore producta exiſtentia, neque facultate, neque dignitate, neque vllo alio, quod excellentiam eorum, quæ prima ſunt, erga ſecunda & affinia inferat; ne Arius reuiuiſcat, & Macedonius; ſed tantummodo cauſa, qua ex Patre Filius dicitur, & ex Filio Spiritus: idque confirmat Baſilius dicens; Δεύτερον τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς τάξει καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἐκ τοῦ πατρός. *Secundum Filium a Patre ordine & dignitate, quoniam ex Patre*. Hinc colligitur, cum ſecundus ſit Filius, mediationem ipſam Filij ſecundum eandem rationem cauſæ & cauſati eſſe. Quandoquidem perſona Filij ex Patre producitur, producitur etiam Spiritus, ſed Filius decernente Nyſſeno *continenter ex primo*, Spiritus vero *ex eo, quod continenter eſt ex primo*: quod ſecundum Filium oſtendit mediumque inter Patrem & Spiritum,

tum, quod non est intelligendum corporee esse diuisum a primo secundum: namque quod coniungit Spiritum Patri, medium est inter Patrem & Spiritum; sicque tertius a Patre Spiritus est ordine & dignitate, quod a Patre per Filium procedat. Quod item tertium non est intelligendum corporee, neque diuisum a primo propter secundi mediationem, sed coniunctum, vt Deum addecet, in vnitate essentiæ inconfusum. Nyssenus: *Filij mediatione, & illi vnigenitum conseruante, & Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente*. Et quis concipere poterit tres personas, & se ipsis subsistentes extra omnem commixtionem & confusionem, & inter easdem nullam mediationem? Nanque vbi medium non est, Trias non est, etsi commixtio absit, medium inter easdem modis omnibus fuerit. Secundum ergo eam rationem, qua Trinitas est, vera & inconfusa, medium habet: secundum quod vnitas est, neque tertij, neque medij nomen admittet. Et cum personarum ratione Trias est, & medium intelligitur, ratione vnius essentiæ & Deitatis, nullum enunciabitur medium. Sicque personam Filij ratione causæ secundum a Patre dicimus, & tertium a Patre Spiritum, per Filium procedentem: at ratione vnius Deitatis Deus secundus Filius non dicitur,

neque

neque Spiritus Deus tertius, ſed neque medius inter Patrem & Spiritum Filius eſt. Quod enim vnum eſt, prorſus medium excludit. Et mediatio iſta Filij, cum Filius eſſentia & hypoſtaſi exiſtens continenter ſit & immediate a Patre, eſſentia & hypoſtaſi ſubſiſtente; Spiritus autem ſanctus eſſentia & hypoſtaſi exiſtens, per Filium ex Patre procedat, mediatio iſta Filij erit vere naturalis & eſſentialis, quamuis id mens, licet ſpeculationi addictiſſima fuerit, concipere nequeat. Neque quia diuiſio per intellectum fit, ſequitur iſtam quoque mediationem eſſe tantum per intellectum in ſola nuda voce: Tum enim Trinitas non eſſet perſonarum eſſentia, & hypoſtaſi ſubſiſtentium Trinitas, ſed cogitatione ſolummodo, quod eſt blaſphemum & impium, cum vnaquæque perſona vera ſit, eſſentia & hypoſtaſi ſubſiſtens. Quare mediatio inter Patrem & Spiritum erit naturalis & eſſentialis, ideoque Doctores Eccleſiæ ad declarandam Spiritus exiſtentiam ex Filio, per Filium Spiritum exiſtere, eſſe, profundi, & ſimilia inſinuarunt, ne ex Filio dicentes, procatarcticam Spiritus cauſam Filium exiſtimarentur dicere, vt Eunomius contendebat. Audiantur, ſed Cyrillus potiſſimum, qui expoſitione in dictum Ioannis; *Vidi Spiritum deſcendentem*

quaſi

quaſi columbam, ſcribit. Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον πνεῦμα. *Immutabilis eſt identitas Filij, ad Spiritum, qui proprius eius eſt, quiq; ab eo ſecundum naturam profunditur.* Et; Τίνα οὖν τρόπον ἀπομεριοῦμεν τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένον, δι' αὐτοῦ τε προκύπτον, καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτόν; *Quomodo igitur a Filio Spiritum ſeparabimus, qui ſic innatus ei eſt, ita ſubſtantialiter coniunctus, & per eum prodiens, in ipſo ita naturaliter eſt, vt aliud eſſe præter ipſum intelligi nequeat.* In dictum, *Sicut tu me miſiſti;* Ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ πατρὸς καὶ ἐν πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ υἱός, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ πατρός, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικόν, ἤγουν τὸν ἐν ὑπουργίᾳ νοούμενον, ἀλλ', ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, χεόμενον δὲ τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις διὰ Λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος, κατ' ἔκφανσιν δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτό. *Sed quoniam ex Patre & in Patre ſecundum naturam Filius eſt, cum ſit fructus verus ſubſtantiæ eius, proprium Patris Spiritum ſecundum naturam poſſidet, qui profunditur quidem ex Patre, per Filium autem creaturis donatur, non miniſterij modo, qui ſeruili rationi ſubijcitur, ſed*

ſicut

ficut mox dixi, ex ipsa quidem substantia Dei & Patris prodiens, profusus autem ad eos, qui digni sunt, per consubstantiale Verbum, a quo est secundum emissionem ad esse, atque subsistere. Ὥσπερ γὰρ ἐστὶν ἴδιον πνεῦμα τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ πατρός. οἷς δὲ τὸ πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα. *Nam sicut Filij Spiritus est, naturaliter in ipso manens, & per ipsum progrediens, sic Patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ij profecto substantialiter disseparari non possunt.* Item in illud; *Ille me clarificabit:* Ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κεῖται, τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ μονογενοῦς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. *Nihil igitur prorsus detrahitur Spiritui, & accusationem supra omnem est, si concipiatur Spiritus aliquid ab vnigenito accipere: nam cum per illum naturaliter progrediatur cum omnibus, quæ absolute habet, perfecte ab eo sua habere dicitur.* Et in illud; *Quæcumque habet Pater, mea sunt;* Καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, τὸ πνεῦμα δηλαδὴ, τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ὡς αὐτὸς ἐνοικεῖ. οὐ γὰρ ἕτερον παρ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. *Et annunciabit vobis, Spiritus videlicet, qui per eum & in eo est, per quem in sanctis vt ille inhabitat. Non enim aliud præ-*

ter

ter eum Spiritus eius est. Epistola ad Reginas: Καὶ γάρ ἐστιν ἐκ πατρὸς φυσικῶς προχεόμενον δι' υἱοῦ τῇ κτίσει. *Est enim ex Patre naturaliter, per Filium in creaturas profusus.* Et lib. 1. contra Iulianum. Ζωοποιεῖ δὲ τὸ πνεῦμα, καὶ πρόεισιν ἐκ ζῶντος πατρὸς δι' υἱοῦ. *Viuificat autem Spiritus, & progreditur ex viuente Patre per Filium.* Et quis omnia Cyrilli in hanc sententiam colligeret? Cyrillum sequitur Ioannes Damascenus Epistola ad Iordanem Archimandritam: Πατὴρ ὁ πατὴρ καὶ οὐχ υἱὸς, οὐ γὰρ ἔκ τινος. υἱὸς ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ, καὶ οὐ πατήρ. ἵνα εἷς ᾖ ὁ πατήρ. πνεῦμα ἅγιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ Λόγου προϊὸν, οὐχ υἱϊκῶς δέ. *Pater est Pater & non Filius: non enim ex quopiam. Filius est Filius: ex Patre nanque, & non Pater, vt vnus sit Pater. Spiritus sanctus est Spiritus sanctus: etenim ex Patre per Filium Verbum prodiens, non autem vti Filius.* Et post pauca: Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Λόγος δὲ ἐνυπόστατον γέννημα, διὸ καὶ υἱὸς, καὶ πνεῦμα ἐνυπόστατον ἐκπόρευμα, καὶ πρόβλημα ἐκ πατρὸς μὲν, δι' υἱοῦ δέ. *Nobis vero vnus est Deus Pater, & eius Verbum, & eius Spiritus. Verbum vero subsistens proles, idcirco & Filius, & Spiritus subsistens, procedens, atque prolatus ex Patre quidem, sed per Filium.* Et in Capitibus suis Theologicis: Αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, Λόγου ἄβυσσος, Λόγου γεννήτωρ

νήτωρ, καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς πνεύματος ἐκφαντορικοῦ. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς μὲν δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη, ὡς οἶδεν αὐτὸς, οὐ γεννητῶς. καὶ υἱοῦ πνεῦμα οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον. *Ipſe igitur eſt Mens Verbi abyſſus, Verbi genitor, & per Verbum Spiritus enunciatiui productor. Spiritus ſanctus enunciatiua potentia arcanorum Deitatis Patris, ex Patre quidem per Filium procedens, vt nouit ipſe, non vti Filius. Et Filij Spiritus, non tanquam ex ipſo, ſed per ipſum ex Patre procedens.* Quomodo vero Damaſcenus neget Spiritum ex Filio, vide quæ in noſtro Enchiridio de proceſſione Spiritus ſancti diximus. Iſta mediatio, per quam progreditur Spiritus in ſua hypoſtaſi, ſi diuerſam a paterno principio concipias, cum Ario ineptis, ſi eandem eſſentia & natura, vnus idemque eſt Spiritus progreſſus, cum dicto Patrum, *ita ſe habet Spiritus erga Filium, ſicuti ſe habet Filius erga Patrem.* Sed progreſſus Filij ex Patre eſſentialis eſt, & dat exiſtentiam, & conſtituit perſonam, ergo & Spiritus progreſſus per Filium non aliud ſignificabit. Et cum *Per*, & *Ex* etiam in diuinis vna loco alterius accipiatur, idem erit dicere, *Spiritum ſanctum progredi ex Patre per Filium*, &, *progredi ex Patre & ex Filio*, & Patre quidem vt ex primaria &

proca-

procatarctica cauſa, per Filium, quaſi per medium inter Spiritum & Patrem.

CAPVT LIX.

***Præpoſitionum* Ex, *&* Per *æquales vires etiam in diuinis, &* Per, *Præpoſitionem non ſignificare* ſimul.**

PRæpoſitionum *Per*, & *Ex* vires æquales pluribus ex Scriptura petitis teſtimonijs demonſtrant, Baſilius cap. 5. ad Amphilochium de Spiritu ſancto; Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἀπαλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται, ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ. οἷον, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ Ἀδάμ. ἴσον λέγων τῷ, ἐκ Θεοῦ. καὶ ἑτέρωθι. ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος Κυρίου. καὶ πάλιν. οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν, ὁ Ἰωσὴφ τοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος. σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ, ἐκ Θεοῦ εἰπεῖν, διὰ τοῦ Θεοῦ, εἴρηκεν. καὶ ἀνάπαλιν τῇ, ἐξ οὗ προθέσει, ἀντὶ τῆς δι' οὗ κέχρηται. ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, γενόμενος ἐκ γυναικός. τοῦτο γάρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, τῇ γυναικὶ μὲν προσήκειν λέγων τὸ, ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγενῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ τὸ, διὰ γυναικὸς, ἐν οἷς φησιν, ὅτι ὥσπερ ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς, οὕτως ἀνὴρ διὰ γυναι-

κός. ἀλλ' ὅμως μὲν ἐνταῦθα ὁμοῦ τὸ διάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος, τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἡ θεοφόρος σὰρξ συνεπάγη, τὴν ἐμφαντικωτέραν φωνὴν προετίμησεν. Τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς γυναικὸς παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γεννήσεως ὑπεμφαίνειν, τὸ δὲ ἐκ τῆς γυναικὸς ἱκανῶς παρεδήλου τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν, οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι ῥαδίως ἀλλήλαις ἀντιπαραχωρίζουσιν αἱ φωναί. *Neque enim solum, cum de Deo sit sermo, harum vocum usus variat, verum etiam ea, quæ ab his significantur, sæpenumero inuertuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti, Possedi hominem per Deum, inquit Adam, idem dicens, quasi dixisset, ex Deo. Et alibi, Quæ præcepit Moyses Israëli per mandatum Domini, & rursum, Nonne per Deum horum manifestatio est? Ita Ioseph, loquens de insomnÿs apud eos, qui erant in carcere. Palam est & hunc pro eo quod erat, ex Deo dixisse, per Deum. Et contra hæc particula, Ex quo, usurpatur pro, per quem, velut cum ait Paulus, factus ex muliere, pro eo quod erat, per mulierem. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, cum ait, fœminæ conuenire e viro natam esse, viro autem per fœminam in his quæ sic scribit, Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem. Quamquam hic Apostolus*

Apostolus simul ostendens diuersum harum vocum vsum, simul obiter corrigens quorundam errorem, existimantium Domini corpus esse spirituale; vt ostenderet, carnem Dei gestatricem ex humana massa concretam fuisse, maluit vti verbo significantiore. Nam hæ dictiones, per mulierem, transitorium generationis intellectum erant significaturæ, at hæ, ex muliere, sufficienter declarant communionem naturæ genitæ cum ea, quæ genuit: non quod secum pugnet Apostolus, sed ostendit, has voces facile sibi vicissim cedere. Ioannes Chrysostomus, Οἶδε γὰρ τὸ, διὰ οὗ τὸ, ὑφ' οὗ λέγειν ἡ γραφή. ὡς ὅταν λέγῃ, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, οὐ τὸ δεύτερον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τιθεῖσα. *Solet enim per hoc, loco illius, ab hoc, Scriptura vsurpare, vt cum dicit, possedi hominem per Deum, non secundam, sed primam causam exprimens.* Et Homil. 11. in Posteriorem ad Corinthios; Ὅταν γὰρ εἴπω ὅτι Χριστὸς αἴτιος τῆς καταλλαγῆς, καὶ τὸν πατέρα λέγω. ὅταν δὲ εἴπω τὸν πατέρα δεδωκέναι, καὶ τὸν υἱὸν λέγω. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ τούτου δὲ αὐτὸς αἴτιος. *Cum vero dico Christum causam esse reconciliationis, etiam Patrem dico. Cum dico, Patrem dedisse, & Filium dico. Omnia enim per ipsum facta sunt, sed & huius causa est ipse.* Et Homil. 1. in Epist. ad Romanos. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς. ἰδοὺ ἐνταῦθα τὸ, ἀπὸ κοινόν ἐστι πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ ἐξ οὗ.

Gra-

Gratia vobis & pax a Deo Patre. Vides hic præpositionem Ab, communem esse Patris & Filij, quod æquiualet illi, Ex quo. Gregorius Nyssenus libro primo contra Eunomium; Κτιστὴ γὰρ ἡ διὰ τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν αἰτίαν καὶ τὴν δύναμιν τοῦ εἶναι ἔχουσα. *Creata est, quæ per increatam naturam causam & vim existendi habet.* Maximus Homologeta ad Anomœum; Τοῖς καθαροῖς πάντα καθαρὰ παρ᾽ ἡμῖν κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς γραφῆς. Τὸ, δι᾽ οὗ ταυτόν ἐστι τῷ, ἐξ οὗ. *Puris omnia pura apud nos secundum scripturæ mentem. per quem, idem est acsi diceret, ex quo.* Athanasius Orat. prima contra Arianos: Ὅταν οὖν εἰς τοῦθ᾽ ἡλικίας ὁ ἄνθρωπος προέλθῃ, ᾗ τὸ δυνατὸν ἡ φύσις παρέχει, εὐθὺς ἀνεμποδίστως τῇ φύσει πατὴρ ὁ ἄνθρωπος γίνεται τοῦ δι᾽ αὐτοῦ υἱοῦ. *Cum igitur eo ætatis homo peruenerit, qua virilitatem acquirit, statim nullo impediente, natura sua homo Pater fit filij, qui per ipsum est.* Ioannes Damascenus in Troparijs nunc quidem canit; Θεὸν ἐγέννησας μῆτερ ἁγνὴ σεσαρκωμένον ἐκ σοῦ θεοπρεπῶς, πανύμνητε. *Deum peperisti mater immaculata, qui diuino quodam modo carnem ex te assumpsit, omni præconio digna.* &, Ἐκ σοῦ ἠμφιάσατο τὸ φύραμά μου. *Ex te induit massam meam:* nunc vero; Διὰ σοῦ μῆτερ παρθένε φῶς ἀνέτειλε πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. *Per te Mater & Virgo lumen toti terrarum orbi illuxit.* Constantinus Meliteniota Orat. 2. Τὰ γὰρ ἄλλα τῶν ὑποδειγμάτων

per ipsam multis in locis. Postmodum adducit testimonia ex Patribus. Vide etiam quæ de hoc eodem argumento disputat Emmanuel Caleca, Demetrius Cydonius cap. 11. Bessario Cardinalis in libello Dogmatico cap. 5. & in Confutatione Palamæ cap. 1. Hæc nec aduersarij ipsi inficiantur. Andronicus Camaterus in Hoplotheca ad dictum Cyrilli in Ioëlem. Ἀρκοῦσι σοι εἰς τὸν τοιοῦτον σαφηνισμὸν τούτου αἱ λοιπαὶ διάφοροι διδασκαλίαι, καὶ ὅτι τὴν ἐξ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀεὶ οἱ ἅγιοι πάντες ἀντὶ τῆς διὰ ἐκλαμβάνονται. *Satis abundeque id probauerint, explicauerintque tot aliæ eiusdem Sancti doctrinæ, necnon & illud Ex, præpositionem in Filio Sanctos omnes loco illius Per, accipere.* Et rursus; Εἶδες σύντομον τὴν τοῦ ἐξ αὐτοῦ σαφήνειαν, ὡς ἄνωθεν εἴπομεν. ἰδοὺ γὰρ κἀνταῦθα ἐξ ἀμφοῖν τὸ πνεῦμα προχεῖσθαι λαλήσας ὁ θεῖος οὗτος πατήρ, τὰς προθέσεις πάλιν διεῖλε, καὶ τὴν μὲν παρὰ τῷ πατρὶ, τὴν δὲ διὰ τῷ υἱῷ ἀπένειμεν, ἵνα δείξῃ σοι σαφῶς, ὅτι τὴν ἐξ πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀντὶ τῆς διὰ ἐκλαμβάνει. *Vidisti ne compendiosam illius, ex ipso declarationem, ut supra adnotauimus? Ecce enim & hic ex utroque Spiritum effundi diuinus hic Pater decernens, præpositiones distinxit, & Ex, quidem Patri, Per vero Filio attribuit, ut tibi manifesto commonstraret, Ex præpositionem in Filio loco præpositionis Per accipi.* Sed frustra nos ad id probandum aliun-

de argumenta petimus. adeamus Cyrillum ipsum, & præpositionum *Ex*, & *Per*, vires in rebus Theologicis addiscamus. In dictum Ioannis, *Omnia per ipsum facta sunt*; Εἰ δὲ νομίζουσι δύναται, τὸ δι' υἱοῦ λεγόμενον ἐφ' ἡμῶν καταφέρειν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητός τε καὶ φυσικῆς ὁμοιότητος, ὡς ὑπουργὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ δημιουργόν, διασκεπτέσθωσαν οἱ παράφρονες, καὶ εἰς μέσον ἡμῖν ἡκόντων ἀπολογησόμενοι, τί ποτε ἄρα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐννοήσομεν; τίνα δὲ εἶναι καὶ αὐτὸν ὑπολειψόμεθα, ὅταν φαίνηται λεγόμενος τό, δι' οὗ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ; πιστὸς γάρ φησιν ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καί, Παῦλος Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ. καὶ πάλιν πρός τινας ὁ Παῦλος ἐπιστέλλει. ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός. εἰ δὲ υἱὸς καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. ταῦτα δὴ σύμπαντα τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἔχει πρόσωπον. καὶ οὐ δήπου πρὸς τοῦτο μανίας ἐλάσειέ τις, εἰ μὴ τύχῃ τοῖς προειρημένοις τὰ ἴσα φρονῶν, ὡς τὸ τῆς ὑπουργίας ὄνομά τε, καὶ πρᾶγμα καὶ αὐτῆς κατηγορεῖσθαι τῆς τοῦ πατρὸς δόξης, ὃ λόγως εἰπεῖν, ἐπείπερ λέλεχθη καὶ ἐπ' αὐτοῦ τό, δι' οὗ. ἀδιαφορεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε περὶ τὰς λέξεις ἡ θεία γραφή, μηδὲν ἀδικοῦσα τὸ ὑποκείμενον, καταχρηστικώτερον δέ πως ἐπιφέρουσα τοῖς σημαινομένοις τά τε ῥήματα, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν οἴηται καταδηλοῦσθαι καλῶς. *Quodsi putant, quoniam per ipsum scriptum est, dictum de Filio, Filium a naturali Patris æqualitate decidere, & naturali*

simi-

similitudine, & tum potius administrum esse quam opificem, vesani hi considerent inter sese, accedantque in medio nostri responsuri, quid de ipso Patre cogitabimus? quem e m esse deprehendemus? cum particulam per, in scripturis diuinis de seipso dici non recusat? Fidelis enim, inquit, Deus, per quem vocati estis in communionem filij eius. Et, Paulus Apostolus seruus Dei per voluntatem Dei. & rursus Paulus ad aliquos scribens: Itaque non est seruus sed filius, et si filius, & hæres per Deum. Hæc omnia ad personam Dei & Patris referuntur, & nemo adeo insanit, nisi cum iam dictis antea consentiat, vt ministerij nomen & rem ipsi Patris gloriæ cum ratione accommodet; cum etiam de Deo particula Per, prolata est. Indifferenter enim plerunque dictionibus abusionis modo scriptura ita vtitur, vt probe res grandes, quantum possibile homini est, significet. Et ad Palladium hæc scribit: Τρεπτὸν ᾗ ἤτοι πω τὸ πνεῦμα ἐστὶν. ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ, οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. *Mutabilis vero nullo modo Spiritus est, quodsi mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturam vituperatio recurret, si est Dei Patris præterea & Filij essentialiter ex ambobus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus.* Si credis Cyrillo. nihil differt ex Patre

& Filio, siue, ex Patre per Filium Spiritum effundi. cum enim dixisset, *essentialiter ex ambobus*, vt æquales præpositionum vires ostenderet, continuo annexuit, sese explicans, *ex Patre scilicet per Filium*. Quod etiam ex illis, quæ naturaliter fiunt, cognoscitur. Ex radice scilicet per ramum astruentes fructum, quid aliud agimus, quam eum ex ramo enunciamus? Ex oculo per fontem fluuium, nonne ex fonte eum asserimus? Temere itaque nugatur, inter has præpositiones differentiam assignans Matthæus Hieromonachus Tractatu de processione Spiritus sancti; Ἡ γὰρ διὰ ἀντὶ τοῦ ἐκ, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἐπὶ τῆς δημιουργίας μόνης λαμβάνεται, τὸ ἀρχικὸν καὶ ποιητικὸν σημαίνουσα αἴτιον, ὡς τὸ, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ, ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀντὶ τοῦ, ἐξ αὐτοῦ. αὐτὸς γὰρ ὁ υἱὸς ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα πεποίηκεν. εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ, διὰ τοῦ υἱοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἰ λάβοι τις, πῶς οὐκ ἂν εἰς κτίσμα τιθεὶς τὴν πληρωτικὴν τῶν ὅλων τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν. *Præpositio Per loco illius Ex accipitur in diuinis scripturis de rebus creatis, principalem & operatricem causam indicans, vt, Acquisiui hominem per Deum, loco illius, ex Deo, &, omnia per ipsum facta sunt, pro, ex ipso, ipse enim Filius ex ijs quæ non erant omnia creauit. Quod si quis in processione Spiritus sancti illud, per Filium*

lium pro, ex Filio desumat, quomodo non in creaturam compellet omnium perfectiuam Spiritus sancti virtutem? Similia sentiunt alij Schismatici, sed contrarium tenent Doctores Ecclesiæ, idque pluribus ex Scriptura petitis testimonijs comprobant.

Quare cæcutiunt plane, qui autumant, Spiritum ex Patre & Filio non affirmari a Patribus, quasi essentialiter inter Patrem & Spiritum non sit medius Filius: sed quod sit Spiritus simul cum Filio ex Patre. Etenim si illud *per Filium*, non ita accipiatur, tempus in processione Spiritus ex Patre per Filium interponeretur. Nemo negat dummodo pietatem colit, Spiritum & Filium simul esse ex Patre. Neque Patres illud asseuerarunt, vt tempus inter Patrem & Spiritum interponerent, sed vt essentialem Filij mediationem in Spiritus ex Patre per Filium existemtia proponerent. Quare nullo modo pietas læditur, si simul cum Filio ex Patre Spiritus sit; quandoquidem & Filius simul est cum Patre, qui tamen ex Patre est, & nullum tempus præintelligitur Filio. Simul nanque Filius cum Patre existit, & simul cum Patre est, & ex Patre: sic Spiritus simul cum Filio existens, ex Patre per Filium esse dicitur, & nullum temporis momentum intercedit. sic etiam Filius simul cum Patre est, & nihilominus

Filio præintelligitur Pater ratione originis, quod ex Patre Filius est. Ita Spiritus simul est cum Filio ex Patre, & nihilominus Filius præintelligitur Spiritui, secundum originis rationem, quod per Filium ex Patre Spiritus est. Et quis vnquam somniauit præpositionem Per, *Simul* notare, cum dicitur Spiritus per Filium ex Patre? Eadem reperitur per, & in illo, *per Verbum Spiritum Patri coniungi*. Quod videtur secutus Demetrius Chrysoloras Dialogo contra Cydonium; κύκλος ὁ τῶν Ἁγίων αὐτὸ ποιεῖ παντὶ γνώριμον, εἰπὼν οὕτως, ἐκ πατρὸς ἐστὶ δι' υἱοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσως σὺν τῷ υἱῷ, ἢ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἅμα ἐκ πατρὸς, ἢ δηλοῦν τὸ ὁμοούσιον καὶ οὐκ ἄλλο. διὰ τοῦτο ὑπόθεσις ἡ παροῦσα οὐκ ἀδυνατεῖ, τὸν υἱὸν εἰπεῖν ἐκ τοῦ πνεύματος. *Sanctorum cœtus hoc omnibus notificat, cum dicit, Ex Patre est per Filium Spiritus, quasi diceret cum Filio, aut cum Filio simul ex Patre, aut indicare homousion, nec aliud. Propterea que hoc supposito dici poterit, Filius ex Spiritu*. Hoc itaque supposito Chrysolora, cum tuo hoc acumine diceres, Pater ex Filio est, & Pater ex Filio & ex Spiritu est: quia Pater simul cum Filio & Spiritu est. Pudet me istorum Theologorum, qui neglectis diuinæ Scripturæ, & sanctorum Patrum decretis, omnia, vt sibi lubet, immiscent, atque confundunt, & nouas docendi formulas in Ec-

cle-

clesiam, ab ipsa Ecclesia nec imaginatione conceptas, introducunt. Nec est quod nobis obijciat & Theodoretum, & Ephræmium Syrum, & Gregorium Nyssenum, & Ænæam Gazæum, quorum primus sermone 2. contra Græcos scribit; Συμπρόεισι γὰρ τὸ πνεῦμα τῷ Λόγῳ, οὐ ξυγγεννώμενον, ἀλλὰ ξυνὸν, καὶ παρομαρτοῦν, καὶ ἐκπορευόμενον. *Cum Verbo prodit Spiritus non simul genitus, sed simul cum illo existens, & comitans, & procedens.* Secundus in Confessione, & sui ipsius reprehensione; *Nam & nos in pronunciando verbo, Spiritum nostrum mouemus, & cum verbo Spiritum producimus.* Tertius in Antirrheticis aduersus Eunomium; Ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ προαιωνίῳ οὐσίᾳ πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος, καὶ ἀεὶ πατὴρ νοεῖται. ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονογενὴς υἱὸς συνεπινοεῖται, δι' αὐτοῦ δὲ, καὶ μετ' αὐτοῦ πρίν τι κενόν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένον καταλαμβάνεται, οὐχ ὑστερεῖζον τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱὸν, ὥστε τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ πνεύματος νοηθῆναι. *In increata ante secula essentia Pater quidem sine principio & ingenitus, & semper Pater intelligitur; ex eo vero immediate & indiuise vnigenitus Filius cum Patre simul intelligitur: per hunc autem & cum ipso, ante quam inanis & non subsistens in medio perceptio incedat, statim Spiritus sanctus iunctim concipitur, non post Filium existentia sub-*

ſubſiſtens, vt aliquando vnigenitus abſque Spiritu concipiatur. Quartus in Theophraſto; Καὶ ἅμα τῷ τόκῳ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἅγιον πνεῦμα προσήνεγκεν, οὐ βίᾳ, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως. διὸ δὴ καὶ τέτοκε βουλόμενος, καὶ προήγαγε δυνάμενος. *Et ſimul cum generatione eiuſdem ſubſtantiæ Spiritum ſanctum protulit, non vi, non coactus, ſed poteſtate virtutis, propterea & genuit volens, & potens produxit.* Quidquid ſit de Theodoreti verbis, qui in hoc negotio ſuſpicione non caret, tres alij ſimul cum Filio extitiſſe Spiritum temporis ordine, non originis dixerunt, vt inter proceſſionem & generationem interiectum omne tempus excluderent, & dixerat Auguſtinus de Trinit. lib. 15. cap. 26. *Quia nulla ibi tempora cogitantur, quæ habent prius & poſterius.* Quid porro Chryſoloras reponeret Nyſſeno dicenti Homilia 3. in Orat. Dominicam. Οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ ὂν, καὶ Χριστοῦ ἐστι πνεῦμα. ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὢν, οὐκέτι καὶ τοῦ πνεύματος οὔτε λέγεται, οὔτε ἐστίν. *Itaque Spiritus ex Deo exiſtens, & Chriſti Spiritus eſt, Filius vero ex Deo exiſtens, Spiritus ſancti neque dicitur, neque eſt.* Et Damaſceno Ioanni in fine capitis octaui Theologici; Τὸν δὲ υἱὸν οὔτε τοῦ πνεύματος λέγομεν οὔτε ἐκ τοῦ πνεύματος. *Filium vero neque Spiritus dicimus, neque ex Spiritu.* Et Chryſoloras non veretur dicere. *Hoc ſuppoſito dici poterit*

terit, Filius ex Spiritu? quia nempe eſt eiuſdem eſſentiæ cum Filio. Sed negant id Nyſſenus & Damaſcenus, concedentes homouſion. Patribus hiſce meam, ſicuti & vniuerſa Græcorũ Eccleſia ſuam fidem obſtrinxi. Tua qui ab illis diſcedis, o Chryſolora, & contraria pronuntias, & alijs tradis, perfidia eſt, & ſcelus proditoris. Et tandem deflenda eſt Schiſmaticorum conditio, qui vt videantur aliquid dicere, antiqua Hæreſiarcharum contra catholicam veritatem reſponſa, reiecta abdicataque ſæpius a Patribus, de nouo vti noua oracula repetentes, Chriſti fidelibus inſinuant. Ne multa congeram, vnius Seueri Antiocheni Hæreſiarchæ conatu, quo ille Sanctorum dicta contra propriam hæreſim reijciebat, referente Anaſtaſio Antiocheno in Hodego contra Acephalos, probabitur; Θεωρήσας γὰρ, ὅτι ἐκ πατρικῶν τῶν ὁσίων διδασκάλων χρήσεων, παρέστησαν ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτοις ἐν ἑνὶ προσώπῳ τὸν Χριστὸν οἱ περὶ τῆς Συνόδου ἀπολογησάμενοι, ἐπιλαθόμενος ὁ πολὺς οὗτος Σεβῆρος, ὅτι τὴν κρίσιν πᾶσαν τῷ Χριστῷ δέδωκεν ὁ πατὴρ, ἁρπάζει τὸ τῆς κρίσεως ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἀντίχριστος, ἀξίωμα, καὶ προκαθέζεται δικαστὴς, καὶ κριτὴς τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, καὶ παραγαγὼν τὰς τούτων χρήσεις, ὅσας μὲν ἠδυνήθη παρερμηνεῦσαι, ταύτας ὡμολόγησε τῶν πατέρων ἀληθῶς εἶναι. ὅσων δὲ πάλιν χρήσεων αἱ βίβλοι σπανίως

νίως ηὑρίσκοντο, ἢ διὰ τὸ ἀπὸ μήκοθεν τῆς αὐτῶν χώρας, ἢ διὰ τὸ ἑτερογλώσσους εἶναι, ταύτας παρεγράψατο, λέγων ψευδεῖς καὶ νόθους ὑπάρχειν. ὅτας δὲ πάλιν χρήσεις λεγούσας τὰς δύο φύσεις εὗρε Γρηγορίου τε, καὶ Ἰωάννου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Ἀμβροσίου, καὶ Πρόκλου, καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν διδασκάλων, ὧν αἱ βίβλοι καὶ αἱ χρήσεις ἀπαραίτητοί εἰσι, διὰ τὸ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτὰς προκεῖσθαι, περὶ τούτων πάλιν ὅρον καὶ ἀπόφασιν ἐξέθετο ὁ νομοθέτης, καὶ κριτὴς Σεβῆρος, ποτὲ μὲν γράφων πρὸς τὸν λεγόμενον Νηφάλιον, ὅτι συγγνώμην παρέχει τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐπὶ τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων. ἐπειδή φησι κατὰ Ἀρειανῶν ὁπλιζόμενοι, ἠναγκάσθησαν τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων χρήσασθαι. ποτὲ δὲ πάλιν ἀναιχυντότερον χρώμενος, οὐδὲ συγγνώμην ἀξιοῖ τῶν ἁγίους πατέρας, ἀλλ᾽ ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ τὴν καθαίρεσιν καὶ ἐκβολὴν τῶν θεοπνεύστων αὐτῶν διδαγμάτων ποιεῖται, αὐταῖς ξηραῖς λέξεσιν οὕτως ἐκθέμενος, καθὰ ὕστερον πλατύτερον ἐροῦμεν, καὶ δείξομεν αὐτὸν φάσκοντα, ὅτι περ ἀπόβλητοί εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων Πατέρων περὶ δύο φύσεων ἡνωμένων ἐν Χριστῷ χρήσεις, κἂν τοῦ Κυρίλλου ὑπάρχουσιν, ὅτι πρὸς τοὺς καιρούς, καὶ τὰς ἐναλλαγὰς τῶν αἱρέσεων, δεῖ φησὶ μεταλλάττειν, καὶ παραφέρειν τὰ τοῦ Χριστοῦ δόγματα. Ὅθεν Ἀρειανῶν φησι λεγόντων. καὶ τὰ ἑξῆς. *Cum enim vidisset Seuerus pro Concilio propugnantes, & Patrum & sanctorum Doctorum testimonijs probe constabiliuisse, Christum in vna persona duabus naturis preditum, oblitus hic*

passim

passim Seuerus, Patrem iudicium omne Christo dedisse, ceu Antichristus, erepta ei iudicij dignitate, & quasi arbiter quidam, iudexque sanctorum Patrum, & Doctorum considens, adductis eorum testimonijs, quotquot deprauare potuit, ea vere Patrum esse confessus est: quorum autem libri aut ob regionum distantiam, aut quod alterius linguæ forent, rarius extarent, ea circumscripsit, falsa censens & adulterina. Rursum quæ testimonia offendit in Gregorio, Ioanne, Cyrillo, Athanasio, Ambrosio, Proclo, cæterisque præclaris Doctoribus, quorum libris & sententijs refragari nequiret; postea quam toti orbi constat, duas ipsos in Christo naturas affirmare, super ijs censuram & derisionem edidit, præclarus iste legislator, & iudex Seuerus. Nunc quidem Nephalio scribens, ignoscere se sanctis Patribus in duarum naturarum asseueratione: qui ait cum Arianis depugnantes, duarum naturarum vocibus vti sunt coacti. Nunc vero impudentius, nec venia dignatur: sed quantum in se est, dogmatibus eorum diuinitus inspiratis abolitionem molitur, & interitum, hisce aridis verbis, ita edens producensque, vt fusius postea dicemus, ostensuri ipsum dicere, contemnenda & reijcienda esse sanctorum Patrum de duabus naturis in Christo vnitis testimonia, quantumuis alioqui Cyrilli sint, temporum etiam interuallo, pro vicissitudine hæresum Christiana quoque dogmata

con-

conuerti & velut transferri oportere. Vnde Arianis, inquit, vnam &c. Sic Schismatici cum se vident testimonijs apertissimis Orientalis Ecclesiæ Doctorum opprimi, quibus dubio procul processio Spiritus etiam ex Filio stabilitur, iudicium dictorum illorum in sese assumentes, & sententiarum immutatione, & verborum additione mutilatis peruersisque omnibus, alia atque alia temere, & præter dogmata Ecclesiastica effutiunt; & modo processio Spiritus ex Filio obliteretur, nulla illis cura est, si reliqua omnia pessum eant. Conferantur cum Seueri Responsis Schismaticorum; Nihil tam simile inuenies: æqua enim amborum factio est. Etenim quæ Patrum testimonia deprauarunt, ea Patrum esse fatentur: quæ non potuerunt deprauare, ea falsa dictitant, atque adulterina. Testimonia Athanasij, Basilij, Cyrilli, & aliorum, quibus refragari nequeunt, cum constet eos Spiritum etiam ex Filio affirmare, dicunt, cum Hæreticis depugnantes in aduersam partem declinasse, vel prudentia quadam politica rebus sese accommodantes ac tempori *οἰκονομικῶς* similia tradidisse. Sic locutus est de Irenæo, Methodio, Hieronymo, & Dionysio Alexandrino, & alijs Photius & Georgius Corcyrensis. Sic de Cyrillo Ancyranus. Sic proscriptis omnibus Ecclesiæ Græcæ Do-
ctori-

ctoribus ad vnum Ioannem Damaſcenum, vel Gregorium Theologum & Dionyſium Areopagitam Pachomius, Matthæus Hieromonachus, & alij prouocant. Sic hiſce quoq; reiectis ad vnius ſacræ Scripturæ fontes recurrit Michaël Balſamo. Sic parentes ſuos ac Patres, ex quorum ſcriptis fides, religio, ac dogmata addiſcenda ſunt, colunt ac venerantur. Sed pudet me miſeretque eorum, qui ſimilia vel imaginatione concipere præſumunt, ne dum ea ſcripto tradere, & ſe contemnendos deridendoſque publice omnibus propinare. Sed valeant Schiſmatici cum ſuis Hæreſiarchis. nos inſtitutum noſtrum proſequamur. Ex rebus humanis multæ ſunt deſumptæ ſimilitudines ad res diuinas explicandas; in quibus omnibus, ſi recte conſideres, vnionem deprehendes, quod vnum ex alio exiſtit: in quibus vero ſolum illud *Simul* eſt, nullam reperies coniunctionem. Et conſidera. Duo fluuij ſimul ex fonte exiliunt, ex radice duo rami ſimul ſuppullulant, horum vnum ſi accepero, poſſum ab alio ſeiunctum facili negotio concipere. Similiter duo radij ex ſole emanant, & duæ e corpore manus enaſcuntur, ſepara vnum, aliud ſine alterius ope intellexeris. Quod aliter eſt de Spiritu ſancto. Filius intelligi non poteſt, niſi vna cum eo adducatur Spiritus, nec niſi

vna

vna coniunctus, & minime ſeparatus a Filio Spiritus; ſicuti cum de ſermone & flatu, quæ noſtra ſunt, ſermo ſit, & a Patribus in Theologicis vſurpata. Flatus ſiquidem per ſermonem ex mente progreditur, indeque coniunctionem & vnionem vtraque poſſident. Quare Spiritus non intelligetur vna cum Filio, quod ſimul cum eo ex Patre exiſtit, dum ſimul ex proprio principio vtraque ſunt, ſed quod per Filium a Patre exiſtentiam habet; quemadmodum humanus flatus a mente per ſermonem egreditur. Licet hæc quoque non in omnibus paria ſunt, tanquam quæ abſque hypoſtaſi ſunt. En Athanaſius teſtis eſt Epiſtola ad Serapionem. Οὐ γὰρ ἐκτὸς ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Λόγου. ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ ὂν ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστιν. *Neq enim extra Verbum Spiritus eſt, ſed in verbo exiſtens, in Deo per ipſum eſt.* Et paucis interiectis; Τοῦ δὲ πνεύματος ὄντος ἐν τῷ Λόγῳ, δῆλον ἂν εἴη, ὡς καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν διὰ τοῦ Λόγου τὸ πνεῦμα. *Spiritus vero cum ſit in Verbo, manifeſtum fuerit, in Deo fuiſſe per Verbum Spiritum.* Baſilius cap. 17. ad Amphilochium. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ δηλονότι. *Si vero Spiritus eodem atque Filius ordine collocatur, Filius autem eodem atque Pater, & Spiritus & Pater dumtaxat.* & cap. 18. Ἓν δὲ καὶ ἅγιον πνεῦμα δι' ἑνὸς τῷ ἑνὶ πα-

παρὶ συναπτόμενον. *Vnus & sanctus Spiritus, per vnum Filium vni Patri coniunctus.* Planum itaque est, quemadmodum mediationem Filij *Per*, præpositio in simili coniunctione denotat, ita & in Spiritus ex Patre per Filium processione ab eadem *Per*, essentialem mediationem significari. His addere possumus ex Io. Vecco lib. 4. ad Constantinum; Πρῶτα μὲν πόθεν ἣν ἤτοι προβάλλονται μετάληψιν τῶν προθέσεων ἔχουσιν ἀποδεῖξαι; ποίαν ταύτην γραμματικῆς τεχνολογίας ἔχει περίληψιν; τῆς γὰρ πρὸς ἀλλήλας τινῶν προθέσεων ἀντιμεταστάσεως ἅπαξ παραδοθείσης τοῖς τεχνολογήσασιν ἐς τὸ ἀκριβές, οὐκ ἔστιν οὐδέποτε εἰλημμένην παρ' οὐδενὶ τὴν διὰ ὑφαιρεῖν ἀντὶ τῆς μετὰ. καὶ ἔτι. οὐ μόνον λόγον ἑλληνικῆς σοφίας ἔχει τοῦτο οὐδείς, ἀλλά γε οὐδὲ γραφή τις οὐδεμία τῆς ὅλης τῆς καθ' ἡμᾶς θειοτέρας φιλοσοφίας ἀντὶ τῆς μετὰ τὴν διὰ παραδίδωσιν, ὡς ἡ τοῦ ἐξ καὶ διὰ παρὰ Βασιλείῳ, Κυρίλλῳ, καὶ Γρηγορίῳ τοῖς μεγάλοις ἀντιπαραχώρησις εὕρηται. *Et primum quidem harum præpositionum, quam ipsi prætendunt transumptionem, quibus nam demonstrauerint? Quænam eam Grammaticæ artis curiosa indagatio conquisiuerit? Nam cum mutua præpositionum in sese immutatio ab ijs, qui artem pertractarunt, semel tradita sit & diligenter, in nullo vnquam eorum præpositionem per, loco illius cum, assumi inueneris. Adde etiam, nullum huiusce rei apud profanos reperiri exemplum,*

 sed

ſed nec apud nos, qui diuiniorem Philoſophiam colimus, vllus eſt, qui loco illius cum, præpoſitionem per, accipi tradat, quemadmodum ex & per apud Baſilium, Cyrillum & Gregorium magnos equidem Viros, mutuam vnius pro alia acceptionem inuenies. Quinimo ſi, quod etiam aduerſarij fatentur, ex, præpoſitionem de Filio dictam Doctores omnes loco illius per, aſſumunt, nihil erit impedimento, quin loco illius per, ex, deſumatur, cum harum Præpoſitionum mutuam acceptationem magnus Baſilius comprobet, cum aperte doceat, vt ſupra vidimus, ad mutua ſignificata denotanda vnam pro alia accipi, & ſanctus ipſe Cyrillus *per quem*, quod de Filio dicitur exponens, Ἀδιαφορεῖν, inquit, ἔθος ὅτε περὶ τὰς λέξεις τὴν θείαν γραφὴν, μηδὲν ἀδικοῦσαν τὸ ὑποκείμενον. *Indifferenter plerunque dictionibus abuſionis modo vti diuinam ſcripturam nullam vim inferentem ſubiecto*. Hanc eandem præpoſitionum permutationem comprobat quoque Nazianzenus; Ὁ δὲ αὐτός μοι καὶ περὶ τῆς Θεὸς φωνῆς, καὶ Κύριος λόγος, ἐπὶ δὲ τῶν προθέσεων τῆς, ἐξ οὗ, καὶ, δι' οὗ, καὶ, ἐν ᾧ, αἷς σὺ κατατεχνολογεῖς ἡμῖν τὸ θεῖον, τὴν μὲν τῷ πατρὶ διδοὺς, τὴν δὲ τῷ υἱῷ, τὴν δὲ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. τί γὰρ ἂν ἐποίησας παγίως ἑκάστου τούτων ἑκάστῳ νενεμημένου, ὁπότε πάντων πᾶσι συντεταγμένων, ὡς δῆλον τοῖς φιλοπόνοις, ταύτην σὺ διὰ τούτων εἰσάγεις καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῆς φύσεως ἀνισότητα;

τῇδε; *Idem vere mihi & de voce Deus & Dominus sermo est: necnon præpositionibus, ex quo, per quem, & in quo, ad quarum artificiosam rationem Deitatem nobis exigis, hanc quidem Patri tribuens, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto. Quid enim tu fecisses, si firme vna vni attribueretur, cum omnes de singulis dicantur, vt curiosis planum est? Tu per has & dignitatis & naturæ inæquilitatem introducis?* Cum enim omnia naturaliter sint ex Patre per Filium quæcunq; per Filium afferuntur, ex Filio esse dicentur. Quis enim adeo desipit, vt audeat dicere, seruilem esse huiusce præpositionis intellectum? Quare cum essentialem illud *per Filium* progressum indicet, facillime deprehenditur, nullum discrimen esse, ex Filio esse dici, quod ex Patre per Filium est: & cum vti radius non possit esse absque lumine, & lumen absque radio, ita & Spiritus non possit esse absque Filio, naturalem infert relationem, quæ nulla alia fuerit, quam illa quæ ex causa est. Et sic, dummodo Sanctorum dicta non reprobantur, ex Filio Spiritum procedere manifesto sequitur. Hinc cum Vecco aduersus Cyprium concludamus; Σὺ δ' ἀλλ' αὐτὸς εἰπέ μοι ὁ ταῦτα καθ' ἡμῶν νεανιευόμενος τὴν διὰ ἐκλήψῃ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, εἰ πάντα φυσικῶς ἐστὶ δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς, ὅσα δὴ καὶ εἴρηται δι' υἱοῦ. οὐδὲ γὰρ τὴν ὑπηρετικὴν τῆς προθέσεως

ταύτης ἔννοιαν τολμήσεις παραφθέγξασθαι πάντως, εἰ μὴ περιφανῶς μέμηνας. ποῖος οὖν πείσει σε λόγος πρὸς τὸ τῶν τοιούτων προθέσεων ἰσοδύναμον; *Veruntamen tu, qui similia contra nos iactanter blateras, præpositionem per, assumes de Filio, si omnia naturaliter sunt ex Patre per Filium, quæcumque per Filium asseruntur? neque enim seruilem huiusce præpositionis intellectum audebis vnquam asserere, ni prorsus & patenter desipis. Quænam ergo ratio non suadebit tibi harum Præpositionum vires æquales?*

CAPVT LX.

Georgij Cyprij æterna effulsio Spiritus reijcitur.

GEorgius Cyprius alio se modo extricare ex hoc indissolubili nodo tentat in Tomographia. Εἰ γὰρ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, scribit, παρά τισι τῶν Ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνουσαν βούλεται πρόοδον. *Licet enim apud nonnullos sanctos per Filium procedere Spiritus sanctus astruatur. Dictio hæc in æternam effulsionem, & non ad esse pure significat progressum.* Verba Cyprij integra recitat Iosephus Bryennius Orat. 4. de Trinitate; Ὅτι δὲ ταῦτα οὐ στοχαζόμενοι λέγομεν, ὁ κατηγορούμενος Τόμος Συνοδικὸς πρὸ χρόνων πέντε καὶ εἴ-

κοσι

κοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτων δίδωσιν. ἡ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ῥῆσις, ἡ ὅτι προβολεὺς ἐστὶ τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐδαμῶς τὴν ὕπαρξιν διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ εἶναι πνεῦμα δίδωσιν ἐννοεῖν. ἀλλὰ βούλεται σαφῶς τὴν δι᾽ υἱοῦ ἐκ πατρὸς φανέρωσιν τοῦ πνεύματος παριστᾶν. & paucis annexis; Εἰ γὰρ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ παρά τισι τῶν Ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται πρόοδον. Et; τοὺς διαβεβαιουμένους, ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ὕπαρξιν ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ Παράκλητος, καὶ εἰς πίστωσιν τούτου προβαλλομένους, τὴν, ὅτι διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, ἐνίων γραφὴν, ἥγε καὶ δηλοῖ μὲν τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῦ ἔκλαμψιν καὶ φανέρωσιν, δι᾽ υἱοῦ γὰρ ὁμολογουμένως αὐτὸς ἀϊδίως ἐκλάμπει, καὶ ἀναδείκνυται ὁ Παράκλητος, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς χορηγίαν καὶ δόσιν καὶ ἀποστολὴν, οὐ μὴν δι᾽ καὶ ὅτι ὑφίσταται δι᾽ υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ, καὶ τὸ εἶναι δι᾽ αὐτοῦ, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνει. τοὺς οὖν τὰ τοιαῦτα καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας ἀποτεμνόμεθα τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὁλομελείας, καὶ ἀποκηρύκτους τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ποιούμεθα. *Hæc vero nos non coniecturis innixos asserere Tomus synodicus contra Latinos ante annos centum vigintiquinque scriptus his verbis confirmat; Diui Damasceni dictum asserens, Productor est reuelantis Spiritus Pater per Filium, nullo modo existentiam per Filium,*

& esse Spiritus intelligere concedit, sed clare intendit per Filium ex Patre reuelationem Spiritus confirmare. Et; *Nanque, etiam si nonnulli Patres per Filium Spiritum procedere dixerunt, illis in locis sempiternam apparitionem dictio, non ad esse pure progressum significat.* Et; *Affirmantes per Filium & ex Filio existentiam habere ex Patre Paracletum, adducentesque ad id probandum dicta nonnullorum per Filium & ex Filio Spiritum existere asserentia, quæ significant quidem inde illius emicationem & reuelationem. Per Filium enim dubio procul ipse sempiterne elucet, & demonstratur Paracletus, vti ex sole per radium lumen, item significat illius ad nos suppeditationem, & dationem, & missionem, non vero quod subsistat per Filium & ex Filio esse, & per ipsum & ab ipso accipere. Hos itaque sic asserentes & tenentes prorsus ab Orthodoxis rescindimus, & a Dei Ecclesia separamus.* Adeste nunc omnia subtilissima ingenia, & effulsionem hanc in æternum Spiritus a puro progressu ad esse distinguite. Quid hic somnias Cyprie? Nazianzenus tradit; Τὸ τῆς ἐκφαίσεως, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον διάφορον καὶ τὴν τῶν προσώπων κλῆσιν πεποίηκεν. *Effulsionis, aut mutuæ inter se relationis differentia differentem & personarum appellationem constituit.* Et Nyssenus effulsionis similis differentiam ad causam differentem duarum perso-

narum

narum deducit, in ea ſola diſtingui decernens; neque aliam eſſe quam, τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, *hanc quidem contigue a prima : aliam vero per illud quod a primo contigue eſt*. Et tu aliam ſtatuis in æternum per Filium Spiritus effulſionem, & aliam ex Patre per Filium hypoſtaſis progreſſionem? Ex quibuſnam ipſe Theologicis arcanis hauſit Cyprius, aliud notare ex Patre, cum non additur Filius, & aliud ex Patre per Filium procedere? *Licet enim a nonnullis Patribus per Filium procedere Spiritus ſanctus aſtruatur, dictio hæc in æternam effulſionem, non ad eſſe pure ſignificat progreſſum*. Sed contra hæc veritas clamat, quæ poſcit, eandem ſententiam in ambabus perſonis dictionem ſimilem connotare. Sed concedamus Cyprio, ex Patre per Filium proceſſionem effulſionem eſſe Spiritus ex Patre per Filium, & accipiatur, vt illi lubet, iſta effulſio, quid tum poſtea de præpoſitione *Per* aſſeuerauerit? Eritne excogitatæ huius per Filium ex Patre effulſionis Spiritus Vnigenitus adminiſter? Si naturalem mediationem in Spiritus effulſione Filij concedat, iam eo iudice, quod naturaliter per Filium effulget, non aliud eſt quam procedere per Filium: Et *Per* præpoſitio ſic aſſumpta præpoſitionem *Ex*, non deſtruit. *Non Patrem*, ſubdit, *cauſam*

Spiritus per Filium diuini Damaſceni dictum comprobat, quod productorem eſſe reuelantis Spiritus Patrem per Filium tradit. Nullo modo id ſimilem intellectum admittit, ſed plane innuit, ex Patre per Filium Spiritus manifeſtationem. Ad notandam cauſam, & Spiritus ex Patre exiſtentiam nulla alia dictio aptior eſt. In eodem Capite Damaſcenus decernit; *Fons & cauſa Filij & Spiritus Pater,* ſtatimque ſubdit, *Pater autem ſolius Filij & productor Spiritus.* Damaſcenus cauſam Filij & Spiritus diſtinguens, Filij quidem fontem Patrem aſſerit, quod Pater illius pater eſt, Spiritus vero productionem, quod productor illius eſt. & Cyprius negat cauſam productorem eſſe, & aliam manifeſtationem præ illa, quæ Spiritus exiſtentia eſt, dictum illud, *productor eſt reuelantis Spiritus per Filium*, importare ſomniat: ſed de ſententia Damaſceni in proceſſione Spiritus fuſe in noſtro Enchiridio de proceſſione Spiritus egimus, quare hic plura dicere ſuperſedemus. Cyprius ergo aut nunc quidem concedet, ex Patre per Filium procedere, idem eſſe ac ex vtroque procedere, aut inficias iuerit. Et quid tandem reſpondebit noſtro Cyrillo pro ſua hac in perpetuum effulſione Spiritus ex Patre per Filium, cum legit in illius proſphonetica Oratione ad Imperatrices, de recta fide; Ἐνήργηκεν

οὖν

σαῦ τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱός. *Operatus igitur est, quæ Dei & Patris sunt, Filius?*

CAPVT LXI.

De significatu præpositionis Per *expositio Amyrutij reijcitur.*

NVgatur præterea Amyrutius de rebus gestis in Synodo Florentina ad Demetrium Nauplij Dominum Epistola. Πάντως οἱ θεῖοι Πατέρες οὐκ οἴκοθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γραφῆς τὴν διὰ πρόθεσιν ἠρανίσαντο. ἐξέχεε γάρ, φησὶν ἡ γραφὴ ἐφ' ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. πάντως ὁ μὲν πατήρ ἐστιν ἡ πηγή, ὁ δὲ υἱὸς ὁ ποταμὸς κατὰ τὴν πρώτην σύνοδον. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ, ὃν ἐγὼ πέμψω ἡμῖν παρὰ τοῦ πατρός. ἀρχικῶς γάρ ἐστι κατὰ τὸν Αὐγουστῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται. ἆρ' ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐκ ἀρχικῶς, ἀλλὰ δευτέρως ἐκπορεύεται, ὅθεν προϊὸν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. ἔχει γὰρ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν. διὰ δὲ τοῦ υἱοῦ πρόεισιν ὡς δευτέρας ὑποστάσεως ἡ τρίτη ὑπόστασις. πρότερον γὰρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρός. *Prorsus sancti Patres non ex proprijs, sed a diuinis literis præpositionem Per, mutuati sunt. Effudit enim ait scriptura super nos per Iesum Christum. Absque dubio Pater fons est, Filius vero fluuius primæ Synodi decreto. Nec absimile est; quem ego mittam vobis a Patre. Principaliter enim*

dicto

dicto Augustini ex Patre Spiritus sanctus procedit. ex Filio ergo non principaliter, sed secundo modo procedit. Hinc fit, ut procedens ex Patre, per Filium procedat: habet enim ex solo Patre existentiam, per Filium vero progreditur, ut ex secunda hypostasi tertia hypostasis: prius enim procedit ex Patre. Nec multum ab Amyrutianis diffidentia leges in Georgij Gemisti Epistola ad Bessarionem de Processione Spiritus sancti; Πηγὴν ἡ πρώτη τὸν πατέρα καλεῖ, ποταμὸν τὸν υἱὸν, ὕδωρ τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ ὕδωρ ἐκ τῆς πηγῆς μόνης ἔχει τὴν ὕπαρξιν, δίεισιν δ' ἔχει διὰ τοῦ ποταμοῦ μόνον. οὐ γὰρ ἐπάναγκες τὸ διά τινος ἐκπορευόμενον, δι' ἐκείνου ἀναγκαίως ἔχειν τὴν ὕπαρξιν. τὸ μὲν γὰρ ἐκπορεύεσθαι ἔκ τινος, οἷον ἐκ πατρὸς, δηλοῖ ὕπαρξιν, οὐ τὸ δι' υἱοῦ. προϋπέστη γὰρ ἐκ πατρὸς ὡς πρώτης αἰτίας. καὶ οὐκ ἔνι δι' υἱοῦ πάλιν ὑφίστασθαι, καὶ δὶς ὑφίστασθαι, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πρώτου, δεύτερον διὰ τοῦ δευτέρου. οὕτως τὸ ἐκπορεύεσθαι δηλοῖ ὕπαρξιν ἐν τῷ ἔκ τινος, καὶ οὐκ ἐν τῷ διά τινος. ἀρχικῶς γὰρ τὸ πνεῦμα καὶ πρότερον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, δεύτερον δ' ἐκ τοῦ υἱοῦ. διττοὶ γάρ εἰσιν οἱ ὅροι, καὶ μία κίνησις τῆς ἐκπορεύσεως. *Fontem prima Synodus Patrem nuncupat, fluuium Filium, aquam Spiritum; sed aqua ex solo fonte existentiam habet: missionem vero solam habet per fluuium: neque enim necesse est, ut quod per aliquod procedit, per illud necessario existentiam habeat. Nanque procedere ex aliquo, ut si*

dicas, ex Patre, significat existentiam, & non per Filium. Nanque extitit ex Patre, vti ex prima causa; neque fieri potest, vt denuo per Filium existat, & bis existat, primum quidem ex Patre, secundum per secundum. Hac ratione procedere significat existentiam, dum ex aliquo est, & non quando est per aliquod. Principaliter enim Spiritus, & prius ex Patre procedit, secundum ex Filio; duo siquidem sunt termini, & motus vnus processionis. Quis non miretur hominum vesaniam & in rebus Theologicis infantiam? Bene est. Patres sua dicta mutuati sunt ex scriptura, & inter alia Per, præpositionis significatum, ergo qui dicunt ex, & per, vnam loco alterius sumi, optime pieque loquuntur, cum dicta ex scriptura mutuentur. *Fons est Pater, Filius fluuius*, cuiuscunque id dictum sit, verum est. Licet alij oculum fonti præposuerint; vt aptius tres in Trinitate personas exprimerent. Et fontem nempe Patrem principale principium Spiritus faciunt etiam Latini, & ex Filio processionem esse principaliter negant. *Sed secundo modo procedit*. Et Amyrutius hæc proferens objicit Latinis duo principia? Primus modus est alius, & alius secundus modus, hoc fatetur Amyrutius: sed primus modus & secundus non est vnum sed duo, quos *terminos* vocauit Gemistus. Ergo Spiritus sunt duo prin-

principia, vnum principale Pater, ex quo principaliter, alterum Filius, ex quo non principaliter, sed secundo modo procedit. Tum, si alius atque alius est primus & secundus modus, & discrimen inter eos est, discrimen illud ex quo prouenit? ex essentia? & Arius reuiuiscet, qui essentiarum discrimen in Trinitate introduxerat. ex hypostasi? sed alia est hypostasis Patris, alia hypostasis Filij, & hypostasis Patris non est hypostasis Filij, ergo cum duo hypostases spirent, nec vno modo, sed hæc principaliter, alia secundo modo, quomodo non erunt duo principia processionis Spiritus sancti, vnum independens ab alio? *Hinc fit, vt proced ns ex Patre per Filium procedat*. Hoc dicunt omnes Catholici, sed non vt explicant Amyrutius & Gemistus. Catholici nanque duo principia negant, & vnam spirationem agnoscunt: spiratur enim Spiritus a Patre vt a fonte, causa, & origine Deitatis, sed spiratur etiam per Filium vti per medium naturale & essentiale, neque enim immediate est a Patre Spiritus, vna eademque spiratione. Et sic Spiritus vnum principium est Pater & Filius, & vna causa Spiritus sancti. *Habet enim ex solo Patre existentiam*. Non constat sibi Amyrutius. Prius dixerat *princ paliter procedere ex Patre*, quod verum fuerat. nunc mu-

mutatis terminis, *ex ſolo Patre* determinat. Quare non addidit *principaliter*? Tum enim principaliter ex Patre procedens Spiritus, procederet etiam per Filium: & cum proceſſio Spiritus eſſet ex Patre licet principaliter, non eſſet ex ſolo Patre, cum per Filium etiam, ſiue ex Filio eſſet. *Per Filium vero progreditur.* Quare non addidit eſſentiali progreſſu, ideoque exiſtentiam conſtituente? ſed iſte progreſſus per Filium exiſtentiæ Spiritus productæ a Patre, ſi nihil accipit a Filio, quare non erit vti canalis, per quem aqua confluit. Et cum nihil accipiat, nonne fruſtra fuerit ille progreſſus per Filium? Plane non legit, vel non intellexit Nyſſenum, qui ſcribit; Τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος διαχωρίζεται. τῇ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν, ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ πνεῦμα ἐν τῷ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ, καὶ ἀπροσδεεῖ διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. *Spiritus ſecundum increatum Patri adiunctus, rurſus ab eodem, quod vti ille Pater non eſt, ſeparatur:*

tur.: a coniunctione vero cum Filio secundum increatum, nec non causam existentiæ ex rerum omnium Deo habet, rursus seiungitur proprietate, quod non uti unigenitus ex Patre subsistit, & quod per ipsum Filium apparet. rursus a creatura, quæ ab Vnigenito substitit, quod aliquam cum illo communionem habere Spiritum existimemus, quod ex Patre per Filium apparuit, & neque immutari, neque dissolui potest Spiritus, a creatura dirimatur. In duabus causis *ex Patre per Filium*, Patris & Filij communionem conseruauit Nyssenus. Nanque si in mundi opificio Filius causam habet, non quod vna simul operetur in aliquo, & quasi suppleat, quod in rerum causa desideratur in Patre: Pater enim nullius indigus, rerum causa perfecta absolutaque est, sed quod essentia naturaque illi coniunctus est, qui per ipsum creare vult quæcumque creantur: multo magis in naturali Spiritus causa hanc communionem possidebit, si & ipse Spiritus per Filium emittitur a Patre. Quid respondebit ad alia Nysseni, *Filium quidem contigue, Spiritum vero ex eo, quod contigue est, causari? Vt ex secunda hypostasi tertia hypostasis:* puto non alio sensu quam quo alij asseruerunt, *Ex Patre per Filium Spiritum sanctum procedere, non notare ex Patre per Filium existentiam Spiritus, sed peruadere per Filium ipsum ex Patre procedentem.*

CA-

CAPVT LXI.

Peruadere per Filium Spiritum, *Schismaticorum dictum quid sit.*

De quo ante alia proferam, quæ Patriarcha Veccus Oratione de iniusta sui depositione pronunciauit. Ἐγὼ τί ἐστι τὸ διήκειν τοῦτο, οὐκ οἶδα. καὶ ὅθεν αὐτοῖς ἡ τοῦ διήκειν τούτου ἔννοια ἧκε, διαπορῶ. καὶ πάντα λογισμὸν ἔνδον ἀνακινῶν, εἴ πως ἂν ἔξω κἂν γοῦν ἀμυδρῶς τι νοῆσαι περὶ αὐτοῦ, οὐδέν τι πλέον τῆς ἀπορίας ἔχων εὑρίσκομαι, πλὴν εἰ μή τινα ῥύσιν νοοῦσι θεότητος, καθ' ἣν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα περιϊέναι ἐροῦσιν. ἀλλὰ τοῦτο τῆς τῶν λεγόντων οὐκ ἔστι συνέσεως, συνετοὺς γὰρ εἶναι τοὺς ἄνδρας ὁμολογῶ, ἀληθῶς μέν τοι ὑπὸ κακίας ἀμαυρουμένους τὴν σύνεσιν. ὅτι δὲ ὅμως γε συνετοὶ σφόδρα διαπορῶ, ὅθεν οἱ τοιοῦτοι κινούμενοι τὴν λέξιν ταύτην τοῦ, διήκειν ἐφεῦρον εἰς ἀναίρεσιν τάχα τῆς δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς οὐσιώδους ὑπάρξεως τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ πνεύματος. *Ego vero quidnam sit hoc peruadere, non dum noui, & vnde nam ipsis huiuscemodi persuasionis cogitatio in mentem aduenit, nondum capio. & omnia animo circumuoluens, vt ipsius vel imbecillam sententiam assequar, nihil minus in eadem semper dubitatione atque obscuritate circumuoluor; nisi ipsi fluxum quendam Deitatis intelligant, secundum quem ex Patre per Filium Spiritum procedere*

dere dicunt. Veruntamen hoc asserentium prudentiæ euidenter aduersatur. Fateor siquidem prudentes homines esse, licet improbitate eorumdem vere prudentia obscuretur. Quoniam vero nihilominus prudentes sunt, diu mecum multumque suspensas habeo rationes: unde nam similes fortis homines moti peruadendi dictionem adinuenerint, ad sanctissimi & vitæ Spiritus principis ex Patre per Filium essentialem existentiam destruendam. Sed quid ipsis *peruadere* hoc sit, explicent si possunt. Nos dictis Patrum insistentes, in eo significatu accipimus, ex Patre nempe per Filium Spiritus existentiam astrui. Basilius decimo octauo capite ad Amphilochium; Ὡς ἡ φυσικὴ ἀγαθότης, καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ πνεῦμα διήκει. *Naturalis bonitas, & quæ secundum naturam est sanctificatio & regia dignitas ex Patre per Verbum ad Spiritum peruadit.* His comprehenditur Spiritum non a se ipso, sed ex Patre, ad quem omnia referuntur Spiritus, ea omnia Spiritum possidere, quemadmodum naturalem & essentialem suam existentiam: nisi enim per Filium existentiam haberet, nunquam illa per Filium habere diceretur. Cyrillus etiam in Thesauris; Ἐν τῷ υἱῷ φυσικῶς τε καὶ ἐνουσιώδως διῆκον παρὰ πατρὸς τὸ πνεῦμα. *In Filio naturaliter & essentialiter per-*

peruadentem ex Patre Spiritum, decernentem legimus. Et hic nihil aliud intelligit, nisi non ex se ipso Spiritum, sed ex Patre, ad quem omnia sua refert Filius, Spiritum habere. Sed quid longius vagamur, cum discimus ex Patribus, nihil aliud per Filium ex Patre Spiritus existentiam notare, quam processionem ex Filio? Magnus Athanasius; Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν. *Haud poterat in Trinitatis gloria Spiritus glorificari, nisi progressione esset ex Patre per Filium, sed ex Deo factus, vt inquiunt*. Annon planum est Athanasium, quam Ariani ex creatione referebant generationem in processionem Deo addecentem adducere? Gregorius Nyssenus; *Hoc quidem est immediate ex primo, hoc vero per id, quod contiguum est ex primo*. Diuersum hic modum existentiæ vtriusque causati innuit, & illud *quod contigue est ex primo*, loco illius *peruadere* assumit: Et si illud quod contigue ex primo est, de existentia dicitur, plane & quod illi respondet *vero*, existentiam, & non illud, quod ab ipsis enuntiatur *peruadere* significat. Damascenus cum productorem omnia manifestantis Spiritus per Verbum Patrem vocat, productionem per Filium naturalem, & essentialem Spiritus

existentiam, & non commentitium illud *persuadere* insinuauit. Nil enim differt productorem, aut causam Spiritus per Verbum Patrem asserere. Et si per Filium ex Patre existentia non esset, quando fons Filius dictus fuisset? Et tandem Cyrillus; Ἅγιον ἢ πνεῦμα προσερεῖς, τὸ ἐκ Θεοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν σομάτων διαπνοῆς, τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαίνον ὕπαρξιν. *Sanctum vero Spiritum nuncupabis, qui ex Deo Patre per Filium effunditur naturaliter, & veluti in similitudine ex oribus spirationis propriam nobis existentiam denotat.* Potestne ad Spiritus existentiam per Filium connotandam afferri expressius? Exemplo fontis, fluuij, & aquæ abutitur Amyrutius; *Fontem prima Synodus Patrem nuncupauit, fluuium Filium, aquam Spiritum sanctum, sed aqua ex solo fonte existentiam habet, missionem vero solam habet per fluuium: neque enim necesse est, quod per aliquod procedit, per illud necessario existentiam habere.* Quod de fonte & fluuio hic Amyrutius, non multo ante de sole, radio, & lumine dixerat Georgius Cyprius. Neque enim aduertunt hisce suis expositionibus res decretas a Patribus irritas facere: similitudines nanq; desumptæ sunt ex Nazianzeno Gregorio, a quo quidem, si sapuissent, earundem expositio petenda fuerat.

scri-

ſcripſerat Gregorius Orat. de Spiritu ſancto. Ὀφθαλμόν τινα καὶ πηγὴν, καὶ ποταμὸν ἐνενόησα. *Oculum quendam & fontem & fluuium conſideraui*. Et proportione quadam oculo Patrem, fonti Filium, fluuio Spiritum ſanctum reſpondere aſſentitur. Refugit tamen ſimilitudinem, reueritus primum, ne in diuinitate fluxus, firmitatem nullam habens; ſecundum, ne ſicuti illa vnum numero ſunt, ita & in Triade vnum eſſe reputaretur. In reliquis vero omnibus, quæ in illis continentur, ſi abſurda dicta reijciantur, aſſenſum præbuit. Sic in eadem Oratione de ſole, radio, & lumine philoſophatur: & ſi hoc quoque dictum illico declinauerit, primum timens, ne compoſitionem aliquam naturæ incompoſitæ intelligeremus; alterum, ne Patrem ſolum hypoſtaſi donemus. quibus omiſſis reliqua omnia admiſit. Hinc concluditur decernente Gregorio, vti fluuius ex oculo per fontem effunditur, & vti ex ſole per radium lumen exoritur, ſic ex Patre per Filium Spiritus prouenit, & effunditur. Sic alij Patres ignem, flammam, & lumen. & Cyrillus ipſe radium ramum & fructum, corpus brachium & digitum, Roſam florem & odorem, & alia ne ſingula recenſeam. ſicuti ergo ex igne per flammam lumen, ex radice per ramum fructus, ex corpore per brachium

digitus, ex rosa per florem odor, sic ex Patre per Filium Spiritus. Exclude quæ in similitudinibus per Gregorium adductis de sole & fonte absurda, reiecta ab eodem Gregorio, Cyprius & alij, si sententias Patrum sequi volunt, plane reliqua, neque luminis productionem & illius existentiam per radium, neque fluuij per fontem negabunt. Quomodo enim si ex sole per radium luminis existentia non est, & fluuij ex oculo per fontem, radij lumen lumen, & fontis fluuius fluuius diceretur? sed nunc & radij lumen, & ex radio lumen, & fontis fluuium, & ex fluuio fontem absque vlla dubitatione asserimus, hoc tantummodo quod ex ijs existentiam habeant. Vel dicant, si poterunt, quomodo duo effectus, duo radij ex vno sole, aut duo fluuij ex vno fonte, & pari modo duo effectus ex eodem sole radius & lumen, fons & fluuius? ex duobus radijs siue fontibus nemo dicet radium alterius radij, & fontem alterius fontis, aut per radium & fontem, & ex radio & fonte. Non ob aliud id dici posse etiam ipsi aduersarij affirmabunt, nisi quia ex radio & ex fonte lumen & fluuius existentiam habent. ideoque nihil impedit originem luminis radium, & fontem fluuij oculum enunciare. Propterea etiam in duobus radijs, & in duobus fontibus causatis vnum abs-

absque alio intelligimus : non item lumen absque radio, neque fluuium absque fonte. Demito nanque radium,& lumen disparebit, demito fontem,& fluuius exsiccabitur. Georgius Trapezuntius ad Ioannem Cuboclesium. Ἄγε δὴ, ὅταν λέγομεν ἐκ τῆς ῥίζης διὰ τοῦ κλάδου τὸν καρπὸν, οὐ φύσει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ κλάδου λέγομεν; ἢ πῶς ἑτέρως; λέγοντες δὲ καὶ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἐκ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς, οὐκ ἐκ τῆς ἀκτῖνος αὐτὸ εἶναι λέγομεν; ἀλλ' οὐκ ἦν ποτε, οὔτε ἔσται ἀκτὶς αὐτοῦ φωτός. εἰ δὲ ἀδύνατον ἀκτῖνα εἶναι χωρὶς φωτὸς, οὔτε μὴν τὸ ἡλιακὸν φῶς τῆς ἀκτῖνος χωρὶς, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πνεῦμα χωρὶς τοῦ υἱοῦ, φύσει ἄρα καὶ οὐ κατὰ μετοχὴν, ἢ διάδοσιν, ἐπίκτητα γὰρ πάντα τὰ οὐ φύσει, διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς καὶ τὸ πνεῦμα δι' υἱοῦ. ἡ διὰ ἄρα φυσικὴν ἡμῖν ἐνδείκνυσι σχέσιν. τίς δὲ αὕτη πλὴν τῆς κατ' αἰτίαν ἀδύνατον εὑρεῖν. καὶ οὕτως ἐκ τοῦ υἱοῦ τι τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι σαφῶς ἕπεται τοῖς θείοις τῶν διδασκάλων λόγοις μᾶλλον δὲ σαφῶς εἴρηται. *Age igitur cum dicimus, ex radice per ramum fructus. Annon natura fructum ex ramo dicimus? & quonam alio sensu intelligetur? Tum etiam per radium ex sole lumen, nonne illud ex radio natura esse dicimus? sed non fuit vnquam neque erit radius sine lumine. Quod si fieri nequit, vt radius sit absque lumine, neque erit lumen solare absque radio, sicuti nec Spiritus absque Filio. Natura igitur & non adiectione, aut noua additione, adscititia enim omnia sunt,*

 quæ

quæ non ſunt naturalia. Per radium lumen & Spiritus per Filium. Per, ergo naturalem nobis infert relationem, quænam autem illa fuerit extra vnam, quæ ex cauſa eſt, nullam aliam inueneris. Et hoc pacto ex Filio Spiritum procedere manifeſto ſequitur ſanctorum Doctorum dictis. imò manifeſto expreſſum eſt. Illud itaque abſque quo hoc eſſe nequit, quanam ratione in illius exiſtentia, cum per Filium dicitur, non aſſumetur? quod videtur etiam approbaſſe magnus ille vir Nicephorus Blemmida, cum ſcribit; Ὡς οὖν ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ λόγου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀϊδίως ἐκλάμπει παρ' αὐτοῦ, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ πατρός. Et; Ὅτι δὲ τὸ ἐκλάμπειν ἐν θεολογίᾳ παραστατικόν ἐστι τῆς ἀπαθοῦς καὶ ἀχρόνου ὑπάρξεως, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δείκνυσιν ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀντιρρητικῶν. Et; Ἕτεροι δὲ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ῥίζαν μὲν ὀνομάζουσι τὸν πατέρα, κλάδον τὸν υἱόν, καὶ καρπὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τοῦ υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς ὑποδεικνύοντες ὕπαρξιν. *Veluti itaque actio Filij, & Dei Verbi Spiritus ſanctus ab æterno elucet ab ipſo, quod idem eſt dicere, per ipſum a Patre.* Statimque ſubdit, *Elucere vero in rebus Theologicis notare exiſtentiam, quæ neque paſſioni obnoxia eſt, neque tempori commenſuratur, & magnus Baſilius in ſecundo Antirrhetico oſtendit.* Et, *Alij ex Sanctis viris radicem nuncupant Patrem, ramum Filium,*

&

& fructum Spiritum sanctum, sancti Spiritus per Filium ex Patre existentiam demonstrantes.

CAPVT LXIII.

Gregorij Cyprij Patriarchæ de existentia Spiritus per Filium sententia reijcitur.

HIs cum respondere nequeant Schismatici, ad Nazianzeni Verba Orat. de Ægyptiorum adnauigatione recurrunt; Πάντα ὅσα ὁ πατὴρ ἔχει τοῦ υἱοῦ ἐστὶ, πλὴν τῆς αἰτίας. *Quæcumque Pater habet Filij sunt, excepta causa.* Et Maximi ad Marinum pro Italis; Μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν. *Vnam siquidem norunt Filij & Spiritus causam Patrem.* Et Damasceni, Οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ. *Non vti ex ipso, sed vti per ipsum ex Patre procedentem: solus enim causa Pater est.* Sed his abunde satisfactum est a nobis, tum in hoc Tractatu, tum alibi sæpius. & Nazianzeni locum ab aduersarijs corruptum fuisse, in alio Tractatu de locis Patrum corruptis a Schismaticis, ibique; πλὴν τῆς ἀγεννησίας, *vnam si excipias ingenituram*, legendum esse, demonstrauimus. *Sed per Filium, & ex Filio*, ait Cyprius, *naturaliter existere Spiritum, non vero per Filium, & ex*

 Filio

Filio existentiam habere, qui id enunciarunt Patres falsi sunt. Qui doctrinæ Patrum insistit, ex Filio naturaliter Spiritum existere, pro existentia ex Filio, assumit. & præpositionem *Ex*, loco præpositionis *Per*, de Filio, nec duas causas Spiritus, sed Patrem causam per Filium multa cum confidentia de prædicat, vt progressum ex sole, & ex oculo per radium, & fontem luminis & fluuij pro existentia luminis & fluuij interpretatur, & postea multa cum libertate ex vtroque, sole nempe & radio, oculo & fonte lumen & fluuium asserit: & quod negat ipse, Spiritum per Filium & ex Filio, exosculatur, dictumq; magni Basilij a Filio Spiritum esse decernens veneratur, quemadmodum & Nysseni, illum ex Filio esse declarans, & multa alia Cyrilli a nobis supra commemorata. Discimus enim ex Chrysostomo, Οἶδε γὰρ τὸ διὰ, καὶ τὸ ὑφ᾽ οὗ λέγειν ἡ γραφή. ὡς ὅταν λέγῃ, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, οὐ τὸ δεύτερον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τιθεῖσα. *Solet enim per hoc illud ab hoc scriptura vsurpare vt cum dicit, Possedi hominem per Deum, non secundam sed primam causam exprimens.* Maximo Homologeta Colloquio cum Anomœo; Τοῖς καθαροῖς πάντα καθαρὰ παρ᾽ ἡμῖν κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς γραφῆς. τὸ, δι᾽ οὗ ταυτόν ἐστι τῷ, ἐξ οὗ. *Puris omnia pura apud nos secundum scripturæ mentem. Per quem, idem est ac si diceret*

ret, ex quo. Et Gregorius Nyssenus Filium Spiritus sancti causam Orat. prima ad Anomœum fatetur; Εἰ μὲν τινα χρονικὴν ἔμφασιν παρετίθει τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως ὁ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἂν ὁ περὶ τῆς ἀϊδιότητος ἡμῖν λόγος περὶ τοῦ υἱοῦ ἐκινδυνεύετο. *Siquidem aliquod temporarium interuallum apponeret Vnigeniti hypostasi, qui Patrem ante Filium sola causæ ratione præintelligit, non incongrue ratio de æternitate Filij periclitaretur.* Et paucis adiectis; Ὡς γὰρ συνάπτεται ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως. *Vt enim coniungitur Filius Patri, & ex eo quod sit habens secundum existenstentiam, posterior non est, eadem plane ratione Spiritus sanctus cohæret Vnigenito, qui cogitatione sola secundum causæ rationem Spiritus hypostasi præintelligitur.* Et Cyrillus 3. Thesaurorum cap. 33. Ὅτε τοίνυν εἷς ἐστι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, Κύριον δὲ τὸ πνεῦμα καλεῖ, οὐδεμία ἄρα φύσεως διαφορὰ τοῦ υἱοῦ καὶ πνεύματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον, τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. *Quando igitur vnus est Dominus Iesus Christus secundum Pauli vocem, Dominum vero Spiritum vocat, nullum ergo discrimen natu-*

ra

ra Filij & Spiritus, sed tanquam ex ipso, & in ipso naturaliter existens, dominationis nomine nuncupat. Hinc Veccus Oratione de vnione Ecclesiarum concludebat; Ὅτι δὲ ἐφ' οἷς ἡ διὰ, δήλωσιν οὐσιώδους ὑπάρξεως ἔχει, εἰς τὸ τῆς ἐκ, παραλαμβάνεται ἰσοδυνάμον, καὶ ἀπὸ τῶν φυσικῶς γινομένων καὶ φαινομένων γνωσθήσεται. ἐκ τῆς ῥίζης γὰρ διὰ τοῦ κλάδου λέγοντες τὸν καρπὸν, τί ἄλλο ἢ ὅτι ἐκ τοῦ κλάδου αὐτὸν λέγομεν; καὶ ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ διὰ τῆς πηγῆς τὸν ποταμὸν λέγοντες, τί ἄλλο ἢ ὅτι ἐκ τῆς πηγῆς αὐτὸν λέγομεν; *Porro in quibus per, essentialem existentiam notat, ita eam accipi, vt ex, præpositionis vires exæquet, etiam ex illis quæ naturaliter fiunt comparentque, cognoscetur. Ex radice si quidem per ramum astruentes fructum, quid aliud agimus quam eum ex ramo enunciamus? & ex oculo per fontem fluuium dicentes, quid aliud quam ex fonte asserimus?*

CAPVT LXIV.

Gabrielis Philadelphiensis de Præpositionum Ex, & Per, *significatu, expositio reijcitur.*

SIc etiam Gabriel Seuerus Philadelphiensis satis fatue contra harum duarum Præ-

Præpositionum pares vires argutatur. En hæc illa sunt illius verba; Ὅτι εἰ ἡ διά, πρόθεσις εἶχε τὴν αὐτὴν δύναμιν, καὶ τὴν αὐτὴν σημασίαν ἐν τοῖς θείοις προσώποις, τὴν ὁποίαν ἔχει καὶ ἡ ἐκ, ἤθελε λέγεσθαι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο οὔτε ἐφάνη ποτὲ, οὔτε ἠκούσθη, οὔτε παρὰ τῆς θείας γραφῆς, οὔτε παρὰ τῶν θείων Πατέρων. διὰ τοῦτο λοιπὸν ἡ διὰ πρόθεσις ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν σημασίαν καὶ δύναμιν, ὁποίαν ἔχει ἡ ἐκ, ἀλλὰ μεγίστη ἐστὶν ἡ τούτων διαφορά. *Si Per, præpositio haberet eandem vim & eundem significatum in diuinis personis, quem habet ex, diceretur Spiritus sanctus, per Patrem, & ex Filio procedere. Sed hoc nunquam apparuit, neque auditum est, neque a diuina Scriptura, neque a sanctis Patribus. Propterea per, præpositio in diuinis personis non habet eundem significatum & vires, quas habet ex, sed magna est earum differentia.* Exscripsit hæc Philadelphiensis ex Iosephi Bryennij Oratione de Trinitate decima, in qua scribit; Τὶς γὰρ τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων, εἰς τοσοῦτον μανίας ἀφίκετο, ὡς τολμῆσαι εἰπεῖν, τὸ πνεῦμα διὰ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἐξ υἱοῦ, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν ἐνέργειαν εἶναι πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἢ τῆς μιᾶς φύσεως τοῦ ἑνὸς Θεοῦ μίαν πρόοδον εἶναι τὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν. *Quis enim, qui a Christo sibi nomen vindicat, in tantam dementiam peruenit, ut audeat dicere, Spiritum per Patrem ex Filio*

lio procedere, siue Spiritus hypostasim operationem esse Patris & Filij, siue vnius naturæ vnius Dei vnum progressum esse Spiritus existentiam? His addit pleraque, sed fere nugatoria Philadelphiensis. *Ex*, & *Per*, in diuinis habere eundem significatum supra & rationibus, & sanctorum Patrum testimonijs satis, abundeque probatum est. *Tum vero diceretur Spiritus per Patrem ex Filio*. Dici per Patrem non dubito, cum tum non aliud fuerit quam ex Patre. *Sed hoc nunquam apparuit, nunquam auditum est vel a scriptura, vel a sacris Patribus dictum*. Hoc vero purum mendacium est; licet in Philadelphiensi Seuero non nouum, qui nunquam valuit ingenio, nec vllum vsum Patrum habuit, cum semper ludicris & nugatorijs exercitationibus delectatus sit. idq vt videas, attendito, & nolo a Cyrillo discedere, cuius causam ago. Is in illud Ioannis, *Omnia per ipsum facta sunt. Quodsi putant, quoniam per ipsum scriptum est, administri loco a Patre assumi Filium, atque ideo a naturali Patris æqualitate decidere, quid de ipso Patre dicent, cum particula per, ei quoque a scripturis accommodetur? Fidelis enim, inquit, Deus, per quem vocati estis: & rursus, Paulus Apostolus per voluntatem Dei, & alibi, Itaque non est seruus sed Filius, Paulus inquit, si natura Filius & hæres per Deum. Hæc enim*

omnia

omnia ad personam Patris referuntur, & nemo adeo insanit, ut propter particulam per, ad administri locum Patrem deducat: indifferenter enim plerumque dictionibus abusionis modo diuina scriptura ita utitur, ut probe res grandes, quantum possibile homini est, verbis significet. Et sexto ad Hermiam; Ὃ γὰρ ἂν δρῷτο παρὰ τοῦ πατρὸς, τοῦτο δὴ πάντως, ἔσται ἐνέργημα τοῦ υἱοῦ. καὶ ὅπερ ἂν λέγοιτο διαπεραίνεσθαι δι' υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ πατρὸς. πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ. *Quidquid a Patre agatur, hoc omnino opus erit Filij, & quidquid per Filium perfici dicitur, prorsus hoc Patris est egregium facinus. Omnia enim per ambos ex æquo geruntur.* Et lib. 5. ad eundem; Τί δὲ οὐχὶ καὶ φάσκοντι πιστευτέον, τὸ, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή; σὺν ἄρθρῳ δὲ καὶ μοναδικῶς ἑαυτὸν εἶναι λέγων τὴν ζωὴν ἆρ' οὐκ ἐξώσειεν ἂν τοῦ εἶναι ζωὴν τὸν πατέρα καὶ Θεὸν, εἰ μὴ φύσεως μιᾶς ἄμφω τε εἶναι δώσομεν, καὶ δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ τὸ χρῆμα ἰέναι, καὶ οὔτοι που δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος Θεοῦ. *Cur autem non & dicenti credendum, ego sum via, veritas, & vita? Cum articulo autem & singulariter se ipsum esse dicens vitam, annon Patrem & Deum suum negauerit esse vitam, nisi unius naturæ ambos esse dederimus, & per ambos ad nos æqualiter vitam venire, & non ex duobus, sed ex uno Deo nos viuificante?* Vides *Per*, particulam Deo Patri, & non tantum

Filio

Filio attributam, neque ideo a naturali dignitate Patrem decidere? Dicet Seuerus hæc de creatione, & de operationibus, quas vocant Theologi *ad extra* pronunciari. Quid tum? Ergo ne tum Pater amittit, vt ſit prima, & abſque principio cauſa, cauſa rerum, adeo vt non poſſit de illo affirmari, ex Deo & Patre? Minime gentium. Nam etiam tum illi non minus conuenit præpoſitio *Ex*, ſed illud tantum concluditur in perſonis diuinis eundem habere ſignificatum, & eandem vim ambas haſce præpoſitiones *Ex*, & *Per*, quamuis id ignorauerit Philadelphienſis. Sed de proceſſione Spiritus ſancti ex Patre & Filio etiam id dictum, ex eodemmet Cyrillo diſcere poterat, ſi ſapuiſſet: ſcribit enim de recta fide ad Imperatrices. Ἀναθετέον οὖν ἄρα τὴν ζωοποίησιν καὶ μάλα εἰκότως, οὐκ αὐτῇ που πάντως τῇ τοῦ σώματος φύσει, κἂν εἰ γέγονεν ἴδιον τοῦ ἐκ Θεοῦ φύντος Λόγου. δυνάμει δὲ μᾶλλον τῇ ὑπερτάτῃ, καὶ φύσει τῇ ὑπὲρ κτίσιν ὡς ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐξ οὗ πέφηνεν ὁ υἱὸς, ἴσος τε καὶ ὅμοιος κατὰ πάντα αὐτῷ. πρόεισι δὲ δι' ἀμφοῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν. *Ipſa itaque viuificatio, vel exſuſcitatio non ad ipſam corporis naturam, licet ille Verbo ex Deo genito proprium extiterit, ſed potius ad ſupremam illam virtutem, hoc eſt ad eam naturam iure merito referenda eſt, quæ omnem excedit creaturam ſicut*

in

in persona Dei Patris, ex quo prodit Filius per omnia illi æqualis & consubstantialis: procedit autem per vtrosque & viuificus quoque Spiritus. Illud δι' ἀμφοῖν, fueritne aliud, quam per Patrem & Filium Spiritum progredi? In Patre nulla mediatio a Catholicis admittitur, qui est absque principio & origine principium & origo diuinarum hypostaseon, quod omnes Catholici credunt Patrem Verbi, & Spiritus sancti primam procatarcticam causam & principium absque tempore: Quare *Per*, de Patre dictum modis omnibus *Ex*, præpositionis significatum præsefert. Quia vero ad producendas personas alterius personæ producentis medius non est, quod præter principium *Per*, notat, ideo Patres non dixere, *per Patrem ex Filio Spiritum*, ne medius Pater inter Filium & Spiritum intelligeretur: bene tamen dixere *ex Patre per Filium*, quia inter Patrem & Spiritum Filius medius est. Et Cyrillus noster apposite dixit *per vtrosque*, quasi diceret, ex vtrisque; quia tum optime intelligitur, exprimiturque modus, quo Spiritus ex Patre Filioque procedat. Et vt nugari desinat Philadelphiensis, si Cyrillum non audit, audiat Basilium magnum Cap. 5. Ad Amphilochium, qui dum contendit probare præpositionem *Ex*, Filio quoque adaptari, illud

lud in exemplum adducit, *Ex meo accipit*, &, *Cognoui virtutem exeuntem ex me*. Et hæc satis ſint de vi & ſignificatu præpoſitionum *Ex*, & *Per*.

CAPVT LXV.

Cyrilli dictum ex Oratione de Trinitate, Ex ſolo Patre eſſe Filium, *probatur eſſe ſuppoſititium.*

SEd tractationi huic finis tandem imponendus eſt. Imponatur. ſed antequam ad finem veniam, dicta Cyrilli examinanda ſunt, quæ aduerſarij Latinis obijciunt. Primum eſt ex Oratione illius de ſanctiſſima Triade; Αἱ προσκυνηταὶ τρεῖς ὑποστάσεις γινώσκονται καὶ πιστεύονται, ἐν πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναιτίῳ, ἀγεννήτῳ, ἀϊδίῳ, καὶ ἐν υἱῷ μονογενεῖ, γεννηθέντι ἀρρήτως, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀφράστως πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοουσίῳ, καὶ συνθρόνῳ, καὶ πάντα ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος, ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τὸν πατέρα ἔχοντι γεννητῶς. καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ζωοποιῷ, προσκυνουμένῳ τῷ ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, οὐ γεννητῶς καθάπερ ὁ υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὶ ἐν τῇ Τριάδι, ἀλλ' ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ὡς ἀπὸ στόματος, πεφηνότι δὲ δι' υἱοῦ, καὶ λαλήσαντι ἐν τοῖς ἁγίοις πᾶσι προφήταις καὶ ἀποστόλοις,

στόλοις, πλὴν ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχοντι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἔχοντι πρὸς πατέρα καὶ υἱόν. ἀκοινώνητον ἐστὶ καὶ αὐτό ἐστιν, ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς πρὸς πᾶσαν κτίσιν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. *Adorandæ tres hypostases cognoscuntur & creduntur in Patre, principij causæque experte, ingenito, sempiterno; & in Filio vnigenito, generato ineffabiliter, impassibiliter, indicibiliter, ante omnia secula ex essentia ipsa Patris, ideoque consubstantiali, eiusdemque throni, & dignitatis consorte, secundum omnia simili, & æquali Patri citra paternitatem, principium vero & causam per generationem Patrem habente; & in Spiritu sancto, viuificante, adorando, procedente ex Patre, hoc est ex essentia Patris, non generatione quemadmodum Filius, ne duo Filij sint in Trinitate, sed procedente, vt dictum est, ex solo Patre, veluti ab ore, sed qui comparuit per Filium, locutusque est in vniuersis sanctis Apostolis & Prophetis, nihilominus, vti dixi, ex essentia Patris & Filij existente, & eiusdem cum Patre & Filio essentiæ. Incommunicabilis vero & ipse est quemadmodum Pater & Filius ad omnem creaturam secundum essentiæ rationem.* Hæc eadem Cyrilli verba ex Oratione de Trinitate ad probandam ex solo Patre processionem Spiritus vsurpauit Iosephus Bryennius de Trinit. Orat. 3. & Georgius Gemistus Pletho Epistola ad Bessario-

nem. Si quæras ab ipſis, ex quonam volumine hoc deſumptum eſt Cyrilli teſtimonium, nullum habent, nec aliquid, quod dignum ſit conſideratione, & ad fidem conciliandam aptum afferunt. Cum neque hoc tempore, neque etiam antiquiore, cum quæſtio examinabatur, dictum teſtimonium in Oratione ſiue de Triade, ſiue de alio argumento a Cyrillo conſcripta reperiatur, ſed in chartulis, illiſque pluribus, in quibus alia quoque ex alijs ſcriptoribus eo fine deſcripta ſunt. Nicetas Byzantius ex Oratione Cyrilli de Trinitate pro Concilio Chalcedonenſi quædam allegat, an vero ex hac ipſa ſint, in qua & quæ de proceſſione Spiritus leguntur, cum dicta Oratio non extet, incompertum mihi eſt. Veruntamen cum Veccus ex Oratione Cyrilli de Trinitate Cyrilli dictum afferat Epigraphe 10. negetque Orationem Cyrilli de Trinitate, in qua dictum teſtimonium de proceſſione Spiritus, extare, & aduerſarios requiſitos, vt Orationem, in qua tale dictum ſit, demonſtrarent, nec vnquam demonſtraſſe, clarum remanet, aliam atque aliam fuiſſe. Quare Conſtantinus Meliteniota vti ſuppoſititiam & confictam a Schiſmaticis reijcit Oratione ſecunda de poceſſione Spiritus ſancti: Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν, ὅπερ πλασάμενοι προσῆψαν τῷ σοφωτάτῳ.

σοφωτάτῳ Κυρίλλῳ κακῶς, διὰ τὸ ψεῦδος πλεῖν, ὡς ἀνυπόστατον φανερῶς αὔραις φερέτωσαν. δέλτους καὶ γὰρ τοῦδε τοῦ πατρὸς οὐκ ὀλίγας ἀνελίξαντες καὶ ἡμεῖς, τὸν ᾀδόμενον λόγον ἐν οὐδεμιᾷ τούτων εὑρεῖν ἠδυνήθημεν, εἰμὴ τὸ ῥητὸν καὶ μόνον γυμνὸν μετὰ τῆς λεχθείσης ἐπιγραφῆς ἐν χαρτίοις τισὶ κατὰ Ῥωμαίων γραφεῖσι περιφερόμενον. καὶ οὗτοι δὲ τὸν τοιοῦτον ἀπαιτούμενοι παρ' ἡμῶν, οὐκ ἔχουσι νῦν, οὐδ' οὐ μήποτε παρέχειν ἕξουσιν. πόθεν; ὃν οὐκ ἐκδοθέντα παρά τινος, οἴκοθεν αὐτοὶ τυγχάνειν ἐπλάσαντο. *Sed confictum a se sapientissimo Cyrillo appinxerunt, quod cum plane mendacium sit, nec prorsus subsistat, ventis dissoluendum committatur. Cum enim huiusce Patris volumina, eaque plurima inuoluerimus nosipsi præcantatam tantundem Orationem in nullo inuenimus, nisi dictum solum nudum cum dicta præscriptione in chartulis quibusdam aduersus Romanos concinnatis circumuolutum. Et hanc eandem, si nunc exigatur a nobis, neque in præsentia, neque in futurum vnquam exhibere poterunt. Quam ob causam? quod eam confictam ex proprijs assumentis in publicum ediderunt.* Et sane vel tota hæc Pericope; vel si legitima ex aliqua Cyrilli Oratione de sancta Triade ab eo scripta desumpta est, illud, Ἀλλ' ἐκπορευόμενον, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου πατρός. *Sed procedente, vt dictum est, ex solo Patre*, vsque ad finem Pericopes, commentitium fuerit, vt infra

 pro-

probabitur. Cum enim a nobis laudati tot ſancti Patres, & Cyrillus ipſe potiſſimum, ſæpiſſime ex Patre & ex Filio Spiritum aſſeruerint, non credi facile poteſt, Cyrillum tot tantiſq; Patribus, & ſibimetipſi contraria in hac ſola Pericope tradidiſſe. Quodſi Librorum antiquitatem opponant, multo nos plurium antiquitatem Codicum reponemus, vt Codicum antiquitas Codicum antiquitatem retundere valeat, maiori numero Codicum conſtipata. Veccus Cap. 12. de proceſſione Spiritus ſancti; Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ δελτάρια ἔτι προτείνουσιν, ἀλλὰ ἐξ ἄλλων μετεγραφέντα, οἷς ἡ ῥῆσις αὕτη ἐμφέρεται. ἀλλ' ἐγὼ, νὴ τὸ τῆς ἀληθείας κράτος, ἐπὶ μακρὸν ἤδη χρόνον τοῦ ζητήματος κινουμένου ἅπαξ ἑνὶ μόνῳ δελταρίῳ πεπαλαιωμένῳ τὰς ὄψεις ἐπέβαλον τὴν ῥῆσιν φέροντι ταύτην, καὶ τὸ δελτάριον ὡς ἐξ ἐράνου καὶ συλλογῆς διαφόρων συγγραμμάτων συγκείμενον, οὐ μέρος ἐδόκει βίβλου τῶν ὁποίας πολλὰς τῷ θεηγόρῳ Κυρίλλῳ διεπονήθησαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀποτροπὴν τῆς ῥήσεως τὸ ἐν μηδεμιᾷ τῶν βίβλων ταύτην εὑρίσκεσθαι, ὧν ἑκάστη τὰ τοῦ ἁγίου συγγράμματα διόλου αὐχεῖ. πῶς ὅμως εἰ καὶ παλαιὸν ἦν τὸ ἐμφανισθέν μοι τοῦτο δελτάριον, ἀλλά τινα παραδείξεται σύγκρισιν πρὸς παλαιότητα βίβλων τῶν τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ὧν ἐν ταῖς περιλήψεσιν ἐντυχὼν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογούσαις τὸν ἀριθμὸν διὰ τὸ πλεῖον τοῦ πλήθους

μυρ-

μάρτυρει τῇ ἀληθείᾳ οὐκ οἶδα. Licet enim ipsi multas schedulas proferant, alias ex alijs descriptas, in quibus dictum hoc circumfertur, sed mihi, vim ipsam veritatis testor, cum quæstio hæc multos iam annos in controuersia sit, semel vna solummodo schedula vetustatem ferens, & in qua dictum legebatur, obiecta est, eaque veluti ex varia collectione congerieque diuersarum scriptionum conflata, non pars libri videbatur, quales multi per Deiloquum Cyrillum elaborati sunt. Hoc etiam non parui momenti fuerit ad refellendum dictum, quod in nullo Codice reperiatur, qui Sancti scripta per omnes sui partes complectatur, illisque superbiat. Interea licet vetustatem præseferebat comperta per me schedula, sed quanam comparatione conferetur ad vetustatem Codicum beati Cyrilli, quorum plane, vt ipse animaduerti, ex Patre & Filio Spiritum decernentium numerum ob affluentem copiam, & testis sit veritas, numerum non noui? Huius Pericopes partem, quæ de processione Spiritus ex solo Patre tractat, in sua scripta retulit Macarius Ancyranus capite 46. cui præterea addit alia Cyrilli, non indicans locum, vnde desumpta sunt, quamuis infra cap. 50. ea ex Thesauris esse notet.

Οὐχ ὥσπερ ὁ υἱὸς γεννητῶς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτῶς. ἄπαγε τῆς βλασφημίας καὶ πολυθεΐας. εἷς γὰρ παρ' ἡμῖν τοῖν προσώποιν

ἄιτιος καὶ συνδεσμος ὁ πατήρ. *Non vti Filius generationis modo, ita & Spiritus ſanctus ex Filio modo proceſſionis. Apage iſtiuſmodi blaſphemiam, & multorum Deorum collegia. Apud nos enim vna eſt duarum perſonarum cauſa & coniunctio Pater.* Et Epiſtola ad Ioannem Antiochenum; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. *Spiritus ſanctus non ex Filio, aut per Filium exiſtentiam habens, ſed ex Patre procedens; proprius vero Filij, tanquam qui conſubſtantialis appellatur.* Et ſi penitius orationis ſeries introſpiciatur repetitum illud; Α'λλ' ἐκπορευομένῳ, ὡς εἴρηται ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς. *Sed procedente, vt dictum eſt, ex ſolo Patre,* manifeſtam impoſtoris fraudem oſtendit: neque enim poſt vnam vel alteram lineam eadem Sancto denuo inculcanda erant, ſedato animo ſcribenti. quare contendentis potius cum diſſidente, & repugnantis, & potius decernentis, & falſo aſſerto in fraudem impellentis verba ſunt. Vbi enim Cyrillus ſupra dixerat, *ex ſolo Patre*? An ex Patre procedere Spiritum, ex ſolo Patre procedere eſt? Nuſquam in hac pericope *ſolus* eſt, cum nec ſimile in reliquis Cyrilli Commentarijs reperiatur. Quare vel *ſolus*, vel tota iſta repetitio, quæ ſeriem ſermonis potius diſtorquet,

non

non colligat, alicuius nebulonis aſſumentum eſt. Sed ſententia Cyrilli ex ipſa integra Pericope eruenda eſt, non ex ſola illa dictione, *ex ſolo Patre*. Et attendito. Prius dixerat, *procedente ex Patre, hoc eſt ex eſſentia Patris;* tum poſtmodum addidit, *Procedente, vt dictum eſt, ex ſolo Patre, vti ex ore, ſed qui apparuit per Filium*. ſi, *ex ſolo Patre vti ex ore* ad diſtinctionem Filij accipis, næ ille, qui ex eſſentia Patris Spiritum dixit, ex eſſentia Filij illum affirmere non poteſt. Nam ſi Filius a Patre diſtinguitur ſecundum dictionem illam *ex ſolo Patre*, totus Filius a toto Patre diſtinguitur, eſſe ntia nempe in hypoſtaſi ab eſſentia in hypoſtaſi. Et ſi eſſentia in hypoſtaſi Filij ab eſſentia in hypoſtaſi Patris diſtinguitur, ratione vocis *ex ſolo*, qua ratione Cyrillus *ex ſolo* aſtruens, & ex eſſentia Patris Spiritum cum alijs pleriſque Theologis, Spiritum ex eſſentia Filij tradit? Noui nonnullos qui cum vim argumenti effugere non valeant, in temerarias quaſdam hypoſtaſis diuiſiones, atque eſſentiæ prorumpere, diuidereque Filium in hypoſtaſim ſeorſim, & eſſentiam ſeorſim, eſſentiam in hypoſtaſi eaque propria ſecundum ſuam ex Patre & Filio indiuiſam diuiſionem, vt Theologi loquuntur, illudque *ex eſſentia Filij* propter eandem Spiritus cum Filio eſ-

ſentiam referre. Neque vident, ſi propterea ex eſſentia Filij Spiritus dicitur, cum & Filius imo & Pater eiuſdem cum Filio & Patre eſſentiæ ſit, ex eſſentia Spiritus Pater & Filius diceretur. Sed non ſequitur ex eſſentia Filij Spiritum eſſe, quod eiuſdem eſſentiæ ſit. imo ſequitur, quod nos fuſe ſupra probauimus, quia ex eſſentia Filij Spiritus eſt, ideo cum Filio eiuſdem eſſentiæ eſſe. Non addecet ergo ſeparato Filio a Patre ex eſſentia Patris aſſertum Spiritum, ex eſſentia quoque Filij dici. Quodſi ex eſſentia vtriuſque Spiritus eſt, ita aſſerente Cyrillo, & alijs Patribus, certiſſimum remanet, non ad diſtinctionem Filij illud *ex ſolo Patre*, pronunciatum fuiſſe, ſed ad inſinuandam primam cauſam, & citra principium Patrem eſſe. Adde in hac Pericope, in qua *ex ſolo Patre* legitur, adnexum & illud eſſe, *veluti ex ore*: Et cum Spiritus Spiritus oris Filij ab Apoſtolo dicatur, ſi peruicax non eſt Schiſmaticus, dijudicabit illud, *ex ſolo Patre*, non ad excludendum Filium poni. Nam cum Filius ex vtero Patris generari dicitur, & progreſſus Spiritus veluti ex ore Patris, nunquam dictum legeretur progredi Spiritum ex ore Filij, ſi ex ſolo Patre progrederetur. Et præterea, cum inter alia Theologica decreta illud non infimum eſt,

os Patris Filium esse, quanam ratione ad distinctionem Filij illud, *ex solo Patre* diceret, qui ex ore Patris Spiritum procedere affirmaret? Considerandum quoque est. Cum dixisset, *procedente, vt dictum est, ex solo Patre veluti ex ore*, statim addidit, *qui apparuit per Filium*. Quod enim ex solo Patre est, si secundum distinctionem ex solo Patre esset, minime appareret per Filium: dum distinctio Filij a Patre nunquam admittet in existentia Spiritus illud *per Filium*. Quodsi, id namque multi ex Schismaticis non verentur dicere, vt supra significauimus, illud *per Filium apparere*, non pro existentia Spiritus accipiatur, sed pro illius manifestatione, & donorum distributione, comperio hos veritati ludificare, cum Patres Theologi contrarium tradant, & Filij apparitionem ex Patre non aliud indicare, quam Filij generationem & naturalem existentiam; inter alios testes esse possunt Basilius & Cyrillus ipse pluribus in locis. Si dicant, vocem *apparere* de Filio dictam ex Patre generationem Filij insinuare, dictam vero de Spiritu per Filium non processionem sed dona, adhuc scripta Theologica non capiunt, eosque sic refellit Basilius in Precibus mysticis recitari solitis inter Missarum solemnia, de Filio sermonem habens;

Παρ'

Παρ' οὗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξεφάνη, τὸ τῆς ἀληθείας πνεῦμα, τὸ τῆς υἱοθεσίας χάρισμα, ὁ ἀῤῥαβὼν τῆς μελλούσης κληρονομίας, ἡ ἀπαρχὴ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἡ ζωοποιὸς δύναμις, ἡ πηγὴ τοῦ ἁγιασμοῦ, παρ' οὗ πᾶσα κτίσις λογική τε καὶ νοερὰ δυναμουμένη σοι λατρεύει, καὶ σοὶ τὴν ἀΐδιον ἀναπέμπει δοξολογίαν. *A quo Spiritus ſanctus apparuit, Spiritus veritatis, gratia adoptionis, arrha futuræ hæreditatis, primitiæ æternorum bonorum, viuifica potentia, fons ſanctificationis, a quo omnis creatura ratione & mente prædita viribus acceptis confirmata te colit, & æternam tibi offert glorificationem.* Sunt ne iſta dona Spiritus ſancti, an Spiritus ſanctus ipſe, qui per Filium apparet? Cum ergo vno eodemque ſignificatu *apparere*, & *procedere* accipiantur, recte ſupra prolatum eſt à nobis, ex ſolo Patre exiſtens, ſi diuiſim a Filio ex ſolo Patre eſſet, nunquam in proceſſione Spiritus illud, *per Filium* inſinuaſſet. Nihil hic addam ipſe de præpoſitionum *Ex* & *Per* ſignificatu, ideoque decreto Cyrilli, & verbis in hac Pericope poſitis idem fuerit apparere per Filium & ex Filio. De voce etiam *Solus* in diuinis perſonis fuſe diſſeruimus, & auctoritatibus ſanctorum Patrum probauimus, dictam de diuinis perſonis aliam non excludere, ſed eandem ſubintelligere, vbi relationis oppoſitio non impedit,

&

& cum productio Spiritus communis sit Patris & Filij, processionem quoque Spiritus esse ex Patre & Filio: & non obstare quæ afferunt aduersarij, in Trinitate duabus personis communia esse quoque communia tertiæ: nanque ibi causatum esse, est commune Filij & Spiritus, non tamen est commune Patris; & esse ingenitum est commune Patris & Spiritus, nec tamen est commune Filij: & sic de alijs. Quare qui plura desiderat, adeat nostrum de processione Spiritus sancti Enchiridium cap. 17. 18. & 19. Et tandem mirum est, eos non animaduertisse verba Cyrilli in eadem Pericope, quæ tradunt, *Filium similem & æqualem in omnibus esse Patri, vna excepta paternitate*. Quare Filius Pater non erit nec genitor, hoc enim excipit solum Cyrillus, ergo erit productor cum Pater & Deus vltra quod generat, productor etiam sit. & aliud est generare aliud producere. de quo supra satis multa. Sed Cyrillus ipse, litem dirimat, qui in Thesauris scribit; Λέγει που παρὰ Θεοῦ εἷς τῶν προφητῶν, ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος. φέρεται ἡ καὶ Θεοῦ φωνὴ, ἐγὼ μόνος ἐξέτεινα τὸν οὐρανόν. καὶ πάλιν ἑτέρα σαφῶς περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅτι τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. εἰ τοίνυν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λέγοντος, τὸν οὐρανὸν εἰργάσθαι μόνου, ὁ υἱὸς εὑρίσκεται τοῦτον πεποιηκὼς, παντί που δῆλον, ὅτιπερ, κἂν ὡς μόνος

μόνος ὀνομάζηται ὁ πατὴρ Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, συμπεριλαμβάνεται πάντως καὶ ὁ υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται καὶ λαλεῖ. καὶ ἔστιν ὄντως ἐν τῷ ἑνὶ καὶ πρώτῳ, καὶ ἀληθινῷ φυσικῶς, ὥσπερ ἐν τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα. *Quidam Prophetarum alicubi ad Deum ait, Qui extendit cœlum ſolus, & Dei vox, Ego ſolus extendi cœlum. rurſus de Filio manifeſte dicitur, verbo domini firmati ſunt cœli. Cum igitur dicente Deo ac Patre, ſe ſolum extendiſſe cœlum, Filius etiam illud condidiſſe dicitur, manifeſtum quoque eſt, tametſi Pater ſolus dicatur eſſe verus Deus, non excludi a diuinitate Filium, per quem omnia operatur & loquitur: & eſt reuera in vno & ſolo, ac primo & vero naturaliter, quemadmodum in lumine ſplendor ipſius.* Vides qui extendit cœlum ſolus, & qui ſolus eſt verus Deus, non excludere Filium neque a creatione cœli neque a diuinitate? Idem ibidem; Προσέρχεταί τις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις καὶ φησὶ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, διδάσκαλε ἀγαθέ. πρὸς τοῦτον Χριστὸς ἀπεκρίνατο. τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Χριστοῦ τοίνυν ἕνα τὸν ὄντως καὶ οὐσιωδῶς ἀγαθὸν εἶναι φάσκοντος, ὁ ψαλμῳδός που φησὶ, τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ. εἰ τοίνυν ἑνὸς ὄντως ἀγαθοῦ, τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἀγαθὸν, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶ φύσεως, ἐφ' ἧς ἐπαληθεύεται τὸ κυρίως καὶ μοναδικῶς ἀγαθόν. *Adijt quidam in Euangelijs, dixitque ad Dominum noſtrum Ieſum Chri-*

ſtum,

stum, Magister bone. cui Christus respondit; cur me dicis bonum? nullus bonus nisi vnus Deus. Cum itaque Christus vnum Deum re vera atque essentialiter bonum esse dicat, Psalmista alicubi dicit, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Si igitur cum vnum sit bonum, Spiritus est bonus, manifestum est; ex diuina natura esse, quæ vere, ac proprie, & sola bona est. Et vt desinant nugari Schismatici, Cyrillus ex ipsissimis verbis Saluatoris, quibus sua tutantur, & suam ex solo Patre processionem probatam esse satis existimant, quæ sunt, *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit*, elicit, Spiritum ex essentia Patris & Filij esse, cum scribit; Ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ σωτὴρ φησὶ περὶ ἑαυτοῦ. ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ἔκ τε τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα δεικνύων, ἐν μὲν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐν δὲ τῇ Ἐπιστολῇ. τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. *Saluator alicubi in Euangelijs ita de seipso ait, Ego sum veritas, beatus vero Ioannes ostendens, ex essentia Patris & Filij esse Spiritum, in Euangelijs quidem ait, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit; in Epistola vero, Spiritus est veritas.* Et ne dicant Cyrillo tantum esse sermonem de homousio, cum supra fuse ex eodem Cyrillo ostendatur, homousion sequi processionem; quia enim procedit ab eo, & suam ori-

originem & existentiam ab eo cognoscit, cuius essentiæ est, ideo homousion est, & non quia est eiusdem essentiæ, ideo homousion: tum enim, vti Basilius magnus concludebat & alij, essent fratres. Deinceps Saluator nullam sui mentionem fecit in illo, *qui procedit ex Patre*, & Cyrillus elicit, qui ex essentia Patris & Filij, ergo secundum Cyrillum ea ipsa ratione est ex Filio, qua est ex Patre. Et licet in conclusione essentiæ identitatem enunciauerit, nulla habita ratione processionis, id fecit, cum Deitatem Spiritus tantum probare conaretur, quæ satis stabilita videbatur, si essentiæ identitas, & homousion firmaretur?

CAPVT LXVI.

Apud Patres multa sunt, quæ sibi contraria esse videntur, si non recte exponantur.

ET pro maiori rerum dictarum intelligentia prætereundum non est, apud sanctos Patres nonnulla contraria, vt videntur, inueniri, & a parum cautis male intellecta in prauum atque alienum sensum trahi, quibus si expositionem addas, & proprium intellectum exprimas, plana sunt, &

rectis

rectis dogmatibus consona: idque pluribus allatis exemplis Bessario Cardinalis Oratione Dogmatica, siue de vnione demonstrauit; Ἔχω τούτου πολλὰ παραδείγματα ἀπ' αὐτῆς τῆς θείας γραφῆς. ὁ Στέφανος ὑπάρχων πλήρης πνεύματος ἁγίου ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὁ Παῦλος σὺν τῷ Δαυὶδ αὐτὸν ἐν δεξιᾷ φησὶ κεκαθικέναι τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς. τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ μὴ καθῆσθαι, τὸ ἵστασθαι γὰρ οὐ καθῆσθαί ἐστι, περιφανής ἐστιν ἀντίφασις. Λουκᾶς ὁ μακάριος τὸν θεῖον Στέφανον εἰσάγει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τὸν μονογενῆ υἱὸν αὐτοῦ ἰδόντα. ὁ δὲ μύστης τῶν ἀπορρήτων, Θεὸν οὔτε ἰδεῖν δυνήσεται πώποτε παρὰ τῆς ἀληθείας δεδιδαγμένος φησί. τὸ δὲ ἰδεῖν, καὶ μὴ ἰδεῖν τὸν Θεὸν, οὐκ οἶδ' εἴ τινι μὴ ἀντίφασις δόξειεν. ὁ μὲν τῶν Εὐαγγελιστῶν τρίτῃ ὥρᾳ τὸν Κύριον ἐσταυρῶσθαι φησὶν, ὁ δέγε βοᾷ, ἦν δὲ ὥρα ἕκτη καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. ἡ δὲ ἕκτη δηλονότι τρίτη οὐκ ἔστιν, εἰ δὲ τρίτη τε καὶ οὐ τρίτη, πάντως ἀντίφασις. καὶ τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο, ὅσα ἀντιφατικῶς εἰρῆσθαι δοκοῦντα, ὅμως εὐσεβῶς ὑπὸ τῶν διδασκάλων νοοῦνται, καὶ πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀναπτύσσονται νοῦν; οὓς καὶ ἡμᾶς μιμουμένους, καὶ περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος, εἰ συνέβαινεν ἐναντία τε καὶ ἀντιφατικῶς ἀντικείμενα λέγειν τοῖς διδασκάλοις, ἡμῖν αὐτοῖς ἔδει μᾶλλον προσάπτειν ἀγνοίας αἰτίαν, ἢ διαφωνίαν ἐκείνοις, καὶ πειρᾶσθαι διαλλάττειν ἀλλήλοις αὐτοὺς, καὶ διὰ παντὸς ὡς ἐνὸν συμβιβάζειν.

Eodem Bessarione interprete; *Multa habeo huius rei in ipsa canonica Scriptura exempla. Stephanus cum esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei, Luca in Actis teste: At Paulus vna cum Dauid eum ad dexteram maiestatis in excelsis sedere ait; sedere autem & non sedere, stare enim non sedere est, manifesta contradictio est. Eundem item Stephanum beatus introducit Lucas Dei & Patris vidisse gloriam, & eius vnigenitum Filium: at sanctus Ioannes Euangelista, Deum nemo vidit vnquam ab ipsa veritate edoctus asseuerat: videre autem & non videre Deum, nescio si cui non esse contradictoria videantur. Vnus Euangelistarũ sexta hora Dominum crucifixum fuisse, ait; alter clamat, erat autem hora tertia & crucifixerunt eum. Sexta vero patet quod non est tertia, manifesta contradictio est. Et quis facile recensere posset, quot sunt, quæ cum contradictoria videntur, pie tamen a Doctoribus intellecta sunt, & ad vnum & eundem sensum ab eis referuntur? Quod & nos imitari etiam si de proposita quæstione accidisset contraria contradictoriaque dixisse sanctos Doctores, nobis ipsis potius ignorantiæ culpam imputare debemus, quam illos credere discordare, & eos conari reconciliare inter se & quoad possit, concordes ostendere.* Et ne longe recedamus a Trinitate. Gregorius Nyssenus ad Ablabium;

Τὸ

Τὸ ἀπαράλλακτον, inquit, ὁμολογοῦντες τῆς φύσεως, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα. *Immutabilitatem naturæ confitentes, non imus inficias ſecundum cauſam, & cauſatum differentiam.* Id Occidentales fere omnes Patres & vetant, & expreſſe reprobant. Cyrillus li. 2. ad Herm. Αἴτιον δὲ καὶ αἰτιατὸν οὐδὲ ὀνομάσαι θέμις. πρέποι δ᾽ ἂν μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ, πνεῦμά τε εἰπεῖν, καὶ γεννηθέντα υἱόν. *Cauſam & cauſatum neque fas eſt nominare. addecetque potius in Deo Spiritum dicere, & natum Filium.* Hæc expoſitione allata ex iiſdem ipſis Patribus reconciliantur. Nyſſenus cauſam & cauſatum in Triade, ac ſi de conſubſtantialibus dicta ſint, accipit: Cyrillus reſpuit, ac ſi de rerum omnium opifice & de creatis enuncientur. Sic Gregorius *genitum*, atque *ingenitum* veluti hypoſtaticas proprietates amplectitur: magnus vero Baſilius ab illis abhorruit, tanquam Eunomianorum commentis, quæ naturas ſcinderent, & diuerſas eſſentias repræſentarent. Quæ cum non intellexiſſent Schiſmatici: ſtulta atque immodica blaterarunt, vt argumentum contra ſemetipſos validiſſimum, quod illis opponi ſolet de proceſſione Spiritus ſancti eliderent, Deus enim vt Pater, eſt genitor Filij, & vt productor producit Spiritũ, ſed Filius omnia Patris habet, vna excepta,

paternitate, cum ratio paternitatis non includat productionem; sequitur manifesto, Filium esse etiam productorem, non alterius, ergo Spiritus. & sic Spiritus habebit suam existentiam etiam ex Filio. Inter eos Barlaamus Monachus acuto ingenio, sed nimium Schismati dedito Vir, Oratione de processione Spiritus, quæ incipit. Ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον. Ὅτι, φησὶ, μόνον ἡ πατρότης συστατικόν ἐστι τῆς ἀρχικῆς ὑποστάσεως, καὶ κατὰ ταύτην μόνην δεῖ τοῦ υἱοῦ διαφέρειν, τὰ δ' ἄλλα ἔχειν κοινά. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος. ὅταν γὰρ πατέρα ὀνομάζομεν τὴν ἀρχικὴν ὑπόστασιν, οὐ δηλοῦμεν ταύτῃ γε τῇ φωνῇ, πῶς ἐστὶν αὐτή. οὐδὲ τὸν τρόπον ἐνδεικνύμεθα τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν μόνον σημαίνομεν. ὅτι δίδωσιν αὐτῷ οὐσιωδῶς ὕπαρξιν, καὶ ἔστιν αὐτῷ τοῦ εἶναι αἴτιον. ἀλλὰ μὴν ταυτὸ τοῦτο δηλοῦμεν, καὶ ὅταν προβολέα τὸ πρῶτον αἴτιον ὀνομάζομεν. σημαίνομεν γὰρ τὴν πρὸς τὸν πατέρα σχέσιν αὐτοῦ. ὅτι οὐσιωδῶς ἐστὶν αὐτῷ αἴτιον τοῦ ὑπάρχειν, ὥστε τί μᾶλλον ἡ πατρότης, ἢ τὸ προβλητικὸν ἰδίωμα συστατικὸν ἔσται τοῦ πρώτου αἰτίου. ἢ γὰρ ἀμφότερα ἢ οὐδέτερον. ἔπειτα τὸ ἀγέννητον ποῦ θήσομεν, ὃ πάντες οἱ Θεολόγοι συστατικὸν εἶναι καὶ χαρακτηριστικὸν τοῦ ἀρχικοῦ προσώπου ἀποφαίνονται; εἰ γὰρ καὶ στερητικόν ἐστι τῇ φωνῇ τουτὶ τοὔνομα, ἀλλὰ κατά γε τὸ σημαινόμενον θέσιν δηλοῖ καὶ ὕπαρξιν. ἀγέννητον γὰρ καὶ ἀναίτιον ὀνομάζομεν τὸν πατέρα δηλοῦντες, ὅτι τὸ εἶναι ἔχων, ἀλλὰ τῷ αὐτὸς πρῶ-

τος

τοῦ εἶναι ὤν. ἀλλ' εἰ τὸ γεννητόν φασι συστατικὸν ἐστι τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ, ἀντίκειται δὲ αὐτῷ τὸ γεννητικὸν, καὶ τοῦτο ἄρα συστατικὸν ἔσται τοῦ ἀναιτίου προσώπου. καὶ τί κωλύει κἀμὲ ὁμοίως εἰπεῖν, ὡς εἰ τὸ γεννητὸν χαρακτηριστικόν ἐστι τοῦ υἱοῦ, ἀντίκειται δὲ αὐτῷ τὸ ἀγέννητον, καὶ τοῦτ' ἄρα συστατικὸν εἶναι τοῦ πατρός. ἐπειδὴ τὸ γεννᾶν οὐ δηλοῖ, πῶς ἔχει τὸ εἶναι τὸ ἀρχικὸν πρόσωπον, εἴτε πρώτως καὶ καθ' ἑαυτὸ, εἴτε παρ' ἄλλου, ἀλλὰ μόνην σημαίνει τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν, τὸ δὲ γεννητὸν, καὶ γεννᾶσθαι καὶ ἀμφότερα δηλοῖ, καὶ τὴν σχέσιν, ἣν ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ, ὅτι δι' ἄλλον ἐστὶ, καὶ ἔχει ὅσα ἔχει. ὥστε εἰκότως τοῦ μὲν υἱοῦ συστατικὸν ἰδίωμα ἔσται τὸ γεννητὸν, τῆς δὲ ἀρχικῆς ὑποστάσεως οὐ τὸ γεννᾶν, ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον. ἔχει δὲ τὸ ἀληθὲς, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, οὕτως. ἡ πρώτη καὶ ἀρχικωτάτη ὑπόστασις δηλωτικὸν μὲν τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς ἔχει τὸ ἀγέννητον, εἴτ' οὖν ἀναίτιον, ἐπεὶ δέ ἐστι πατὴρ καὶ προβολεὺς, ὡς μὲν πατὴρ συστατικὸν ἔχει τὴν πατρότητα, καὶ τὸ γεννᾶν τὸν υἱὸν, ὡς δὲ προβολεὺς τὸ προβλητικὸν ἰδίωμα, καὶ τὸ προβάλλειν τὸ πνεῦμα. *Quod, ait, ſolum paternitas eſt conſtitutiuum primariæ hypoſtaſis, & ſecundum eam ſolum diſtingui debet a Filio: reliqua omnia communia habere. Sed hoc mendacium eſt. Cum enim Patrem nominamus, hac voce non ſignificamus modum, quo ea eſt, neque oſtendimus exiſtentiæ illius rationem; ſed tantum relationem ad Filium, quod illi tribuat eſſentia-*

liter existentiam,& est causa essendi illius. Veruntamen hoc idem notamus etiam, cum illum productorem vocamus: nanque notamus illius ad Patrem relationem, quod essentialiter illius existentiæ causa est; quare potius paternitasne, an productrix proprietas erit primæ causæ constitutiuum? Vel vtraque,vel neutrum. Postmodum ingenitum vbinam ponemus? quod omnes Theologi constitutiuum esse & characteristicum primariæ personæ decernunt: licet enim dictione priuatiuum sit hoc nomen, attamen suo significatu statum significat, & existentiam. Ingenitum enim, & incausatum nuncupamus Patrem significantes, eum habere esse, esseque primum existendo. Sed si genitum, inquiunt, constitutiuum est existentiæ Filij, & contra opponitur illi generatiuum; hoc igitur erit constitutiuum personæ ingenitæ, Quid porro impedit, & me quoque similiter dicere, si genitum est Filij characteristicum, contra vero opponitur ipsi ingenitum, & hoc ergo erit Patris constitutiuum. Præterea generare non indicat modum quo est primaria persona, si primum & per seipsam, aut ab alio accipiens, sed tantum notat relationem ad Filium. Verum genitum, & generari vtraque notant, ex æquo relationem ad Patrem, atque modum existentiæ illius. Quod per alium est, & possidet quæcunque possidet. quare merito constitutiua Filij proprietas fuerit genitum, primariæ vero hypostasis, non generare,

sed

ſed ingenitum. Et reuera ita ſe habet, vt breuiter perſtringam, Prima & principaliſſima hypoſtaſis conſtitutiuum ſuæ exiſtentiæ illiuſque modi habet ingenitum, ſiue incauſatum. Cum vero Pater ſit & productor, uti Pater conſtitutiuum ſui habet paternitatem, & generare Filium, vti productor, productricem proprietatem, & producere Spiritum. Sed hæc abſurda ſunt & aliena a doctrina Patrum, Primum, *falſum eſſe, ſola paternitate conſtitui primariam Trinitatis perſonam*. Licet enim ingenitum apud nonnullos veteres ſchetici relatiuique rationem, & paternitatem ſignificare aſſeueretur; ſi tamen rectus nominum vſus, ac proprietates, notæ, characteresque, quibus diſtinguuntur perſonæ, & vna ab alia dignoſcitur, conſiderentur ingenitum perſonæ, paternæ conſtitutiuum nullo modo fuerit, ſed tantum paternitas, quemadmodum Filij filietas, & Spiritus ſancti proceſſio ſiue ſpiratio. Cum apud omnes conueniat, non conſtitui perſonam per id, quod commune eſt pluribus, ſed per id, quo vna ab alia diſcernitur. & ingenitum quomodocumque accipiatur, ſiue pro eo, quod non exiſtit, ſed poteſt exiſtere, ſiue pro eo, quod nec exiſtit, nec poteſt exiſtere, ſiue pro eo, quod exiſtit, ſed neque eſt factum, neque exiſtendi principium habet, ſed eſt ſempiter-

num & incorruptum, duobus primis modis de Deo non dicitur: tertio Deo quidem conuenit, sed cum non sit relatiuum ad aliam, consequenter personam non constituit. Est enim ad se, & absolutum, & potius indicat quod non est, quam quod est. Et non dicere relationem habeo ex Gregorio Nysseno lib. I. contra Eunomium; Ἐπειδὴ τούτου τοῦ ὀνόματος ἄσχετόν τι, καὶ ἀκοινώνητόν ἐστι πρὸς τὸν υἱὸν τὸ σημαινόμενον. *Cum huius nominis significatio absoluta sit, & nullam cum Filio communionem indicet.* Basilio lib. I. contra Eunomium; Ὡς γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνθρώπων λόγοις, ὅταν λέγωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα ἐκ τοῦδε γέγονεν, οὐ τὸ τί ἐστιν ἑκάστου, ἀλλὰ τὸ ὅθεν γέγονε διηγούμεθα. οὕτω καὶ ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ. ἡ ἀγέννητος φωνὴ, οὐ τὸ τί, ἀλλὰ τὸ μηδαμόθεν αὐτὸν σημαίνει. *Quemadmodum cum de hominibus loquimur, ac dicimus, hunc ab illo genitum fuisse, non quid quisque sit, sed vnde sit, explicamus. Sic & in Deo vox ingeniti, non quid sit, sed non esse ab alio ipsum significat.* Adde hoc ingenitum, siue id indicet, esse absque tempore principium non genitum, siue non factum, alijs quoque personis esse commune: Spiritus nanque in Trinitate ingenitus est, cum non modo generationis sed processionis existat, & tres personæ itidem creatæ non sunt. ergo ingenitum hoc non recte diceretur, dummodo accuratius examinetur,

netur, constituere personam, vel vnam ab alia discernere. Hinc optime adnotauit Georgius Trapezuntius ad Ioannem Cuboclesium; Τὸ ἀγέννητον διχῶς λέγεται, τό τε ἀνάρχως εἶναι, ὡς ὅταν λέγωμεν, ὁ πατὴρ ἀγέννητος, καὶ τὸ μὴ γεννητὸς ὡς ὁ υἱὸς, ὡς τὸ πνεῦμα ἀγέννητον. καὶ τὸ γεννητὸν ὁμοίως, τό τε ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ φυσικῶς, ἤτοι κατ' ἐκπόρευσιν ὄν, καὶ τοὐναντίον τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ μὴ κατ' ἐκπόρευσιν ὄν. τούτων οὕτως ἐχόντων, τὸ ἀγέννητον κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον πατρὶ καὶ πνεύματι κοινὸν, οὐδενὶ γὰρ τούτων γεννητῶς τὸ εἶναι. τὸ δὲ γεννητὸν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον υἱῷ καὶ πνεύματι. ἄμφω γὰρ ἐξ αἰτίου. καὶ τὸ ἀνεκπορεύτως εἶναι πάλιν κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον πατρὶ καὶ υἱῷ κοινόν. οὐδενὶ γὰρ τούτων τοιούτῳ τρόπῳ τὸ εἶναι. *Ingenitum duobus modis dicitur, & cum absque principio est, vt cum dicimus, Pater ingenitus, & cum non per modum generationis veluti Filius, vt Spiritus ingenitus. Pari ratione & genitum, & quod principium habet, & quod naturaliter, id est, per modum processionis existit; & oppositum quod principium non habet, & per modum processionis non existit. Hæc cum ita se habeant, ingenitum secundo suo significatu Patri & Spiritui commune est: nullus enim ex ipsis per generationem est. genitum primo significatu commune est Filio & Spiritui: vterque enim ex causa est, & per modum processionis non existit, rursus secundo significatu com-*

mune est Patri & Filio: nulli enim ex his hoc modo esse competit. Et hæc de Ingenito. Ex aduerso vero paternitas in Deo primum proprieque residet, ab eoq; similitudine quadam in homines deriuata, ex Cyrillo, Athanasio Damasceno, & alijs, ideoque reliquis alijs appellationibus præposita est, Cyrillus in Ioan. Κυριώτερον δήπως ὄνομα τοῦ Θεοῦ τὸ πατὴρ, ἢ Θεός. τὸ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀξίας σημαντικὸν, τὸ δὲ τῆς οὐσιώδους ἰδιότητος ἔχει τὴν δήλωσιν. Θεὸν μὲν γάρ τις εἰπὼν τὸν τῶν ὅλων ἔδειξε Κύριον, πατέρα γε μὴν ὀνομάσας τῶν τῆς ἰδιότητος ἅπτεται λόγων. πεφανέρωκε γὰρ, ὅτι γεγέννηκεν. *Nomen autem Patris magis proprie Deo conuenit, quam Dei. Hoc enim dignitatiʒ, illud autem substantiuæ proprietatis notionem continet. Nam qui Deum dicit, uniuersorum Dominum indicat: qui autem Patrem nominat, quod ad proprietatem spectat, attingit. Ostendit enim illum genuisse.* Et; Πληρεστάτη μὲν ἡ γνῶσις ἡ περὶ Θεοῦ, καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς, οὐκ ἐν τῷ εἰδέναι μόνον, ὅτι Θεός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι καὶ πατὴρ, καὶ τίνος ἐστὶ πατὴρ, συνεισβαίνοντος δηλονότι καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὸ μὲν γὰρ εἰδέναι μόνον ὄντα τὸν Θεὸν, οὐχ ἡμῖν ἂν πρέποι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ νόμον. *Hac enim plenissima Dei cognitio, ac summi rerum omnium principij non in eo solum posita est, vt sciamus esse Deum, sed etiam eundem esse Patrem, & cuius sit Pater: ita vt vna & Spiritus sanctus in notitiam nostram subeat.*

subeat. Etenim scire hoc, vnum illum esse Deum, non nobis potius, quam iis, qui legi subiecti sunt, congruit. Sic in Thesauris Eunomianos arguit, quod Deo Patri solum nomen Dei tribuentes, digniori illum, Patris nempe appellatione fraudabant. Θεὸς μὲν γὰρ ὡς πρὸς τὰ δοῦλα καὶ τὰ γεννητὰ ἔχοντα τὴν οὐσίαν ἔχει τὴν σχέσιν, πατὴρ δὲ ὡς πρὸς υἱόν. *Deus cum dicitur, ad ea comparatur, quæ sunt seruilis conditionis, & creata natura constant. Pater vero ad Filium refertur.* Et; Κρεῖττον γὰρ τὸ πατέρα γεννήματος εἶναι, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ποιήματος υἱὸς διαφέρει. *Est autem multo præstabilius Patrem esse geniminis, ac tanto quidem, quanto Filius creatura est præstabilior.* Patris siquidem vox σχετικὴ est, & relatiua, respondentem sibi ex aduerso Filium, ad quem referatur, non nasciturum, sed iam natum & existentem requirit, quod de nomine ingeniti dici non potest. Basilius lib. 1. contra Eunomium. Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίαν, κἂν τὰ μάλιστα δοκῇ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν συμβαίνειν. ἀλλ' οὖν ὡς οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς κειμένην, καὶ πρῶτον στοιχεῖον οὖσαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν, σιωπᾶσθαι ἂν δικαίως ἀξίαν εἶναι φήσαιμι, τῆς πατρὸς φωνῆς ἴσον δυναμένης τῷ ἀγεννήτῳ, πρὸς τῷ καὶ τὴν περὶ τοῦ υἱοῦ ἔννοιαν συνημμένως ἑαυτῇ διὰ τῆς σχέσεως συνεισάγειν. *Ego vero etiam ingeniti appellationem, etsi magnopere cum intelligentia nostra congruere vide-*

videatur: tamen quia nusquam in scriptura illam inuenio, & quæ primum blasphemiæ illorum est elementum, silentio tradendam esse merito dixerim: præsertim cum Patris vox eadem cum ingenito potestate prædita sit: & propter relationem Filij insuper notionem coniunctam secum inferat. Gregorius item Nyssenus aduersus Eunomiũ; Οὕτω καὶ ἡ τοῦ πατρὸς προσηγορία διπλῆν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν σημασίαν παρέχεται, τήν τε πρὸς τὸν υἱὸν νοουμένην, καὶ τὸ μηδεμιᾶς αὐτὸν ἐξῆφθαι προεπινοουμένης αἰτίας. *Sic item Patris appellatio duplicem nobis significatum exhibet, & eum qui erga Filium intelligitur, & nullæ quæ ante ipsum intelligatur causæ coniungi.* Gregorius Nazianzenus. Ὅτι γὰρ οὐ ταυτὸν ἀγέννητον καὶ Θεὸς, ὧδε ἂν μάθοις. εἰ ταυτὸν ἦν, ἔδει πάντως ἐπειδὴ τινῶν Θεὸς ὁ Θεὸς, τινῶν εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον. ἢ ἐπεὶ μηδενὸς τὸ ἀγέννητον, μηδὲ τὸν Θεὸν εἶναι τινῶν. τὰ γὰρ πάντη ταυτὰ καὶ ὁμοίως ἐκφέρεται. ἀλλὰ μὴν οὐ τινων. τίνων γάρ; καὶ τίνων Θεὸς ὁ Θεὸς; πάντων γάρ. πῶς οὖν ἂν εἴη ταυτὸν Θεὸς καὶ ἀγέννητον; *Si enim idem esset, oporteret omnino, quandoquidem Deus aliquorum Deus est, itidem & aliquorum esse ingenitum: aut quia nullius est ingenitum, neque Deum esse aliquorum. quorumnam enim foret? & Deus est aliquorum. Est enim omnium, quinam ergo idem esse possunt Deus & ingenitum?* Athanasius Orat. 2. contra Arianos. Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ τοῦ ἀγεννήτου λεξείδιον, οὐ πρὸς

τὸν υἱὸν ἔχει τὴν σημασίαν. κἂν οὗτοι γογγύζωσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰ γεννητά. *Etenim hac ipsa ingeniti dictiuncula non ad Filium comparatam habet notionem, quidquid isti susurrant, sed ad creata.* Et; Ὥσπερ δὲ τὸ ἀγέννητον πρὸς τὰ γεννητὰ σημαίνεται, οὕτω καὶ ὁ πατὴρ δηλωτικόν ἐστι τοῦ υἱοῦ. καὶ ὁ μὲν ποιητὴν, καὶ δημιουργὸν, καὶ ἀγέννητον ὀνομάζων τὸν Θεὸν, τὰ κτίσματα, καὶ τὰ γεννητὰ βλέπει καὶ καταλαμβάνει. ὁ δὲ τὸν Θεὸν πατέρα καλῶν, εὐθὺς τὸν υἱὸν θεωρεῖ καὶ νοεῖ. *Vt autem ingenitum comparationem ad ea quæ sunt genita significat, sic & Pater Filium exprimit. Et is quidem, qui factorem, & opificem, & ingenitum nominat Deum, ad condita creataq; respicit, eaque animo comprehendit; qui autem Deum Patrem vocat, statim Filium contemplatur, & intelligit.* Et tandem Cyrillus in Thesauris; Τὸ πατὴρ ὄνομα τὴν περὶ τοῦ υἱοῦ παντως ἔννοιαν ἐν ἑαυτῷ συνεισφέρει. τὰ γὰρ τοιαῦτα δι' ἀλλήλων σημαίνεται. τὸ δὲ ἀγέννητον ὄνομα, τὸ μὴ γεγενῆσθαι Θεὸν τὴν τῶν γεννητῶν ἀντιπαρατίθησι μνήμην. *Nomen Patris Filij nomen necessario intellectum in seipso inducit. Nomina enim huiusmodi alterum per alterum intelliguntur. Nomen vero ingeniti, quod Deus scilicet genitus non sit, genitorum atque factorum memoriam opponit.* Et rursus. Πολὺ δὴ κρεῖττον ἀφ' ὧν ἡ περὶ τοῦ υἱοῦ τίκτεται γνῶσις σημαίνεσθαι τὸν Θεὸν, ἢ ἐξ ὧν ἡ τῶν ποιημάτων ἀναφαίνεται, συντελοῦσα πρὸς τὴν γνῶσιν τῆς ἁγίας

Τριά-

Τριάδ☉ ἐσὶν. *Multo melius est, inde appellare Deum, vnde Filij quoque cognitio sequitur, quam inde vnde creaturarum mentio subditur, quæ nihil ad cognitionem sanctæ Trinitatis conducit*. Et Barlaamus dicit, falsum esse Paternitatem esse primariæ personæ in Trinitate constitutiuum, contra tot sanctorum Patrum decreta? Deus enim, quia generat, Pater est, & vti Pater ab alijs personis seiungitur, & refertur ad Filium, vti vero ingenitus, neque Pater est Filij, neque productor Spiritus. Sed negatur absolute, ipsum nec genitum esse, nec factum, modus vero existentiæ ipsius non indicatur. Falsum item dicit, *cum productorem dicimus Patrem, notari relationem ad Filium*. Filius enim a Patre est, vt Patre & generante, non vt producente; cum tum Filius non existaret generationis modo, sed productionis, spirationis scilicet & processionis, & sic esset Spiritus non Filius, cum alius sit modus existentiæ per generationem, alius per productionem. quæ productio Spiritus non est nota characteristica Patris, ideoque communicatur Filio. Falsum quoque est quod dicit, secundum omnes Theologos, *Ingenitum esse constitutiuum primariæ personæ*. Licet enim hoc ex antiquis nonnulli asseruerint, non tamen id dixerunt esse, quod personam consti-

ftitueret, ſed quod notaret, perſonam illam abſque vllo principio, origine, & cauſa eſſe, cum reliquæ duæ exiſtentiæ principium & cauſam agnouerint Deum & Patrem, Filius vt genitus, Spiritus vt procedens ex Patre per Filium, quod idem eſt dicere, ex Patre & Filio, tanquam ab vno principio. Quodſi Nyſſeni Gregorij verba vera ſunt, vt plane ſunt, diſcrimen inter cauſam & effectum ſolum diſiungere alterum ab altero, in immutabili &per omnia ſibi ſimili natura; Quomodo ingenitum, quod nullam cauſam infert, nec ratione aliqua reſpicit cauſatam perſonam, generantem, vel producentem conſtituet? Quodſi ex negatiuis ſeiungamus perſonas, quare potius ingenitum Patris, & non ingenitum Spiritus, reſpiceret Filium, & quod magis eſt Patrem ipſum? Quare qui dicunt ingenitum, eſſe conſtituens perſonæ Patris, intelligendi ſunt de prima & abſque principio perſonarum origine, producente reliquas perſonas, in quo tamen relationem nullam agnoſcunt neque erga Filium, neque erga Spiritum: cum poſtmodum hoc ingenitum Patrem eſſe intelligunt, tum relationem ad Filium quoque omni aſſeueratione affirmant. Et vt concludam, Patrum illud axioma eſt; Patri parem eſſe Filium, & quæ de Patre di-

cun-

cuntur, eadem etiam de Filio pronunciari, vt ſupra diximus, Χωρὶς μόνου τοῦ εἶναι αὐτὸν πατέρα. *vno ſolo excepto, quod ille Pater non eſt.* Ex Athanaſio: Δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ, *præter ſolam paternitatem.* Δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. προσήκει γὰρ αὖ τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, *excepto hoc quod non generat: id enim ſoli Patri & Deo conuenit.* Χωρὶς τῆς πατρότητος, *vna excepta paternitate.* αὖδι τοῦ πατὴρ εἶναι. *Excepto ſolummodo, quod Pater non eſt.* Ἀλλά τι τὸ εἶναι πατὴρ οὐχ ἕξει ποτέ. καὶ τοῦτο γὰρ ἓν τῶν προσηκόντων τῷ γεννήτορι. *Sed Pater eſſe nunquam obtinebit: nanque hoc vnum eſt ex ijs, quæ ad genitorem pertinent.* Ex Cyrillo, & alijs. Ergo productio, & ſpiratio diuerſum quid a paternitate, & generandi facultate communicabitur Filio. & ſic Spiritus erit in ſua hypoſtaſi per Filium, & ex Filio: alias eſſet aliquid præter paternitatem in Patre, quod non eſſet in Filio. & tum falſa eſſet illa propoſitio, Filium eſſe parem Patri, & omnia pronunciari in Sacris ſcripturis de Filio, quæ dicuntur de Patre. Sed de Ingenito & Genito alibi fuſius.

Sic in proceſſione Spiritus ex Filio & per Filium, & non ex Filio, & ex ſolo Patre, ſi *Ex*, & *Per*, mutuos reſpectus conſiderauerit, a veritate non aberrabit, dictaq; quæ opponi videntur, conciliabit. Vere ſiquidem pronunciat, qui ex Filio pro eo, quod

eſt

eſt per Filium Spiritum ſanctum eſſe aſſerit : ſi vero intelligit ex Filio tanquam a prima & principali cauſa, a recto præter modum decidet, & ſimilem lapſum vitare cupiens, ex Patre per Filium, non autem ex Filio Spiritus proceſſionem affirmabit, & ſic hæreſim Eunomij reijciet, affirmantis, ita procedere Spiritum a Filio, vt non procedat a Patre. Ideoque Damaſcenus principalem ſolam cauſam ſciens Patrem decernit, ſolum cauſam Patrem : nec aliud habuiſſe in mente, quæ præpoſita ſunt verba plane demonſtrant, vocans Patrem productorem Spiritus per Filium, quod idem eſt, acſi dixiſſet, Patrem cauſam eſſe Spiritus per Filium? qui enim per Filium cauſa eſt, quanam ratione aliter eſſe poteſt, niſi ſecundum principalem rationem cauſæ ſolus cauſa Spiritus? Audiatur Baſilius 16. cap. ad Amphilochium; Μηδεὶς οἰέσθω με τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις. ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία δι᾽ υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν πνεύματι. *Et nemo exiſtimet me enunciare tres principales hypoſtaſes. Rerum enim vnum principium eſt, per Filium operans, & in Spiritu perficiens.* Hic duas hypoſtaſes ab vna & prima in rerum principio diſcernit. Et ſic ſententia, quæ non aſſerit ipſas primas & principales ob primam & principalem cauſam, ſoli Patri rerum prin-

principium decernit; relinquens vna cum eo intelligi & Filium & Spiritum, in quibus per Filium operari, & in Spiritu perficere Pater dicitur. Sic ſanctus Athanaſius Epiſtola ad Afros, *Patrem ſolum fontem aquæ viuæ*, facit, & nemo addubitauerit Spiritum ſanctum eſſe hanc aquam viuentem: cum in alijs ipſe *fontem Spiritus Filium* vocet. Gregorius Oratione de Spiritu ſancto contendit, Spiritum ſanctum nullo modo eſſe *actionem*, Cyrillus lib. 9. ad Hermiam, *actionem* nuncupauit. Hæc facillimo negotio conciliantur, ſi vocum proprietas intelligatur, & ad mentem amborum, quæ vna eſt, exponatur. Vterque enim Spiritum eſſe Deum, & non creaturam confirmat: quare in ſignificatu vocis diſcrepant in re plenus conſenſus eſt. Nazianzenus ſiquidem vocem actionis aliquid Spiritui indignum inferre exiſtimans, nomen refellit; Cyrillus aliud nec Spiritui ſancto indecorum, actionem Spiritum appellauit. ille res diſtinguens, ſicque falſas opiniones refutans, & veras aſtruens, inquit, Spiritum eſſe aut eſſentiam, aut accidens, oſtendenſque non eſſe accidens, argumentatur. Si eſſet actio potiori ſuo iure accidens eſſet aliquid, vel aliud eſſet, quod accidenti ſubſit, ſed actio non eſt, Spiritus enim agit, actio agi-

agitur, & tandem quiescit, non erit ergo actio. Cum itaque actionem inter accidentia numerasset, merito concludit, Spiritum actionem non esse, ne accidens sit. Cyrillus actionem accidens esse pernegat aliquando quiescentem & terminantem, sed vitam actitantem, ideoque dicit, *sicuti actio quædam naturalis, & viuens, &, vt ita dicamus, qualitas deitatis Filij Spiritus sanctus est.* Recte igitur Nazianzenus Spiritum actionem non esse, eam nempe, quam ipse intelligebat, tradit; & actionem esse Cyrillus, qui etiam addidit; *veluti qualitas diuinitatis Filij Spiritus est.* Neque hoc illi semel ex ore excidit, sed bis, ne dicam sæpius, inculcauit. Nanque in fine eorundem Capitum de Spiritu dicit; Καὶ ὥσπερ τις ἀτμὸς καὶ ποιότης ἐστὶ τῆς οὐσίας δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ. *Et veluti quidam vapor, & qualitas est essentiæ diuinæ.* Sed qualitas hæc supra omnem qualitatem est. Quandoquidem si simpliciter qualitas esset, & qualitas accidens, quod inde emergit, quam in se contineat impietatem, vnicuique patet. Sed non similem insinuat qualitatem, sed aliam, quæ supra illam est; quare & illud, *vt ita dicamus*, subnexuit, & *sicuti*, quinimo & naturalem, ne videretur astruere accidens, illud etiam *viuens*, vt plane se ostenderet, qualitate illa, & actione

viuente Spiritus ſancti ſupernaturale & ſuperſubſtantiale ſignificare.

Et ne a materia ſimili diſcedam; Patres Græci dicunt, Spiritum ſanctum imaginem eſſe Filij, cum ad Filium refertur. Antiquiſſimus ſcriptor Gregorius Thaumaturgus in Profeſſione illa Fidei, quam a Ioanne Euangeliſta interueniente Virgine acceperat, & Gregorius Nyſſenus in eius vita digeſſit, vocauit Spiritum *imaginem Filij*; Ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι᾽ υἱοῦ πεφηνὸς τοῖς ἀνθρώποις, εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τελείου τελεία. *Vnus Spiritus ſanctus ex Deo exiſtentiam habens, & qui per Filium apparuit hominibus, Imago Filij, perfecti perfecta.* Athanaſius ad Serapionem Epiſtola, inde Spiritum creaturam non eſſe demonſtrat. Εἰκὼν τοῦ υἱοῦ λέγεται καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα. οὓς γὰρ ἔγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Οὐκοῦν τοῦ υἱοῦ κατ᾽ ἐκείνους ὁμολογουμένου μὴ εἶναι κτίσματος, οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ ἡ τούτου εἰκὼν κτίσμα. ὁποία γὰρ ἂν εἴη ἡ εἰκών, εἶναι τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν οὗ ἐστιν ἡ εἰκών. Ὅθεν εἰκότως καὶ πρεπόντως ὁ Λόγος ὁμολογεῖται μὴ ὢν κτίσμα, εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὑπάρχων. *Imago Filij dicitur & eſt Spiritus ſanctus: Quos enim cognouit, & prædeſtinauit conformes imaginis Filij ſui. Quare cum in confeſſo ſit apud illos, Filium non eſſe creaturam, neque creatura eſſe poteſt illius imago. Nam qualis demum*

eſt

est imago, talem & eum oportet esse, cuius est imago. Hinc merito ac consentanee confitemur, Verbum non esse creaturam, quod Patris imago sit, Basilius lib. 5. aduersus Eunomium. Εἰκὼν μὲν Θεοῦ Χριστὸς, ὅς ἐστι φησὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. εἰκὼν δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ οἱ τούτου μεταλαμβάνοντες, υἱοὶ σύμμορφοι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους φησὶ τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. *Imago quidem Dei Christus, qui est inquit imago Dei inuisibilis: imago vero Filij Spiritus, & qui huius sunt participes, Filij conformes fieri, sicut scriptum est. quos praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Et tertij ab illo Capitis hæc inscriptio est; Ὅτι εἰκὼν ἀληθὴς καὶ φυσικὴ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Quod imago vera ac naturalis Dei, & Christi Spiritus est.* Cyrillus pluribus in locis, Ὥσπερ οὖν ἐπείδηπερ εἰκών ἐστιν ἀκριβεστάτη τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, ὁ δεξάμενος αὐτὸν καὶ τὸν πατέρα ἔχοι. οὕτως ἐπὶ τὸ ἴσον σχῆμα τῆς ἀναλογίας τρεχούσης ὁ δεξάμενος τοῦ υἱοῦ τὴν εἰκόνα, τουτέστι τὸ πνεῦμα, ἔχει πάντως δι' αὐτοῦ τὸν υἱὸν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ πατέρα. Πῶς οὖν ἐν ποιήμασι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταριθμηθήσεται, εἴπερ ἐστὶν εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *Quemadmodum igitur quoniam exactissima imago Patris est Filius,*

qui ipſum recipit, Patrem etiam habet : ita ſeruata eadem analogiæ ratione, qui imaginem Filij accipit, nempe Spiritum, omnino per ipſum habet, Filium & Patrem, qui eſt in eo. Quinam ergo inter facta opera numerabitur Spiritus ſanctus, ſi eſt imago nulla re diſcrepans Filij Dei? Et mox; Εἰ δὲ εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα καλεῖται, Θεὸς ἄρα καὶ οὐχ ἕτερος. *Quod ſi imago Filij Spiritus vocatur, Deus itaque eſt & non aliter.* Et Commentarijs in Ioannem; Ἐπειδὴ γάρ ἐστι τῆς τοῦ μονογενοῦς οὐσίας εἰκὼν ἀκραιφνὴς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον διὰ τοῦ Παύλου, οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *Nam quia ſubſtantiæ vnigeniti ſincera eſt imago Spiritus ipſius, quemadmodum ſcriptum eſt a Paulo. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis Filij ſui.* Et alibi ſæpius. Ioannes Damaſcenus lib. 1. de fide Orthodoxa capite 15. Εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, δι' οὗ ὁ Χριστὸς ἐνοικῶν ἀνθρώπῳ δίδωσιν αὐτῷ τὸ κατ' εἰκόνα. *Imago Patris eſt Filius, & Filij Spiritus : per quam Chriſtus habitans in homine, dat ipſi, vt ad imaginem ſit.* Et Canone in magnum Baſilium; Εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. *Imago Patris Filius, & Filij Spiritus.* Hæc Græci Patres; Latini id pernegant, inter eos præcipuus Auguſtinus de Geneſi ad lit. *Omnis imago ſimilis eſt ei, cuius ima-*

imago est. Nec tamen omne quod simile est alicui, etiam imago est eius: sicut in speculo vel pictura, quia imagines sunt, etiam similes sunt: tamen si alter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici potest. Imago enim tunc est, cum de aliquo exprimitur. Et contra Arianos; *Imago autem plena atque perfecta, id est ab illo ex nihilo facta, sed de illo genita nihil minus habet, quam ille cuius imago est. Patris quippe imago summa, id est ita similis, vt in ea dissimile aliquid non sit, Filius est vnigenitus. Non sunt tamen ausi dicere, imaginem Filij Spiritum sanctum, sed manifestationem. Propter hoc nec genitum, sed factum ab illo esse dixerunt.* Sic reliqui Patres Latini, vt animaduertit D. Thomas Opusc. 1. contra Græcos cap. 10. Sententia tamen vnum sunt, verbis disiunctissimi reputati. Cum enim imaginis notio duplex sit: Nam aut vniuerse dicitur de eo, quod existit ab alio, & eius similitudinem gerit; aut sic existit ab alio, vt ex ipsa suæ originis ratione habeat quod similitudinem gerat eius, a quo existit, in quantum ab altero, vt Filius genitus, vel vt Verbum conceptum: primo modo Spiritus imago Filij erit, secundo solus Filius, quod astruit D. Thomas eodem Opusc. cap. 32. Non potest dici imago naturalis Filij Spiritus sanctus, nisi

in quantum ſecundum naturam Filio ſimilatur, accipiens a Filio naturam. quod eſt argumentum ſatis validum contra Schiſmaticos negantes Spiritum ex Filio. Nam ſi Spiritus Filij imago eſt; quia ſecundum naturam aſſimilatur, & non eſt vt genitus, quia tum Filius eſſet; ergo erit neceſſario vt emiſſus, cum tertium in Triadis cauſatis non ſit, vel enim eſt contigue ex primo, vt Nyſſenus dicebat, vel ex eo quod contigue eſt ex primo. & conſequenter Spiritus erit habens exiſtentiam ex Filio, & per Filium, & procedens. Quod apertiſſime declarauit Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Filio. Εἰκὼν δὲ ὡς ὁμοούσιον, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου πατήρ· αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, μίμησις εἶναι τοῦ ἀρχετύπου. *Imago vero dicitur Filius Patris, tanquam conſubſtantialis Patri, & quia ex eo eſt, non autem ex hoc Pater: Hæc enim eſt imaginis notatio; imitationem eſſe archetypi, & illius cuius dicitur.* Hinc argumentare. Filius eſt imago Patris; quia eſt ex Patre, cuius imago eſt. Ergo & Spiritus cum ſit imago Filij, erit quoque ex Filio; cuius imago eſt. alias non eſſet imago, ita decernente Nazianzeno. Eoque magis cum Filius ſit Prototypus Spiritus, ita aſſerente Thaumaturgo in Expoſitione Fidei κατὰ μέρος. Baſilius etiam *Genitorem*, & *Prototypum*

pum vocat Filij Patrem, lib. 5. aduersus Eunomium. Quare erit imago, imitatio & similitudo archetypi, & prototypi, non ipsum archetypum; neque prototypum. Quemadmodum sigillum, & id, quod expressum est per sigillum, expressum erit imago, & per omnia similis: non inde tamen infertur, sigillum & expressum vnum quid esse. Sic & Filius imago est Patris, Spiritus Filij, quia ab eo est; & est per omnia similis; Pater tamen Pater est; & non Filius, neque Spiritus sanctus; & Filius Filius, & non Pater, neque Spiritus; & Spiritus Spiritus; & non Pater neque Filius: quia alius est modus existentiæ Filij ex Patre; cum sit generatio; & alius existentiæ Spiritus ex Patre & Filio, cum sit emissio. Præterea omnis imago ab exemplari suo in aliquo differt: nam si nulla esset inter ea differentia, essent plane imagines exemplaria. Quapropter quemadmodum Filius imago Patris cum sit; differt tamen ab exemplari proprietate: Filius enim est, & non Pater; genitus, non ingenitus: sic & Spiritus sanctus imago Filij cum sit, & dicatur, Spiritus est, & non Filius, effusus; & non genitus: proprietas enim ab eam possidente auelli non potest; vel quomodo proprietas esset, si communicaretur, & ab vno in

aliud transmearet? Quod enim in duobus aut pluribus conspicitur communitas fueri: & non proprietas. Et sic intelligendus est Athanasius Epistola ad Serapionem. Ὁποῖα γὰρ ἂν εἴη ἡ εἰκὼν, εἶναι τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν οὗ ἐστὶν ἡ εἰκών. *Nam qualis imago fuerit, talem esse eum oportet, cuius imago est*. Excepta scilicet personarum proprietate imago in reliquis omnibus vna erit cum Prototypo; ne confusio fiat hypostaseon, & Sabelliana hæresis reuiuiscat. Male ergo Germanus Patriarcha Constantinopolitanus ab hac veritate Lectorem suum in aliud atq; aliud traducit. Τὸ τῆς εἰκόνος ὄνομα τὸ ἀπαράλλακτον τῆς μορφῆς σημαίνει, ἀλλ' οὐχὶ τρόπον ὑπάρξεως. ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ἐοικέναι καὶ ὁμοιοῦσθαι καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐν Εὐαγγελίοις φησίν. ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν πατέρα, τὴν ἀπαραλλαξίαν τῆς πρὸς τὸν πατέρα οὐσίας σημαίνων. τί δέ; ὑποστατικὴν λέγεις τὴν εἰκόνα, ἢ φυσικήν; εἰ μὲν οὖν φυσικὴν σύμφωνα λέγεις μοι. μᾶλλον δὲ τῷ μεγάλῳ πατρὶ Ἀθανασίῳ, μίαν μορφὴν εἰπόντι ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. εἰ δὲ ὑποστατικήν. εἰ μὲν υἱὸς εἰκὼν ὢν τοῦ πατρὸς ἔσται καὶ πατήρ. ἀπαράλλακτον γὰρ εἰκόνα τούτου ἡ Γραφὴ φησίν. καὶ τὸ πνεῦμα εἰκὼν ὂν τοῦ υἱοῦ, ἔσται καὶ υἱός. εἰκόνος γὰρ καὶ ἀρχετύπου μία ὑπόστασις κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας. *Nomen imaginis formæ per omnia simile notat, non autem existentiæ modum. cum ab* ἐοικέναι, καὶ ὁμοιοῦσθαι, *similem*

esse,

esse, & assimilari rationem nominis dicat, vti Christus in Euangelijs ait; Qui vidit me, vidit & Patrem meum, essentiæ plenam similitudinem cum Patre significans. Quid plura? Personalem asseris imaginem, aut naturalem? Si naturalem, mecum vna es; imo cum magno Patre Athanasio, vnam formam constituente in sancta Triade personalem? Filius Patris imago existens, erit quoque Pater, dum illum scriptura in omnibus similem imaginem vocet, & Spiritus imago Filij existens, erit etiam Filius. Imaginis enim & Prototypi: ad mentem Patrum vna hypostasis est. Vides quam male dicta Patrum Schismatici tractent? suas nugas appingunt Patribus, vt videantur aliquid dicere.

Vin plura? Patres vocarunt Patrem maiorem Filio, & ante ipsos Christus, *Pater maior me est*. Idque intellexerunt plerique de humanitate Filij, quos recensere opus non est. Sed non eximium aliquid de Christo dici, cum similia proferuntur, Gregorius Nazianzenus contendit, Τὸ γὰρ λέγειν ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μέν, οὐ μέγα δέ. τί γὰρ θαυμαστόν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; *Nanque asserere, si ratio habeatur humanæ naturæ, illum maiorem esse, verum est, attamen non magnum. Quid etenim mirum est, si Deus maior homine est?* Notat Theodoretus de Fab.

Hæ-

Hæretic. lib. 4. dictionum *μείζονος, μεγίστου καὶ μεγάλου*, *maioris, maximi, & magni* in Trinitate inuentorem fuisse Appollinarium: Ἐν ἐνίοις δὲ βαθμοὺς ἀξιωμάτων ὑφείσατο, ἑαυτὸν διανομέα τῆς θείας χριστονήσας νομῆς. αὐτοῦ γάρ ἐστιν εὕρεμα τὸ μέγα, μεῖζον, μέγιστον, ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ πνεύματος, τοῦ δὲ υἱοῦ μείζονος, μεγίστου δὲ τοῦ πατρός. τί δ' ἂν τούτου γένοιτο γελοιότερον; Εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς Τριάδος τὴν οὐσίαν τῷ ὄντι φησί, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην ὑπείληφε; *In nonnullis vero gradibus dignitatem decreuit, semetipsum diuinæ distributionis dispensatorem constituens. Ipsius enim inuentum est, magnum, maius, & maximum. quasi vero Spiritus magnus existat; Filius maior, & maximus Pater, quo excogitarine potest magis ridiculum? Etenim si vnam esse Trinitatis essentiam vere ait; quomodo eandem & paruam & magnam intelligit.* Et Eusebius Cæsariensis lib. 4. cap. 4. de demonstratione Euangelica scribit; Filium *τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι*, *secundas obtinere partes*, & alibi sæpius similia repetit, *Filium inferiorem prima causa, & minorem* appellans. Hinc insulse argutabantur Arius, & alij; quod Filius & Spiritus secundas partes tenerent, hic a Filio, ille a Patre, & dignitate & ordine Filius secundus, Spiritus tertius; natura quoque tertium esse. Nos tamen affirmamus; Fi-

Filium minorem esse Patre, & Patrem Filio maiorem, a Patribus & scriptoribus antiquis & Catholicis dictum, qui in illis exercitus est, plane videre, idque in diuinis. Sed qua id ratione dixerint, discutiamus. Et primum de Filio Gregorius Nazianzenus Oratione secunda de Filio. Πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μεῖζον καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων, ἢδ' ἄλλων. οἱ τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως. καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλο τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλονεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου. τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἄν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου. καὶ πρόσεστι ἡ γέννησις πρᾶγμα τοσοῦτον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὕτω σεβάσμιον. *Quomodo quæ dissident, in vnum conuenient? neque enim fieri potest, vt vnum & idem eodem aut aliis maius existat & par. Quod maius quidem causæ est; par naturæ; & hoc quidem ex multa nostra benignitate ac facilitate nos fatemur. Forte etiam aliud quispiam dixerit, nostro sermoni sese opponens, non minus esse ex simili causa illius, qui absque causa est: nanque gloriæ illius, qui sine principio est, particeps esse potest, quod ex eo est, quod sine principio existit, & generatio adest res tanta, adeoque veneranda prudentibus*. Basilius contra Eunomium libro 3. Ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρός, ὅτι ἀπ'

ἐκείνε καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ & αἰτία τοῦ εἶ) πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἡ προσοδ⊙, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, φύσει ἐκέτι δεύτερ⊙, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία. *Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus est a Patre, quoniam ex illo, & dignitate, quod principium & causa illius est, & quod per ipsum accessus & adductio ad Deum & Patrem, natura vero neutiquam secundus, quod Deitas in vtroque vna.* Isidorus Pelusiota libro 3. Epist. 334. Εἰ τοίνυν ταύτης τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας ἐκ ἐφικνεῖσθε, ἀφεστάναι ἢ τῆς τῶν Ἀνομοίων ἀσεβείας προῄρησθε, δύνασθε λέγειν, ὃ ἔφησέ τις πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμεν⊙, ὅτι καὶ τὸ μεῖζον ἴσα), ἧ γεννήτωρ, κὴ τὸ ἴσον καθὸ Θεὸς ὁμοούσιος. *Quo circa si veram hanc sententiam haud assequimini, atque interim tamen ab Anomœorum impietate absistere constituistis, illud vobis dicere licet, quod a quodam, dum aduersus eos dissereret, allatum est, nempe quod maius consistit, qua ratione genitor est, & æquale, quatenus Deus est, & eiusdem naturæ.* Ioannes Chrysostomus Homilia 75. in Ioannem. Εἰ ἢ λέγῃ τις μείζονα εἶ) τὸν πατέρα καθὸ αἴτι⊙ τοῦ υἱοῦ, ἐδὲ τοῦτο ἀντερῦμεν. *Si vero quis dixerit, maiorem esse Patrem, quatenus est causa Filij, hoc illi non inficiabimur.* Ioannes Damascenus; Ὅταν οὖν ἀκούσωμεν ἀρχὴν, & μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, τῷ αἰτίῳ νοήσωμεν. *Cum autem audimus principium & maiorem Patrem Filio, causam*

ſam intelligemus. Quid vero Cyrillus noſter? audiatur, ex libro primo Theſaurorum; Ἴσος τυγχάνων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχων ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ ὅμοιος κατὰ πάντα, μείζονα αὐτὸν φησιν, ὡς ἄναρχον ἔχων ἀρχὴν, κατὰ μόνον τὸ, ἐξ οὗ, εἰ καὶ σύνδρομον αὐτῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. *Æqualis igitur ſecundum rationem ſubſtantiæ exiſtens Filius Patri, & ſimilis quo ad omnia, maiorem ipſum appellat, vt pote qui principium ipſe habeat eum, qui principio caret, ſolum ſecundum illud, ex quo. Quamuis concurrentem vnaque comitem ipſi exiſtentiam habeat*. Et, Λέγεται δὲ μείζων ὁ πατὴρ, ὡς ἀρχὴ τοῦ συναϊδίου γεννήματος. *Dicitur autem maior Pater tanquam principium coæternæ prolis*. Et alibi; Ἢ τὸ μεῖζον παραχωρῶν ὡς πατρὶ, οὐδὲν μὲν ἧττον ἔχων αὐτοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ γνήσιον γέννημα, καὶ εἰκὼν ὄντως τοῦ γεγεννηκότος, οὐ κατά τι παρακεχαραγμένη, ἀλλ᾽ ὁλόκληρον πρὸς αὐτὸν σώζουσα τὴν ἐμφέρειαν. διὰ δὲ μόνον τὸ πρέπον, ὡς υἱὸς τῷ πατρὶ τιμὴν ἀπονέμων τὸ μείζονα. *Atque ita quidem tribuens Patri, vt maior ſit, vt tamen ipſe nihil minus habeat ratione eſſentiæ. Ita enim erit verum genimen, atque imago genitoris, non aliqua ex parte adulterata, ſed omnimodam ſimilitudinem cum ipſo habens, ſolius vero decoris cauſa, vt filius maiorem honorem Patri tribuat*. Hoc idem Photius agnouit, approbauitque in Amphilochijs, cap. 95.

Τὴν

τὴν ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι, τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν, διαφόρως οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐξειλήφασι, μηδεμιᾶς λυμαινομένης τῇ ἀληθείᾳ ὑπολήψεως. οἱ μὲν γάρ φασι, τῷ αἰτίῳ μείζονα εἰρῆσθαι, ὅπερ οὐκ οὐσίας παραλλαγὴν, ταυτότητα δὲ μᾶλλον καὶ συμφυΐαν παρίστησιν. ἅπας γὰρ πατὴρ τοῦ υἱοῦ τῷ αἰτίῳ καθηγούμενος συσφίγγει μᾶλλον δι' αὐτοῦ, καὶ συνδιακρατεῖ τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα, κἂν ὁ σκεδασμὸς τῶν ὑποστάσεων τοσοῦτος, μάλιστα τοῖς γεννητοῖς ἐκ μυρίων ῥέων πληθυνόμενος, ὑποστάσεων ἑτερότητα ἐκβιάζηται. ὁμοουσιότητος ἄρα καὶ συμφυΐας τὸ μείζω εἶναι τῷ αἰτίῳ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐδαμῶς γε τῆς κατ' οὐσίαν ἑτερότητος. *Dictum Euangelicum, Pater maior me est, Patres nostri non vno modo acceperunt, nullusque eorum veritatem lædit. Quidam enim dicunt, causa maiorem dici, quod non essentiæ diuersitatem, vnionem vero potius & connaturalitatem connotat. Nam vnusquisque Pater causa Filium præcedens, per ipsum potius cogit, deuincitque essentiæ vnitatem; licet hypostaseon dispersio tanta sit, & potissimum in creatis ex innumeris effluens, multiplicatusque, hypostaseon diuersitatem per vim exprimat. Consubstantialitatis igitur & connaturalitatis est, Patrem maiorem esse causa Filio, & nullo modo diuersitatis, quæ ex essentia oritur.* Tantis itaque Patribus decernentibus in diuinis, Maior est Filio Pater, non essentia, quæ vna eademque est, sed causa, & ori-

gine

gine tantummodo, & frustra aliud quæsiueris. Ergo necessario concluditur, Pater est maior Filio, ergo Filius suum esse & existentiam habet a Patre: nulla alia enim ratione maior Pater Filio dici potest. si blasphemiam vitare cupimus. Neque mihi obijcias Basilium, qui ait, Οὔτε ὡς αἴτιος μείζων τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ, ἐπεὶ ὁμοίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν μείζων ἐστὶν, εἴπερ ἡμῶν καὶ αὐτοῦ αἴτιος. *Neque vt causa maior est Filio Pater, cum similiter & illo & nobis maior est, si illius & nostri causa est.* Licet enim videatur verbis discrepare, re ipsa tamen eiusdem sententiæ est. De diuinis hypostasibus & personis, quæ vna ex alia originem trahit, ideoque tanquam causa Pater maior etiam ab alijs Patribus dicitur. Basilius respectu rerum creatarum vna collatarum cum Filio, respectu quarum & Filij, si Pater vti causa maior est, videtur plane Filius inter creaturas referri, quod blasphemum est. Quod euincitur ex apertissimis verbis ipsius Basilij lib. 1. aduersus Eunomium; Ἐκεῖνο δέ τινι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι τὸ μεῖζον ἢ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, ἢ κατὰ τὸν τῆς δυνάμεως πλεονασμὸν, ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος ὑπεροχὴν, ἢ κατὰ τὴν τῶν ὄγκων περιουσίαν λέγεται. οὔτε οὖν κατὰ τὸν ὄγκον, οὔτε κατὰ πλεονασμὸν δυνάμεως, οὔτε κατὰ ὑπεροχὴν ἀξιώματος τὸ μεῖζον ἐνταῦθα ῥηθήσεται. λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα

τὸ μεῖζον λέγεσθαι. ἐπεὶ δὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ τῷ υἱῷ, κατὰ τοῦτο μείζων ὁ πατὴρ ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. *Illud vero cui manifeſtum non eſt, maius dici vel ſecundum cauſæ rationem, vel ſecundum redundantiam potentiæ, vel ſecundum dignitatis eminentiam, vel ſecundum molis amplitudinem, hoc loco maius dicitur: Reliquum igitur eſt, vt dicatur ſecundum cauſæ rationem. Quia enim a Patre principium eſt Filio, ſecundum hoc maior eſt Pater, vt cauſa & principium.* Sola ergo cauſæ & principij ratione, dictante Baſilio, Pater maior dicitur Filio. Neque diſſimilia ſunt, quæ leguntur in eiuſdem tertio aduerſus Eunomium libro. Hoc etiam agnouit Theophylactus tractatu de proceſſione Spiritus ſancti: & vti uerum aſſumens. *Si maior eſt Filio Pater vti cauſa, ſi & Filius eſt cauſa Spiritus, eſſet & hic Spiritu maior;* & eo veluti ariete Italum impetens clamat; *Vbi vnquam inueniſti maiorem Spiritu dici?* Et Nicolaus Methonenſis de proceſſione Spiritus ſancti; Εἰ τοῦ υἱοῦ μείζων ὁ πατὴρ τῷ αἰτίῳ, καὶ ὁ υἱὸς μείζων τοῦ πνεύματος τῷ αὐτῷ λόγῳ λέγοιτ' ἄν. καὶ ποῦ τοῦτο εὕρηται, τὸ εἶναι πῶς τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος μείζονα, εἰ μὴ παρὰ μόνων τῶν πορρωτέρω τὸ πνεῦμα, ἢ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς ἀπωθουμένων. *Si Filio Pater maior eſt cauſa, & Filius maior Spiritu eadem ipſa ratione diceretur. Et vbinam hoc dictum eſt,*

Fi-

Filium aliquo modo maiorem Spiritu, nisi ab illis tantum, qui Spiritum longius, aut Filium a Patre reÿciunt: Solem hi in meridiem quærunt. Ergo Theophylacto & Methonensi testibus; si Filius est apud Patres maior Spiritu, erit absque dubio causa & productor Spiritus, & Spiritus habebit ex Filio vti ex causa & principio suam existentiam, & procedet a Filio, quemadmodum Filius, quia maior dicitur Filio Pater, habet suam existentiam, generaturque a Patre. Sed id dixit Athanasius Orat. 2. contra Arianos. Ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ ἐν πνεύματι λέγει νῦν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον, ἢ διὰ τὴν σάρκα. ὡς γὰρ ἀνθρώπων φύσεως οὐκ οὔσης ἱκανῆς ἀφ' ἑαυτῆς ἐκβάλλειν τοὺς δαίμονας, εἰ μὴ δυνάμει τοῦ πνεύματος. διὰ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν. εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ Κύριος, τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω. κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει, λαλήσει. *Spiritus sancti dator se asserit nunc, in Spiritu eÿcere Dæmonia, id autem non aliter est dictum nisi ratione carnis, cum natura humana per se non sufficiat eÿcere Dæmonia sine vi Spiritus. ideo velut homo*

aiebat; si autem ego in Spiritu Dei eÿcio Dæmonia. Hæc ergo Iudæis vt homo dicebat Dominus. Discipulis vero diuinitatem ac maiestatem suam ostendens, non iam minorem se Spiritu, sed maiorem & parem esse, se significans, dabat Spiritum ac dicebat, Accipite Spiritum sanctum, &, ego ipsum mitto, & ipse clarificabit me, & quod audiet loquetur. Ergo Filius, qui maior est Spiritu, erit maior causa & principio, & consequenter Spiritus erit ex Filio, sicuti Filius ex Patre; quia maior est Pater. Vel Schismatici aliam maioritatis Filij erga Spiritum causam assignent.

Hinc ridendus venit Theodorus Ducas Lascaris Imperator Or. 1. de Processione Spiritus sancti, dum scribit: Εἰ δὲ ποσότητι, ὅτι μείζων ὁ πατὴρ, ὅτι μείζων ὁ υἱὸς, ὅτι μεῖζον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸ μεῖζον ἄρα ἐκ τῶν μειζόνων ὀφείλει εἶναι, ἵνα μεῖζον ὑπάρχῃ. τὸ μέγα γὰρ ἐκ μεγάλου. μέγας ἄρα καὶ ὁ πατὴρ, καὶ διδασκέτω ὁ λέγων καὶ τὸν τοῦ πατρὸς γεννήτορα ὑπερμέγαν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τοῦτο αἰτία γεννήσεως τε καὶ ἐκπορεύσεως. ἐν δὲ τῷ Θεῷ ποσὸν τὸ σύνολον οὐχὶ πάρεστι, καὶ ὁ τοῦτο συλλογιζόμενος βλασφημεῖ τῇ θεότητι. *Quodsi quantitate, quia maior Pater, quia maior Filius, quia maior Spiritus sanctus. Maius igitur ex maioribus oportet esse, vt maior sit. Magnum siquidem ex magno. Magnus ergo & Pater, & sit qui dicat Patris genitorem quam maximum. sed non est hæc cau-*

causa generationis & processionis. neque Deo inest quantum omnino, & qui tale quid argutatur in Deitatem blasphemat. Quis vnquam in diuinis dummodo recte sapit, quantitatem in Deitate somniauit? & qui similia somniat Theodorus blasphemus est. Patres Græci & Latini ipsi maius in diuinis neque secundum redundantiam potentiæ, neque secundum dignitatis eminentiam, neque secundum molis, seu quantitatis amplitudinem, sed solum secundum causæ & principij rationem ponunt. Erit ergo Spiritus ex Filio, vti sui causa & principio, cum maior Spiritu Filius sit. nec inde tamen sequitur, maius hoc vti maius generationis, siue processionis causam esse. Causa nanque Filij Pater est, quia generat, non quia maior est, & Pater & Filius Spiritus sancti quia producunt Spiritum sanctum, non quia maiores sunt. & maior subsequitur causam non contra. Testimonia Patrum, adducta vel non vidit, vel non considerauit Theodorus, cui inter alios concedenda videntur omnia cum ex proprijs, & non ex doctrina Patrum Theologiam suam constituat, sed parum caute.

Nilus Thessalonicensis, vt argumento faciat satis ad ancoram suam sacram refugit, ideo dici maiorem, quia est χορηγὸς secun-

dum distributiuum Spiritus progressum: nanque suppeditat vti Deus, vti illi collubitum est, quod sibi naturaliter inest: ideoque maior erit Spiritu, cum præintelligatur ipsa datione, muneris dator. Itemque si præfertur Spiritu vt Filius, hac eadem ratione erit maior Spiritu. & dictum Athanasij contra verti potest. Si enim quia mittit Spiritum Filius, maior Spiritu est, cum alibi ipse ostenderit, mitti Filium a Spiritu, hac eadem ratione Spiritus maior erit Filio. Quare si propter hoc maius necessario productor Spiritus fuerit Filius, erit hac eadem ipsa ratione Spiritus Pater Filij, sed hoc secundum absurdum est, ergo etiam primum: Præterea cum Dominus dicat apud Ioannem *Pater maior me est*. Non id necessarium fuerit, propter illud *maius* Filium ex Patre esse, cum de Patre & Filio illa verisimilius dicantur, quam de Filio & Spiritu. Quare cum nulla necessitas cogat de illis hoc intelligere, multo minus coget de Filio & Spiritu. Et Cyrillus in Thesauris dicit œconomice illa prolata fuisse, & nuncupatum Patrem maiorem a Filio homine, cedente sua diuinitati humanitate. quæ & alibi ibidem repetit Cyrillus. Quæ si vera sunt; non abs re nos quoque fecerimus, si asseramus *maius* illud œconomice dictum

esse

esse de Filio & Spiritu. Quare processio ista Spiritus ex Filio, quia Filius maior est Spiritu, nulla est. Cum magnus Basilius in Antirrheticis aduersus Eunomium nullo modo concedat, *Propter causam*, & *ex illo*, maiorem dici Filio Patrem, licet id nonnulli ex Patribus approbarint. Sic illud multo minus de Filio & Spiritu concesserit: *Nanque*, ait; *Maius aut magnitudine, aut tempore, aut dignitate, aut facultate, aut vt causa maius dicitur; sed magnitudine quidem Filio nunquam dicetur maior, incorporeus enim est. Neque tempore, Filius enim temporum conditor est; neque dignitate, cum non factum sit quod nunquam fuit; neque facultate: quaecunque enim Pater, operatur & ipse, neque vti causa, cum similiter & illo & nobis maior est, si illius & nostri causa est*. Et haec sunt Nili oracula. haec aduersus Doctores omnes Ecclesiae nugamenta. Et vt a postremis ordiamur. Vetat Basilius maiorem dici Patrem Filio vti causam, bene est. sed dictum Basilij est, vt supra exposuimus, de Filio comparato cum creaturis; vt ergo Filium a creaturis eximat dicit, Patrem non esse maiorem Filio vti causam. Ἐπεὶ ὁμοίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν μείζων ἐστὶν, εἴπερ ἡμῶν καὶ αὐτοῦ αἴτιος. *Cum similiter & illo & nobis maior est, si illius & nostri causa est*. Veruntamen extra hanc su-

ſpicionem poſito Filio, *maius*, quot modis dicitur, examinans aduerſus Hæreticos, omnes illos modos in maioritate Patris erga Filiū excludens illum vnicum amplectitur, qui ſolummodo cauſam notat: Λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τὸ μεῖζον λέγεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ τῷ υἱῷ κατὰ τοῦτο μείζων ὁ πατὴρ, ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. *Reliquum igitur eſt, vt dicatur ſecundum cauſæ rationem. Quia enim a Patre principium eſt Filio, ſecundum hoc maior eſt Pater, vt cauſa & principium.* Nihil clarius dici potuit a Baſilio. Quibus concluditur euidentiſſime, neceſſario *maius* hoc ſolummodo cauſam inferre, etiam ſecundum Baſilium in Diuinis, & conſequenter de Filio & Spiritu dictum neceſſario concludere, cauſam & principium Spiritus denotare; cum illud non aſſeratur neque ſecundum redundantiam potentiæ, neque ſecundum dignitatis eminentiam, neque ſecundum molis amplitudinem, ſi verbis Baſilij ſtandum eſt, & aliorum, quorum dicta ſupra attulimus. Vnde ergo colligit nulla nos cogi neceſſitate de Patre & Filio ita illa intelligere? An doctior eſt Baſilio? an accuratior Gregorio Nazianzeno? an in dogmatibus ſolidior Iſidoro Peluſiota, Ioanne Chryſoſtomo, Ioanne Damaſceno, ac tandem noſtro Cyrillo? ſed Cyrillus

rillus dixit, de Patre & Filio dictum esse œconomice, dixerunt & alij, humiliora de Christo prolata ad humanitatem referentes. Quid tum? ergo etiam de Deitate dicta, œconomice dicta esse vis, quasi diuinitas inferius quidpiam sit respectu Patris? O cerebrum! Dictum Christi, *Pater maior me est*, plerique nec infimi Patres ad humanitatem Christi, nec incongrue referunt, alij ad ipsam diuinitatem, Gregorius Nazianzenus Orat. secunda de Filio, Τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; *Nanque asserere, si ratio habeatur humanæ naturæ, illum maiorem esse, verum est, attamen non magnum. Quid enim mirum est, si Deus maior homine est?* Sed esto de Patre & Filio, illo Deo, hoc Deo & homine: cum in vna natura aliquid considerari potest, quod non consideratur in alia. & sic de Christo homine multa leguntur in scriptura, quæ œconomice exponenda sunt. sed dispar ratio est de Christo & Spiritu. Quid enim de Spiritu Deo erga Christum œconomice exposueris? Maior est, quia est dator Spiritus, donorum nempe Spiritus, & dator prior datione est. supra & alibi sæpius in similibus loquutionibus, intelligi Spiritum ipsum in sua hypostasi dari, & non

dona ipſius, quæ Nili perpetua cantilena eſt, probauimus, quare hic vel indicare ſuffecerit. Quod porro addit *Filium eſſe maiorem Spiritu, quia præfertur Spiritui.* hoc plane inſanum eſt, Quanam enim ipſe ratione præfert Filium Spiritui, ſi a Filio non eſt, ſed æque a Patre producantur hic generatione, ille proceſſione? Si dicat Filium vt Filium præferri, eſſeque maiorem, quia prius intelligitur Filius quam Spiritus, ergo Filius eſt inter Patrem & Spiritum, & Spiritus coniungitur Patri per Filium, qui medius eſt inter Patrem & Spiritum, ſed hoc eſt contra decreta Nili. iſta ergo prælatio, quæ nulla eſt, non poteſt facere Filium maiorem Spiritu. Si iſta mediatio Filij & prælatio nulla eſt, quomodo intelligetur ante Spiritum Filius? Et temere præuertit Athanaſij dicta. Quamuis enim maior Filius Spiritu eſt, quia mittit Spiritum, non tamen maior erit Spiritus, quia mittit Filium. Filius enim vt Deus mittit Spiritum Deum, & Spiritus Deus mittit Filium hominem, ideoque non dicitur Spiritus maior Deo, quamuis poſſet dici maior Chriſto homine, cuius Spiritus eſt, & a quo mittitur. Audiatur Athanaſius Orat. prima aduerſus Arianos. Τὶ δὲ θαυμαστὸν, ἢ τὶ ἄπιστον, εἰ ὃ τὸ πνεῦμα διδοὺς Κύριος, λέγεται νῦν αὐτὸς τῷ πνεύματι χρίεσθαι;

ὅπου

ὅπου γε χρείας πάλιν ἀπαιτούσης, οὐ παρῃτήσατο διὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ εἰπεῖν ἑαυτὸν καὶ ἐλάττονα τοῦ πνεύματος. τῶν γὰρ Ἰουδαίων λεγόντων, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια, ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐλέγξαι αὐτοὺς βλασφημοῦντας, εἰ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ἰδοὺ γὰρ ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ ἐν πνεύματι νῦν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια λέγει, τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον ἢ διὰ τὴν σάρκα. ὡς γὰρ τῆς ἀνθρώπων φύσεως οὐκ οὔσης ἱκανῆς ἀφ' ἑαυτῆς ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ δυνάμει τοῦ πνεύματος τοῦ παναγίου, διὰ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν. εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ἀμέλει καὶ τὴν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν μείζονα τῆς ἀνθρωπότητος σημαίνων, ἔλεγεν, ὡς ἂν εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἕξει ἄφεσιν, οἷοι ἦσαν οἱ λέγοντες, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός. οἱ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦντες, καὶ τὰ τοῦ Λόγου ἔργα τῷ Διαβόλῳ ἐπιγράφοντες, ἄφυκτον τιμωρίαν ἕξουσι. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ Κύριος. *Quid mirum fuerit, siue creditu difficile, si qui Spiritum exhibet Dominus, dicatur nunc ipse Spiritu inungi? cum rursus necessitate urgente non aufugit, propter humanitatem suam dicere semetipsum minorem Spiritu? Nam cum Iudæi dicerent, ipsum in Beelzebub eijcere Dæmonia, respondit, dixitque, postquam eos blasphemantes redarguisset, si ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia. Ecce enim nunc dator Spiritus, in Spi-*

Spiritu eijcere Dæmonia tradit. hoc vero tantummodo ob carnem dictum est. Cum enim humana natura minime potis sit ex seipsa eijcere Dæmonia nisi virtute sanctissimi Spiritus, propterea vti homo dicebat, si ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia. Nec aliter etiam in Spiritum sanctum blasphemiam, humanitate maiorem esse indicans dicebat; Quicumque dixerit verbum in Filium hominis, consequetur remissionem, quales erant dicentes, Nonne est hic fabri Filius? qui vero in Spiritum sanctum blasphemant, & Verbi opera Diabolo ascribunt, ineuitabili pœna multantur. Hæc itaque Iudæis Dominus vti homo dicebat. Et Dionysius Areopagita de sancti Vnguenti Mysterio tractat. Ἔχει τὸ θειότατον πνεῦμα χορηγούμενον ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεπῶς τῷ θεαρχικῷ πνεύματι καθαγιασθέντος, ἀναλλοιώτῳ τῆς οὐσιώδους θεότητος τῇ ἀνθρωποπρεπεῖ συγκαταβάσει Κυρίου. *Habet eum, qui suppeditatur ab ipso, diuinissimum Spiritum, pro nobis vti hominem addecet, diuinitatis principe Spiritu sanctificatus essentiali diuinitatis suæ statu inuariato, Domini in humanam naturam descensu.* Decernunt isti, vt vides, mitti a Filio & dari & suppeditari Spiritum, qui ex ipso est, vt Deum addecet; non alienum a Filio: mitti vero Filium & vngui, vt hominem addecet, a Spiritu Deo. Qua ergo mente con-

concludit Nilus ob hanc miſſionem, Spiritum non eſſe a Filio, cum Filius, qui non eſt a Spiritu, ab ipſo Spiritu mittatur? Quid vero Cyrillus Expoſitione in Euangelium Ioannis; Εἰ γὰρ ὑπουργίαν διακονικὴν ἀποπληροῦν οἴεσθε τὸν υἱὸν, τὸ ἀλλότριον ἡμῖν, τουτέστι τὸ παρὰ Θεοῦ καὶ πατρὸς κεχορηγηκότα ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν πνεῦμα, οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος ὁ υἱὸς, κατὰ μέθεξιν δὲ ὥσπερ ἡμεῖς. *Etenim ſi ſeruile miniſterium adimplere exiſtimatis Filium, dum alienum nobis, hoc eſt qui a Patre Deo erat, ſanctum natura exiſtentem Spiritum porrexit, non natura ſanctus Filius eſt, ſed participatione vt nos ſumus.* Diſcito Nile ex Cyrillo, cum aſſeris, Filium nobis ſuppeditaſſe, qui a Deo & Patre eſt ſanctum natura ſua Spiritum, non tantum illius extraneum facis, & ſeruile illi miniſterium tradis, ſed nec natura ſua ſanctum eſſe, ſed participatione, vti nos ſumus, inſinuas. Cum Deus natura ſanctus Filius, vt qui Deus eſt: ita & dator Spiritus, qui natura ſanctus & Deus eſſe deprædicatur. Reclamat Manuel Cretenſis, nec vult acquieſcere. Εἰ δέ τις λέγει διὰ τὴν σάρκα τοῦτο οὕτως εἰρῆσθαι, οὐ δοκεῖ ἀσφαλῶς λέγειν. Τὸ γὰρ, ἐγὼ κύριος τῇ θεότητι προσῆκε, ἢ πάντως τῷ συναμφοτέρῳ, καὶ τὸ ἰᾶσθαι νοσήματα τοῦ Θεοῦ μόνου πάντως ἐστίν. *Quod ſi quis dixerit, id propter carnem dictum fuiſſe, non videtur id abſ-*

absque errore asserere: illud enim, ego Dominus, deitati proprium est, vel saltim vtrique, & mederi ægritudinibus animorum Dei solius prorsus est. Inuerecundum animi ingenium! Ipse sibi veritatem dogmatum vindicat, errorem in illis Athanasio, & Areopagitæ, & alijs Patribus, pro sua in sanctos Ecclesiæ Doctores reuerentia, tribuit. Athanasius id atque Dionysius tradunt, Christum vt hominem & secundum carnem missum, & vnctum fuisse, & Emmanuël e triuio grammatista insulse pronunciat, *non videri id absque errore asseri*. Et rationem adfert. *Dominus nanque*, ait, *Deitatis proprium est, & ægritudines animorum mederi solius Dei*. Non videt, si omnes diuinæ scripturæ voces de Deitate Filij enuncientur, quæ de verbo Deo & homine loquuntur & tractant, illæque de Deitate omnes, & nullo modo de humanitate, & carne accipiantur, constabiliri eorum hæresim, qui passionem diuinitati appingebant? Non negabit se legisse in Ecclesiasticis Canticis de Domini parricidis Iudæis, Θεοῤῥύτῳ αἵματι κενωθέντι δέσποτα Χριστὲ. *Ex Deo affluens sanguis cum euacuatus esset, Domine Christe*. In his neque vox Dominus, neque Deus secundum Diuinitatem, ne Theopaschitarum hæresis iterum assurgat, sed secundum passionem in carne intelligun-

gun-

guntur. Et Coſmas Melodus in Hymnis de paſſione Domini dicebat; Ὁ λέθειος ἀπειρα θεοστυγῶν, πονηρευομένων θεοκτόνων συναγωγή, ἐπέστη Χριστέ σοι, καὶ ὡς ἄδικον εἷλκε τὸν κτίστην τῶν ἁπάντων, ὃν μεγαλύνομεν. *Cohors Deo exoſorum malignantium, Dei parricidarum congregatio ſuperſtitit tibi Chriſte, & vt impium trahebat rerum omnium creatorem, quem magnificamus.* Quis ſit in Theologicis modus Retributionis, plane ignorauit, vt & reliqua alia grammaticus, quo de œconomia Chriſti nonnulla propter mutuam partium circumuolutionem, & ſecundum hypoſtaſim, & inenarrabilem vnionem, & quod vnus erat idemque, qui diuina ſimul atque humana exæquebatur, alterum de altero prædicatur, & dicitur, & quæ humanitatis ſunt de Deo aſſeruntur, & vice verſa. Hinc diuinæ naturæ propria carni communicat, rurſuſque quæ carnis ſunt diuinæ verbo vnitæ ſecundum hypoſtaſim, cum ſint inter ſe inſeparabiliter coniunctæ. ſic dicimus, *Dominus gloriæ cruci affixus eſt*, licet diuina illius natura nihil perpeſſa ſit, & Filium hominis ante paſſionem in cœlo eſſe affirmamus, dicente Domino, *Nullus aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit Filius hominis.* & tamen caro non de cœlo deſcendit, ſed ex immaculatis Virginis ſanguinibus fa-

cta est. Necnon; *Modica gutta sanguinis Dei vniuersum terrarum orbem sanctificarunt*, & Iudæi dicuntur *Deicidæ*. Caro etenim propria verbi facta, in propria illius hypostasi subſtitit; ideoque proprias carnis passiones sibi verbum appropriando, vti proprias agnoscit. Hinc similium Schismaticorum argumenta, cum doctrinæ Patrum non innitantur, longe a veritate aberrant. Et quam leuia illa sint ad probandum eorundem intentum, ex alio schismatico Theodoro Smyrnæo Curopalata tract. de Azymo & Spiritu sancto dijudicabimus. Ait hic; Νῦν μὲν ἡμεῖς μείζω τὸν πατέρα, ἑαυτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου θεολογοῦντος ἐν Εὐαγγελίοις ἀκούοντες, καὶ τὸ ἀγέννητον τοῦ πατρὸς οὐσίαν μὴ λέγοντες, ἀλλ᾽ ὑπάρξεως τρόπον δοξάζοντες, ἵνα μὴ καὶ τὸ ἄκτιστον, καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ ἀνώλεθρον, τἄλλα τε, ὅσα στερητικῶς ἡ θεολόγος φωνή φησιν ἐπιλέγειν ἀναγκαζόμενοι, οὐσίας πολλὰς τῷ πατρὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἀνομοίου παλίμφημον δόξαν προσάπτωμεν, οὔτε τῷ γεννητῷ οὔτε τῇ οὐσίᾳ, τῷ δὲ αἰτίῳ μείζω τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα δοξάζομεν καὶ κηρύττομεν. πολλαχῶς γὰρ πάντως παρὰ τῇ ἀκριβείᾳ λεγομένου τοῦ μείζονος, οὔτε χρὴ τὸν πατέρα μείζω τοῦ Λόγου πρεσβεύειν. τό τε γὰρ θεῖον ἄχρονον, καὶ ποιητὴς ὁ ἐν ἀρχῇ Λόγος χρόνων, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπὸ χρόνον, οὐδὲ ἐν χρόνῳ. ἐν χρόνῳ γάρ ἐστιν, οὗ πλείω χρόνον ἐστὶ λαβεῖν, καὶ οὗ τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ πέριξ μέρη μικρότερα. ὧν τὸ μὴ ὂν κα-

τά τε τὸ εἶπω, καὶ τὸ οὐκέτι κατηγορεῖται. ὅτι δὲ πάλιν ὑπερέχειν τοῦ γεννηθέντος ἀποφαινόμεθα τὸν γεννήσαντα καὶ μέγεθος. σωμάτων γὰρ πηλικότητος ταῖς μεγέθους λόγος ἔχει ὑπεροχάς. τὸ δὲ θεῖον ἀπήλικον καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἀσώματον. ὅτι δὲ αὖθις κρείττονα δεῖν τὸν πατέρα υἱοῦ κρίνομεν ἢ δυνάμει ἢ ἀξιώματι. ὅτι γὰρ ἁπλῶς ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς γεγέννηται, ὅτε τι γεγένηται ὃ μὴ πρότερον ἦν. ἐξαιρουμένου τοῦ λόγου τὴν σάρκωσιν. καὶ πάντα ὅσα ποιεῖ ὁ πατὴρ, καὶ αὐτὸς ὁμοίως ποιεῖ. Et infra. Οἱ γοῦν τῷ αἰτίῳ μείζω ὡς ἔοικε τοῦ πατρὸς ἀποφέροντες. εἴπερ καὶ ὁ υἱὸς καθ' αὐτοὺς τοῦ πνεύματος αἴτιος, κατ' οὐσίαν ἄρα τὸν πατέρα μείζω, τοῦ ληρεῖν ἐνίοις καὶ τὸ ἀκόλουθον παραπείθουσιν οἴεσθαι. οὐ γὰρ πάντες τὸν λόγον χωροῦσι, οὐδέ γε πάντες τὸ τῶν φωνῶν πολύσημον διαστέλλουσιν, ἢ τὰ τούτων ἴσασι σημαινόμενα. καὶ λοιπὸν οἱ τοῦ ἀπληστέροις δογματολογίαις παραβάλλοντες κακοήθως, αὐτοὶ τὸ κρίμα βαστάζουσιν. *Nunc quidem nos, maiorem ſemetipſo Patrem Deo Verbo in Euangelijs decernente, audientes; & ingenitum Patris eſſentiam minime aſſerentes, ſed exiſtentiæ modum tenentes, ne & increatum, & immortale, & corruptioni nullo modo obnoxium, aliaque, quæ priuatiue Theologorum ſcripta pronunciant, recolligere coacti, eſſentias multas Patri ſecundum Anomœi renouatam opinionem affigamus, neque genito, neque eſſentia, verum causa Filio Patrem maiorem opinamur, & prædicamus. Nanque cum multis modis prorſus,*

exa-

exacteque maius dicatur, non tempore Pater Verbo maior reputandus est. Cum Numen tempori non subiaceat, & qui in principio erat Verbum, temporum conditor sit, & non in tempore, neque sub tempore. In tempore siquidem est, quo tempus longius internoscere potes, & cuius existentia in vtrisque eam amplectentibus partibus tempore angustior est. quarum non esse secundum nunquam, & nondum prædicatur: neque rursus illud quod genitum est, excedere decernimus genitorem secundum magnitudinem. Corporum enim quantitas magnitudinis nouit excessus. Numen porro neque quantitatis, neque magnitudinis, neque corporis particeps est. Neque rursus potiorem esse Patrem Filio iudicamus, siue robore, siue dignitate. Neque enim simpliciter Filius a Patre generatus est, neque aliud quidpiam quod antea non fuisset. Excipimus tamen Verbi incarnationem, & quæcumque facit Pater, Verbum quoque operatur. Si itaque causa maiorem Filio Patrem asserentibus, & Filium Spiritu. &c. Et postmodum alijs annexis; *Si & Filius secundum ipsos Spiritus causa est, secundum essentiam igitur Patrem Filio maiorem nonnullos opinari stulte secundum consequentiæ vim persuadebunt opinari: Neque enim omnes capiunt verbum hoc, neque omnes vocum significationes varias discriminant, siue earum significa-*

tus tenent. Quare qui ſimpliciores dogmatum diſcurſibus peruerſis conturbant, ipſi iudicium ſubeant.

CAPVT LXVII.

In Trinitate eſſe ordinem.

NOn eſſe ordinem in Trinitate aduerſarij ex Homilia Chryſoſtomi in dictum illud Abraami, *Pone manum tuam in femur meum*, colligunt, vbi legitur; Λέγεται γὰρ τάξιν ἔχειν ἡ Τριὰς, οὐχ ὡς ἄτακτος, ἀλλ' ὡς τάξιν ὑπερβαίνουσα. *Dicitur enim habere Trinitas ordinem, non quod inordinata ſit, ſed quod ſupra ordinem ſit.* Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 18. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γεννητῶν τὸ πρὸ, καὶ μετὰ, χώραν ἐχέτω. ἐπὶ δὲ τῆς σεπτῆς καὶ βασιλικωτάτης Τριάδος τὸ πρότερον καὶ δεύτερον χώραν οὐκ ἔχει. καὶ ἀριθμοῦ γὰρ, καὶ χρόνων τὸ θεῖον ἀνώτερον. *Etenim in rebus procreatis his duabus voculis, ante & poſt, ſit ſane locus. At in veneranda, ſummeque regia Trinitate primum & ſecundum locum non habet. Diuinum quippe Numen, & numero, & tempore ſublimius eſt.* Et Epiſtola 63. Καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνου ἐστὶν ἀνώτερα, καὶ τὸ πρὸ, καὶ μετὰ οὐκ ἀνέχεται, οὐδὲ τὸ πρότερον καὶ δεύτερον προσίεται. ἀπρόσιτος γάρ ἐστιν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι, δι' ὧν τὰ κτίσματα χαρακτη-

εἴζε). *Nam & numero & tempore sublimior est, neque ante, & post, nec primum ac secundum admittit, etenim vt alijs omnibus, ita etiam his nominibus, quibus res conditæ tanquam notis quibusdam exprimuntur, nullus ad eam aditus patet.* Et Epistola 149. Διὸ ἐπὶ τῆς προσκυνητῆς καὶ βασιλικωτάτης Τριάδος μόνον λαμβάνεσθαι πέφυκε, τῆς τὸ πρὸ καὶ μετὰ μὴ ἀνεχομένης, μὴ δὲ τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον καταδεχομένης. ἀριθμοῦ γὰρ τὸ Θεῖον ἀνώτερον, καὶ χρόνων κρεῖττον, καὶ πάσης ἐπινοίας ὑψηλότερον. εἰ γὰρ καὶ ταῖς ἰδιότησι διαιρεῖται, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ καὶ τῇ οὐσίᾳ συνάπτεται. *Ac proinde de adoranda duntaxat, ac summe regia Trinitate, quæ nec prius, nec posterius, nec primum, nec secundum, nec tertium admittit, vsurpari solet: diuinum quippe Numen numero excelsius est, ac temporibus præstantius, atque omni cogitatione sublimius. Quamquam enim proprietatum ratione distinguatur, dignitate tamen & essentia copulatur.* Gregorius Nazianzenus Oratione secunda de Pace ordinem statuit; Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτως ἔχομεν, ὥστε ὅπως μὲν ἔχει πρὸς ἄλληλα ταῦτα σχέσεώς τε καὶ τάξεως αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις, ἢ νῦν ἢ ὕστερον. *Ita tenemus, ita sentimus, vt quomodo se habeant inter se hæc relatione & ordine ipsi soli Trinitati concedamus, & quibus ipsa Trinitas expur-*

gatis

gatis reuelabit, aut nunc, aut postmodum. Basilius primo, & tertio aduersus Eunomium Antirrhetico, & Epistola ad Fratrem; & alia ad Canonicas, & alia ad Eustathium multis de ordine in Trinitate disputans, illum non admittentes vehementissime accusat. Anteon Arsenoës Episcopus in vna sua Epist. ad Petrum Antiochenum Hæreticum; Τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι πρῶτος ὁ πατὴρ κατὰ τὴν τάξιν τῆς συνήθους πᾶσι δοξολογίας, εἰ καὶ μὴ καθ' ὑπεροχὴν τῆς θεϊκῆς ἀξίας. *Quis ignorat, Patrem primum esse secundum ordinem solitæ glorificationis ab omnibus fieri suetæ, licet non secundum excellentiam dignitatis diuinæ.* Quod non videtur negasse neque Simeon Thessalonicensis licet fautor schismatis Dial. de Hæresibus; Οὐδὲν μικρὸν ἐν τῇ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ, οὐδὲν δίχα λόγου. ὅτι αὐτοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου ἡ Ἐκκλησία. διὸ μετὰ λόγου πάντα μέγιστα. πῶς οὖν τολμᾷ τις ὅλως τὰ μετὰ Λόγου καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἰδίαις ὁρμαῖς παρεδρᾶν, καὶ ἑαυτὸν εἰσάγειν τῆς τούτου καταλύσεως, κομισθεῖσαν; οὐκ οἶδας ὅτι τάξις συνέχει πάντα, ὡς γέγραπται. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ὡς ὁ θεορρήμων ἔφη, ἀλλ' εἰρήνης καὶ τάξεως. καὶ ὅτι ἡ ἐν οὐρανοῖς εὐταξία καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐστίν. *Nullum paruum in magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Ecclesia, nihil absque ratione est. quod ipsius Verbi viuentis Ecclesia est: proptereaque omnia*

maxima cum ratione sunt. Quomodo igitur quispiam audeat, quæ cum ratione sunt, & Dei Verbi, proprijs ausibus despicere, seque metipsum introducere eorum præuariationis legum latorem? Annon vides omnia ab ordine contineri, vt scriptum est. quod Deus non confusionis, vt diuiniloquus scripsit, sed pacis & ordinis est. Et rectus ordo qui in cœlo est, est etiam in Ecclesia. Sed Chrysostomus seipsum in eadem ipsa Homilia interpretans cum Basilio conuenit. Οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων διακριτικὴ τάξις τοῖς ἀξίοις καθίσταται γνώριμος. ἡ δὲ τῶν φύσεων διακριτικὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπόβλητος. *Itaque diuinas hypostases ordo discernens dignis innotescit; qui vero naturas discernat, in sancta Trinitate prorsus reijcitur.* Naturas itaque discernentem ordinem in Trinitate reijci a sanctis declarans, diuinas hypostases discernentem approbat, vti etiam Isidorus intelligendus est, qui non dicit in Trinitate non esse, qui sit primus & secundus, sed non esse primum & secundum: negat siquidem ordinem in natura non in hypostasibus. nec alia fuit Basilij mens dictis locis. Et ne a proposita materia discedamus. sit ordo in Trinitate, sunt tres personæ, etsi non tres Dij, quare necesse est esse primum, secundum, & tertium. De primo nulli dubium: Qui enim Deitatis & diuinitatis origo est,

&

& causa aliarum personarum, absque vlla hæsitatione Pater erit. De secunda vero & tertia non omnibus vnus sensus fuit. Alij enim medium inter Patrem & Spiritum Filium constituunt: cum enim frequenter, nec vno in loco insonent, inter Patrem & Filium nullum esse medium, necessario post Patrem Filium collocant. Basilius secundo aduersus Eunomium; Ἀρχὴ μὲν οὖν πατρὸς οὐδεμία· ἀρχὴ δὲ τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ. μέσον δὲ τούτων οὐδέν. *Principium itaq; Patris nullum est, principium Filij Pater, medium inter hos nullum.* Et post pauca; Εἰ τοίνυν ἀΐδιος ἡ τοῦ υἱοῦ κοινωνία πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα ἀναπέφανται τῆς διανοίας ἡμῶν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ δι' οὐδενὸς κενοῦ πρὸς τὸν πατέρα χωρούσης, ἀλλ' ἀδιαστάτως τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν συναπτούσης, ὁ μηδενὶ μέσῳ διοριζόμενος, τίνα ἔτι παρείσδυσιν καταλείπει τῇ πονηρᾷ αὐτῶν βλασφημίᾳ. *Si itaque æterna Filij communio cum Deo & Patre, nulla menti nostræ occurrente vacuitate, per quam a Filio ad Patrem progrediatur, sed mente ita Filium cum Patre connectente, vt nullum inter eos detur interuallum, dum Filius nullo medio disiungitur, quem aditum scelerata eorum blasphemiæ relinquit?* Et Epistola ad Canonicas; Εἰ γὰρ ἀνώτερον Θεοῦ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερον τοῦ ἐξ οὗ ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦ μονογενοῦς πρότερον. οὐδὲν γὰρ μέσον υἱοῦ καὶ πατρός. *Si enim superiorem Deo Spiritum dicit,*

non ex Deo. quodsi ex Deo, quomodo antiquior eo, ex quo est? sed neque est unigenito prior: neque enim quippiam interijcitur inter Patrem & Filium. Gregorius Nyssenus Orat. 7. aduersus Eunomium; Ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖται τοῦ υἱοῦ τὸ πρὸς τὸν πατέρα συναφὲς τε καὶ ἀμέριστον, ὡς μηδὲν εἶναι τὸ διὰ μέσου τούτων παρενειρόμενον. *Quando nos etiam Filij cum Patre coniunctum atque indiuisum confitemur; ita vt nullum medium inter hos concipiamus.* Et Libro 8. Οὐδὲ γὰρ ἡ ἄμεσος αὕτη συνάφεια ἐκβάλλει τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς, ὡς κατά τινα φύσεως ἀνάγκην ἀπροαιρέτως τὸν υἱὸν ἐσχηκότος. *Neque enim immediata ista coniunctio Patris voluntatem reijcit, quasi naturæ necessitate, nec sponte Filium habuerit.* Et paucis adiectis; Ἄμεσος ἐστιν ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα συνάφεια, καὶ οὐκ ἐξωθεῖται ὑπὸ τῆς ἀδιαστάτου συναφείας τὸ βούλημα τὸ τῇ ἀγαθῇ φύσει ἐκτὸς ἐνυπάρχον. *Immediata est Filij cum Patre coniunctio, nec repellitur ab inseparabili coniunctione hæc voluntas, quæ extra bonam naturam sit.* Theodorus Raythenus Orat. Dogmatica; Πνεῦμα καθὰ φθάσας ἔφην λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος ὁ Θεὸς. συντιθέμενα δὲ ἄμφω τὰ ὀνόματα τῷ ἰδίως καλουμένῳ πνεῦμα ἅγιον ἁρμόζει, καθάπερ ἡ τοῦ πνεύματος ἐπίκλησις τῷ αἰτίῳ, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ τῷ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου. *Spiritus vt iam antea dixi Deus dicitur, & sanctus Deus; quæ dictiones simul compositæ illi, qui pro-*

proprie Spiritus ſanctus vocatur, congruenter; quemadmodum Spiritus appellatio cauſæ & Filij appellatio illi, qui immediate a cauſa eſt. Quid vero Cyrillus? Eadem libro 1. Theſaurorum; Γεννᾷ δὲ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀμεσιτεύτως. *Generat vero Pater Filium immediate.* In illud Ioannis, *Hic erat in principio apud Deum;* Ἀμέσως καὶ προσεχῶς ἐστιν ὁ υἱὸς ἐν Θεῷ καὶ πατρί. *Immediate & contigue Filius eſt in Deo & Patre.* Et in illud, *Omnia per ipſum facta ſunt.* Συνεῖναι δὲ τῷ υἱῷ τὸν πατέρα νοοῦμεν διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ἄκρως προσεχές τε καὶ ἄμεσον αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς προελθόν. *Coniungi vero Filium Patri intelligimus propter eſſentiæ immutabilitatem, & excellentiſſimo modo continuitatem & immediationem ipſius cum illo, ex quo naturaliter promanauit.* Et paucis additis; Λόγος μὲν γὰρ καὶ σοφία ὁ υἱὸς διὰ τὸ ἐκ νοῦ, καὶ ἐν νῷ προσεχῶς καὶ ἀδιαστάτως, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν σημαινομένων ἀντεμβολήν, ὡς ἂν εἴποι τις. *Verbum enim & ſapientia Filius, quod ex intellectu, & in intellectu continue & indiuiſe, & ob in ſeſe ſignificatorum, vt quidam diceret, mutuam iniectionem.* Et lib. 6. ad Hermiam; Ἑπόμενοι τοίνυν τῇ τῶν ἱερῶν πίστει γραμμάτων, καὶ οἱονεὶ τὴν ἀκριβῆ τοῖς σοφοῖς ἀμαξιτὸν διαστείχοντες, δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτὸν εἶναι λέγομεν τὸν υἱόν, ἀμέσως τε καὶ προσεχῶς. *Sequentes itaque fidem ſacrarum ſcripturarum, & a ſapientibus ad-*

mo-

modum tritam, & viam, vt ita dicam, vehicularem calcantes, robur Dei & Patris ipsum esse Filium immediate simul & continue. Medius est ergo inter Patrem & Spiritum Filius, cum enim communi omnium voto Pater principium sit, Filius immediate ex Patre, & per Filium Spiritus sanctus, Filius erit medius inter Patrem & Spiritum. Et manifeste id fatetur Basilius Epistola ad Gregorium Fratrem. Ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἀψάμενος, καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας δι' αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα συνεφη-κύσατο. καὶ τὸν υἱὸν ἀληθῶς ὅστις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, τῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τῇ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενον. οὐ γάρ ἐστιν ἐπινοῆσαι τομὴν, ἢ διαίρεσιν, ὡς ἢ υἱὸν χωρὶς τοῦ πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ διαζευχθῆναι. *Quemadmodum in catena, qui vnius annuli summitatem apprehendit, hoc ipso simul & alterum insertum attrahit; ita & qui Spiritum trahit per ipsum & Filium & Patrem vna simul attraxerit; & si quis vere Filium apprehenderit, habebit & ipsum vtrinque hinc Patrem, illinc Spiritum sanctum vna contrahentem. Non enim potest vllo pacto excogitari aliqua vel sectio vel diuisio, vt siue Filius absque Patre cogitari, siue Spiritus a Filio seiungi queat.* Et Nyssenus, ad quem iam dicta scripta sunt,

Ora-

Oratione ad Ablabium; Trinitatis differentiam dictitans, causam esse & causatum; illius, quod ex causa erat, aliam differentiam apposuit, hoc nempe esse immediate a primo, hoc vero manare per Filium ex primo, Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. *Adeo vt vnigenitum indubitatum maneat in Filio, & ex Patre esse Spiritum in dubio non sit, Filij mediatione & sibi ipsi vnigenitum conseruante, & Spiritum a naturali erga Patrem habitudine non repellente*. Et confirmat exemplo Oratione de Spiritu sancto aduersus Macedonium; Ἐφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστιν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεως τινὸς τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα. αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα, ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν, ἔπειτα κατασκευάζοι πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν, τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λογίζεσθαι. κἂν παραπλησίως καίῃ, καὶ φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. *In quibus, quæ secundum bonum operatio est, nullam iminutionem*

nem habet, quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem secundum numerum imminutionis alicuius, aut secundum naturam immutationis signum esse existimare? Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdiuisam flammam conspiciens, causam vero tertij luminis supponamus esse primam flammam, ex communicatione cum medio extremum inflammantem, postmodum astrueret in prima flamma abundare calorem, eam vero, quæ subsequitur, immutari, & paulatim imminui, tertiam nec ignem amplius censendam esse, licet æqua ratione aduret, & splendeat, omniaque ignis operetur. Nec ab hisce diuersus est Epiphanius Oratione de magno Sabbato; Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθεὶς Ἰησοῦς ὁ θεόπαις ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ πνεύματος δύο ζωῶν, ζωὴ ἐκ ζωῆς, φύσει ζωὴ γνωριζόμενος. *In medio duorum animalium agnitus Iesus Dei Filius, in medio Patris & Spiritus duarum vitarum, ex vita natura vita cognitus.* Quod nec inficias iuit Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus Lucaris contra Iudæos; Ἢ ὅστις ἄλλος εἶναι ἄπιστος καὶ ἀσεβὴς εὐκολώτερα ἐμπορεῖ νὰ καταπεισθῇ ἀπὸ τὴν ἀλήθειαν, νὰ πιστεύσῃ πῶς ὁ υἱὸς ὁποῦ εἶναι μέσον πρόσωπον τῆς θεότητος κατ' ἀλήθειαν, ἔλαβε σάρκα καὶ ἔγινεν ἄνθρωπος. *Vel quisquis alius est infidelis & impius, facilius a veritate potest adduci, vt credat, Filium, qui est media deitatis persona, vere*

car-

carne assumpte, hominem factum esse. Male ergo Schismatici contentione plane rationis experte lineis rectis & circulis & triangulis, quæ nullo modo describi possunt, circumscribunt, & quisquilias & commenta nihili confingunt. *Nos*, quæ Nazianzeni voces sunt, *indiuisam in diuisis rebus Deitatem colimus, & quasi in tribus solibus mutuo cohærentibus vnam luminis mixtionem, & trium finem non habentium infinitam cohæsionem per omnia, & super omnia vere peruenientem*: & nihilominus dictis Patrum, veluti rectis firmisque columnis suffulti principium, medium, & quod inde sequitur, modo tamen diuino, non respuimus; & post Verbum Spiritum sanctum ex magno Basilio addiscimus ad Gregorium Fratrem Epistola. Τὸ πνεῦμα τὸ γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει τὸ μετὰ τὸν υἱὸν, καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι. *Spiritus hanc rationem & cognoscibile signum suæ, quæ secundum hypostasim est proprietatis, habet, quo post Filium, & cum Filio simul & ipse se facit internosci*. Et hi quidem medium inter Patrem & Spiritum Filium collocant.

Quid verò reliqui Patres? Athanasius in 8. quinquaginta Capitum, sicuti & reliqua Spiritus, ita & illius sessionem cum sessione Patris & Filij astruens, hæc ad verbum habet; Εἰ οὖν ἐν τῷ υἱῷ μένουσιν ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα, τοῦ

υἱοῦ

υἱοῦ καθίσαντος, ἀνάγκη πᾶσα συγκαθῆσθαι αὐτῷ καὶ τοὺς μένοντας ἐν αὐτῷ. *Si itaque in Filio manent Pater & Spiritus, cum sederit Filius, necessario & illi simul sedebunt, qui manent in eo :* Et paucis annexis, Τῷ μὲν υἱῷ ἴσμεν ἀφωρισμένην δίαιταν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ οὖν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν εἶπε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἐκ δὲ τοῦ καθίσαι ἐκ δεξιῶν τὸν υἱὸν, ἔστιν ἐπινοῆσαι, ὅτι κατ' ἐπιτροπὴν εἶπε καὶ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, κάθου ἐξ εὐωνύμων μου. τοῦ δὲ καθημένου ἡ προσηγορία ἀξιώματός ἐστι σημασία. *Filio scimus præscriptum esse locum a dextris Patris, quemadmodum enim ad suum Filium dixit, sede a dextris meis. cum vero sederit a dextris Filius, datur nobis intelligi, mandantem dixisse & suo Spiritui, sede a sinistris meis. sedentis autem appellatio dignitatis est signum.* Medium quoque Patrem Nazianzenus Oratione in CL. Episcoporum aduentum ponit, Φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία. ἕνωσις δὲ ὁ πατήρ. ἐξ οὗ, καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς. *Natura autem tribus vna; Vnio vero Pater, ex quo, & ad quem referuntur, quæ subsequuntur.* Eorum siquidem quæ vniuntur, medium est, quod vnit, & vnio. Et in Antirrhetico de Spiritu sancto; medium inter Patrem & Filium Spiritum collocauit; Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃ καθόσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορευτὸν, οὐ κτίσμα. καθόσον δὲ οὐ γεννητὸν, οὐχ υἱὸς,

καθέσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον, Θεός. *Spiritus ſanctus qui a Patre procedit, qui vti inde procedit, non eſt creatura, vti vero ingenitus eſt, non eſt Filius, vti vero ingeniti genitique medius, Deus eſt.* Nazianzenum videtur ſecutus Ioan. Damaſcenus cap. 14. Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, καὶ δι' υἱοῦ τῷ πατρὶ συναπτόμενον. *Deus Spiritus ſanctus, medius inter ingenitum genitumque, & per Filium Patri coniunctus.* In hoc quoq; Patrum voces aliud atq; aliud tinniunt, ſed vna omniũ ſententia eſt: quare ad illas conciliandas inuerſo ordine progrędiemur. Non hypoſtaſim Spiritus mediam inter Patrem & Filium Nazianzenus collocat, ſed aduerſariorum diuiſionem, qui, ſi Deus eſt Spiritus, opponebant, genitum ingenitumque, nec aliud vltra in Trinitate agnoſcentes, vt ex ante dictis Nazianzeni colligitur, medium Spiritum eſſe ſuſpicabantur. Neque in hoc negotio Nazianzeno ipſo alium perſpicaciorem Interpretem conquiramus, qui anticipans aduerſarium interrogat; Ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτὸν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανὲν τῆς σῆς διαιρέσεως. *Vbi enim pones procedens, dicito mihi, medium in tua diuiſione exortum?* Tua hæc diuiſio non integra eſt, vt tu exiſtimas: nanque præter membra allata eſt tertium, quod neque eſt genitum neque ingenitum, ſed procedens. & hac ratione medium

dium dixit ſpiritum ſanctum, quod maligne aduerſarius ſupprimebat, vt Spiritui ſancto, quod neq; ingenitum neq; genitum eſſet, deitatē adimeret. Nec alia Damaſceni ſententia fuit, dum Nazianzenum exſcriberet. Quod vero dixit in alijs Patrem medium, in alijs Spiritum, cum vtraque vera eſſe non poſſint, contraria aſſerere a nonnullis reputabitur. Adde medium eſſe Patrem nullo modo admitti, cum omnes vno ore Patrem principium omnium fateantur. Illud etiam τὰ ἑξῆς, *quæ ſubſequuntur* additum, id intelligere vetat: cum quæ ſunt alicui ex vna & altera parte, nunquam ſibi nomen *quæ ſequuntur*, adſciuerint. ſequuntur enim quæ poſt ipſum in conſideratione veniunt. Licet hic *quæ ſequuntur*, Filius nempe & Spiritus poſt Patrem, & vna cum Patre, tum quod ex Patre principium agnoſcunt, tum quod citra tempus cum Patre exiſtunt. Et *vnio* vocabitur Pater, quod ex eo prouenientes Filius & Spiritus abſque vlla egreſſione in illo ſecundum propriam exiſtentiam immanent, Filius immediate, Spiritus per Filium. Quod etiam indicauit Orat. prima de Filio ſcribens; Καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ συννεύσεις. *& ad vnum eorum quæ ex ipſo ſunt, propenſio.* Sanctus Athanaſius ex rebus humanis de ijs, quæ ſupra nos ſunt, ſymbolice locutus

eſt,

eſt, cum a dextris Patris Filium collocat, & hic medium, vt ex verbis ipſius concipimus, non ex propria ſententia, ſed aliorum abſurdam opinionem promens conſtituit, cum ſcribit, a ſiniſtris Patris Spiritum ſedere, Ἔστιν ἐπινοῆσαι, *Datur intelligi*; & eam refellens in progreſſu Capitis ſcribit; Ὡς ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ Ψαλμῷ φησιν, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. καὶ καθισάντων αὐτῶν, λέγει ἡ γραφὴ πρὸς τὸν Χριστόν. ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ κύριος ἐκ δεξιῶν σου. *Vti in centeſimo nono Pſalmo ait, Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis. & cum illi ſediſſent, dicit ſcriptura ad Chriſtum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, & Dominus a dextris tuis.* Hoc Pſalmi dictum explicans cap. 5. dicit, Τοῦ οὖν υἱοῦ πάλιν ἐκ δεξιῶν τὸ πνεῦμα. *Filij itaque rurſus a dextris Spiritus.* Quibus colligitur Athanaſium Filium medium inter Patrem & Spiritum ponere. Illud vero a ſiniſtris Patris ſedere, quod Deo indignum profecto eſt, cum ibi ſiniſtro prorſus nullus locus ſit, dicto illo, *datur intelligi* retudit. Neque propterea tum ſequeretur, Patrem a ſiniſtris eſſe Filij, quod vel ore proferre impium eſt. & ſic circulares periodi, quas

non

nonnulli ſomniant, reijciendæ ſunt. Certum itaque firmumque ſtat, Filium inter Patrem & Spiritum medium eſſe, tot tantorumque Patrum auctoritatibus conſtabilitum, & Filium immediate eſſe ex Patre. His non obſtantibus Schiſmatici, vt adeo ſanam Baſilij & aliorum ſanctorum Patrum doctrinam, qua ſe plane iugulari cognoſcunt, de medio tollant, dicere non dubitant, Baſilium, in eos, qui nominum poſitionem in ſermonibus immutant, ſimilia pronunciaſſe, quod Pater & Filius ſint, quæ ad aliud dicuntur, ideoque in enumeratione collocandum eſſe cum Patre Filium, cum alia ratione nihil impediat, ſtantem poſt Patrem Spiritum collocare, exiſtimantes ſola ad Patrem relatione, illico poſt Filium inferri, non vero ſecundum exiſtentiam, cum ſecundum hanc paria ſint & Filius & Spiritus Patri. & in ſuam ſententiam trahunt Gregorium Nazianzenum Orat. in Sacrum Baptiſma. Θέλω τὸν πατέρα μείζω εἰπεῖν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἴσοις εἶναι τοῖς ἴσοις ἐστὶ καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο γὰρ παρὰ πάντων δοθήσεται. καὶ δέδοικα τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλαττόνων ἀρχὴν ποιήσω, καὶ καθυβρίσω διὰ τῆς προτιμήσεως. ἐξ ὧν διὰ τὴν ὁμοτιμίαν ἐπίσης παρεῖναι καὶ ἄμφω φρονοῦσιν ἐκ τοῦ πατρός. *Mihi in animo eſt Patrem maiorem dicere, ex quo eſt & æquales eſſe, qui*

ſunt

sunt æquales, & quod sint. Hoc enim ab omnibus concedetur, & metuo, ne principium, inferiorum principium faciam, & per prælationem iniuriam afferam illis, quæ propter æqualem honorem æqualiter a Patre progrediuntur. Sed cum hi inuerecunde loquantur in Basilium, ab eodem Basilio confundantur, in Epistola ad Canonicas pronunciante, Ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. *In ordine innouatio, ipsius existentiæ annihilatio, & fidei totius abnegatio est.* Et qua ratione in ordine innouatio existentiæ annihilatio fuerit, si non est secundum existentiam ordo? Nonne nefaria iniuria, & improba contumelia fit Basilio, si dicatur ignorasse Euangelica illa. *Ego & Pater vnum sumus.* &c, *ego & Pater vna veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et Apostolica; *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis.* Et, *diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Et tandem illa Dauidica, *Quo vadam a Spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam?* Faciem autem Patris Filium esse docent illa. *Qui enim vidit me, vidit & Patrem meum.* ne alia congeram ex Patribus. In his ante

Patrem collocat se Filius. Paulus nunc præponit Filium Patri, nunc Spiritum Filio, & Filium Patri; & Dauid Spiritum Filio. Non potuit ergo Euangelij Mysta, in Epistolis Pauli versatissimus, & Psalmorum accuratissimus interpres hæc elogia nescire, nec defuerunt illi verba, quibus similia explicare dicendo polleret. Et plane insaniunt, qui ex duobus alterum omnino colligunt, aut magnum humo Virum in has voces non incidisse, quod fieri non potest, cum singulis diebus in Ecclesia in communem omnium audientiam legantur; aut contraria sententem via atque illi alia inambulare, quod vel animo concipere summæ impudentiæ fuerit: ideoque pulchre eas voces earumque sententiam callens, easque amplectens, non immutationem, quæ in nominum enumeratione, sed eam quæ in existentia transpositionem fit, criminatur. Nec aliud nobis indicant allata Nazianzeni verba; Δέδοικα τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλαττόνων ἀρχὴν ποιήσω, *Metuo ne principium inferiorum principium faciam*, manifeste declarantis; æquale prorsus esse principium etiam illis, qui ex ipso sunt, & principale ab æqualitate non dirimi, quæ æqualem honorem naturæ, & sententiæ conspirationem, & motionis conformitatem commonstrat. quod clarius

pro-

prosequitur Oratione secunda de Pace. Τριὰς ὡς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, Τριὰς δὲ οὐ πραγμάτων ἀνίσων ἀπαρίθμησις, ἀλλ' ἴσων καὶ ὁμοτίμων σύλληψις. *Trinitas quam verissime Trinitas. Trinitas non inæqualium rerum enumeratio; sed parium, & ex æquo honorem possidentium comprehensio.* His paritatem Spiritus & Filij erga Patrem confirmat: & quemadmodum hisce paternus ordo non læditur, cum hac etiam ratione Pater principium sit, sic & in Filio & Spiritu horum æqualitas ordinem, qui in illis est, minime dirimit. Hunc ordinem in Trinitate maxime necessarium Athanasius Oratione tertia contra Arianos docuit. Οὐ τὸ πνεῦμα συνάπτει τὸν Λόγον τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον παρὰ τοῦ Λόγου τὸ πνεῦμα τοῦτο λαμβάνει. *Non Spiritus coniungit Verbum Patri: sed potius id Spiritus a Verbo accipit.* Et infra, Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν ἐν τῷ πατρὶ, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ Λόγου δίδοται, θέλει λαβεῖν ἡμᾶς τὸ πνεῦμα, ἵν' ὅταν ἐκεῖνο λάβωμεν, τότε ἔχοντες τὸ πνεῦμα, τοῦ Λόγου ὄντος ἐν τῷ πατρὶ, δόξωμεν καὶ ἡμεῖς διὰ τὸ πνεῦμα ἓν γενέσθαι ἐν τῷ Λόγῳ, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ πατρί. *Cum enim Verbum sit in Patre, Spiritus vero a Verbo datur, vult accipere nos Spiritum, vt cum illum accepimus, tum habentes Spiritum Verbi, quod in Patre est, videamur & nos propter Spiritum vnum fieri in Verbo, & per illud in Patre.* Et alijs an-

annexis, Οὕτως ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ ἐσόμεθα, καὶ νομισθησόμεθα ἓν γεγενῆσθαι, διὰ τὸ ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ Λόγῳ αὐτοῦ, τῷ ὄντι ἐν τῷ πατρί. *Sic in Filio & in Patre erimus, & reputabimur vnum, propterea quod in nobis Spiritus est, qui est in Verbo, quod est in Patre.* Et in vna ad Serapionem Epistola. Καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Λόγου ἑνότητα, οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱόν. διὰ τί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν υἱόν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, κτίσμα λέγουσιν; καὶ ἠγνόησαν, ὥσπερ μὴ διαιροῦντες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, σώζουσι τὸ ἕνα Θεὸν εἶναι, οὕτω διαιροῦντες τοῦ Λόγου τὸ πνεῦμα, οὐκέτι μίαν τὴν ἐν Τριάδι θεότητα σώζουσιν. *Etenim si propter Verbi cum Patre vnionem nolunt esse ex rebus creatis ipsum Filium, quapropter Spiritum sanctum, eandem cum Filio vnionem possidentem, quam ille habet cum Patre, creaturam nuncupant? Et plane ignorant, quemadmodum, cum non diuidunt Filium a Patre, conseruant esse vnum Deum, sic cum diuidunt a Verbo Spiritum, non amplius vnam Deitatem in Trinitate conseruare.* Et, Ἐν Χριστῷ ἦν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. *In Christo erat Spiritus, vti Filius in Patre.* Et, Ἡ μὲν ἁγία καὶ μακαρία Τριὰς ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι, καὶ λεγομένου τοῦ πατρὸς πρόσεστι καὶ ὁ τούτου Λόγος, καὶ ἐν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα.

μα. Ἐὰν δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὀνομάζηται, ἐν τῷ υἱῷ ἐστιν ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ Λόγου. *Sancta & beata Trinitas indiuisa, & in seipsa vnita est, & pronunciato Patre, adest etiam illius Verbum, & in Filio Spiritus: si vero Filius appellatur, in Filio Pater est, & Spiritus non est extra Verbum.* Similia præterea habent Basilius Capitibus ad Amphilochium, Nazianzenus Orat. in Pentecostem, Oratione Funebri in magnum Basilium, & Oratione ad Arianos, & in seipsum, & Ioannes Damascenus; asserentes in Trinitate ordinem, non qualem somniant aduersarij secundum nominum positionem, & non secundum existentiam. Nec istum existentiæ ordinem dictis iam allatis ex nouo veterique Fœdere lædi, collige ex Proclo Patriarcha Constantinopolitano Oratione in S. Protomartyrem Stephanum. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα πρότερον γέγραπται, τελευταῖον δὲ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, οὐδὲν ἡ τῆς τάξεως ἀπαλλαγὴ τὴν πίστιν λυμαίνεται· σύνηθες γὰρ τοῦτο ποιεῖν τῇ γραφῇ, καὶ ποτὲ μὲν ὀνομάζειν τὸν υἱὸν μόνον, ποτὲ δὲ τὸ πνεῦμα σὺν τῷ υἱῷ. καὶ ἄλλοτε δὲ ἄρχεσθαι μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, καταλήγειν δὲ εἰς τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ἀνάπαλιν τῆς ἀρχῆς ἐκ τοῦ πνεύματος γινομένης διὰ τοῦ υἱοῦ τῷ Λόγῳ ἐπὶ τὸν πατέρα ὁδεύειν: καὶ τοῦτο τὸ τῆς συνηθείας ἰδίωμα μάλιστα παρὰ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ἀπαραφυλάκτως συντηρεῖ-

θαι γινόμενόν ἐστιν ἰδεῖν. *Quamuis autem Spiritum sanctum prius descripserit, deinde vero Patrem & Filium, nihil fidei officit ordinis inuersio. Is enim sacræ Scripturæ mos est. Aliquando enim solum Filium nominare assolet; aliquando vero Spiritum sanctum cum Filio: alias vero a Patre initium sumere, & in Spiritum sanctum desinere: & versa vice initio facto a Spiritu sancto per Filium, sermonem ad Patrem ducere. Et hæc est perpetua eius dicendi proprietas. Et omnium maxime id a magno illo Paulo absque vllo discrimine obseruatum videre est.* Quare concludendum est cum Nicephoro Blemmida Oratione prima de Spiritu sancto. Ὥσπερ οὖν ἡ τῶν τριῶν ἰσότης οὐκ ἀφαιρεῖται τοῦ ἑνὸς τὴν ἀρχὴν, οὕτω καὶ ἡ τῶν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἰσότης, οὐκ ἔστιν ἀναιρετικὴ τοῦ τὸ πνεῦμα δι' υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ταύτην μὲν οὖν ἐν τῇ Τριάδι τηρεῖν τὴν ἰσότητα τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστίν. ἀποπεμπτέον δὲ πόῤῥω τὴν σύγχυσιν ὡς ὑπερβολὴν, ὡς ἔλλειψίν τε τὴν ἀνισότητα, τουτέστι τὴν ἀλλοτρίωσιν. τί γὰρ δεῖ Θεὸν ἢ συναλείφειν κακῶς, ἢ κατατέμνειν εἰς ἀνισότητα; καὶ πάλιν ἢ συστέλλειν θεότητα, καὶ ἀναλύειν ἀθέως, ἢ κατατέμνειν ἀνίσοις ἀλλοτριότησιν, ἢ μεγέθους, ἢ φύσεως; *Quemadmodum itaque trium æqualitas non violat vnius principium, sic & eorum, qui ex principio sunt, æqualitas non tollit, Spiritum per Filium*

ex Patre procedere. Hæc ergo æqualitas in Triade ante omnia seruanda est, longeque mittenda confusio ut excessus, & ut defectus inæqualitas, hoc est alienatio. Quid enim opus est Deum, aut insulse contrahere, aut inæqualitate concidere? Rursusque non est contrahenda Deitas, aut impie dissoluenda, aut inæqualibus vel naturæ vel magnitudinis disiunctionibus discindenda. Palamæ sententiam de hoc eodem ordine contra Veccum optime refutat Bessario Cardinalis. Ordo siquidem, quem sibi confingit Palamas, nullum re in diuina Trinitate ordinem ponere, sed in suo arbitrio constituere, vt cum voluerit permutare nomina possit. absurdissimus est, & magis inordinationem, quam ordinem inducit. *Nam*, inquit Bessario, *tertium esse Spiritum maxime quidem credimus, & hoc ex necessitate. Modo hoc tibi verbum ex necessitate non significet idem atque, ex natura: cum illi credamus, qui eum tertium esse tradidit in salutaris baptismatis traditione. Tertium autem natura esse nunquam dicimus, ne vnquam incidamus in alterum contrariorum, fugiendo alterum, vt ipse agis. siquidem tertium natura ipse fugiens, ipsum etiam discretiuum personarum ordinem negas: neque potes in medio manere. quam melius tibi fuisset, ambo fugere extrema, stareque in medio, vt nostra sententia est, qui*

nec omnino tertium esse negamus, neque tertium esse natura concedimus: sed tertium quidem eum ponentes, non solum dici, sed etiam esse, atque ordinem discretiuum recipientes personarum non naturarum, quem quidem ex necessitate esse quis contradicet. Et infra; *Discretiuus itaque diuinarum personarum ordo sanctis notus consistit: sed discretiuus naturæ ordo in sancta Trinitate reÿciendus est. Discretiuum autem personarum ordinem naturæ quidem non esse, sed natura tamen esse, quilibet sanæ mentis concederet. ac secundum hanc rationem esse & naturalem, non secundum quod naturam discernit, sed secundum quod natura non positione nostra est.* Quod etiam fuse probat testimonijs Athanasij & Basilij. Quare plane nugatur Theodorus Ducas Lascaris Oratione prima de processione Spiritus sancti. Εἰ δὲ τάξιν λέγει ὁ προτιθέμενος τὸ ἀπόρρητον, νοείτω, ὅτι τάξις λέγεται μὲν τοῦ Θεοῦ, πλὴν οὔτε θέσεως, οὔτε ἀριθμοῦ, ἀλλὰ τάξις ἐστὶν αὐτοῦ τὸ σώζειν τὰ ἴδια, τὸ μὲν γεννήτορα εἶναι, τὸ δὲ γεννητὸν τοῦ γεννήτορος, τὸ δὲ ἐκπορευτὸν τοῦ ἐκ τοῦ τὴν ἐκπόρευσιν ἔχειν ἴδιον ἔχοντος. γέννησις γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ φυσικῶς, ἐκπόρευσις δὲ ἔκ τινος οὐδαμῶς φυσικῶς, ἀλλ ὁ λέγων, ὅτι ἐκ τῆς πύλης ὁ βασιλεὺς ἐκπορεύεται. οὐκ ἔστιν ἐκπόρευσις φυσική. ὁ δὲ λέγων, ὅτι γεννᾷ ἡ γυνὴ ἀληθῶς φυσικῶς κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν βροτῶν. τὸ ἐκπορεύειν ἄρα μόνῳ ἀφοσίωται τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἴδιον ἔχοντι τοῦτ᾽ αὐτὸ παρ᾽

αὐτοῦ

αὐτοῦ τῶν ἄλλων πάντων ἐξαίρετον. πῶς οὖν ἄρα τοῦ ἰδίου ἐκοινώσατο τῷ υἱῷ, ὅπερ δὴ μονώτατον ἔχει ἴδιον. πάντα γὰρ ὅσα τούτῳ καὶ τῷ υἱῷ πλὴν τῶν ἰδιωμάτων εἰσίν. ἡ τάξις ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ θεῷ οὐ κατὰ ἀριθμὸν, οὐ κατὰ σχηματισμὸν, ἀλλ' ἔστιν ἐν τῇ κινήσει τῆς ἰδίας φύσεως. *Quod si ordine dicit, qui ineffabile supponit, intelligat, ordinem dici in Deo, sed non positione, neque numero: sed ordinem illius esse propria seruare; hunc quidem, quod genitor sit, hunc quod genitoris fœtus, hunc quod procedat ex eo, qui propriam sibi vim & facultatem processionis vindicat. Nanque generatio & in alijs nonnullis naturaliter dicitur, processio vero ex alio nullo modo naturaliter. Sed dicens Regem ex ostio procedere, non indicat naturalem processionem: dicens vero mulierem generare, vere naturaliter, secundum propriam hominum naturam. Vis itaque processionis soli Deo & Patri vindicatur, qui hoc ipsum proprium sibi ex seipso habet, inter reliqua alia præstantissimum. Quanam ergo ratione suæ proprietatis participem fecit Filium, & proprietatis, quam solam sibi vindicat? Omnia enim quæcunque ipse habet, habet & Filius exceptis proprietatibus. Ordo igitur in Deo est, sed non secundum numerum, neque secundum figurationem, sed in propriæ naturæ motione.* Hinc etiam probant, diuersum quid esse in Deo Patre gignere, & creare, & in eo discrimen

men agnoſcunt, quod per ſe nullo mediante gignat, creet vero alio mediante. His tamen non obſtantibus, quod eſt Schiſmaticorum inuerecundum animi ingenium, nonnulli, & inter illos non infimus Emmanuël Imperator ordinem eſſe in Trinitate negant, ſolo Ioannis Chryſoſtomi dicto innixi. Λέγεται γὰρ τάξιν ἔχειν ἡ Τριὰς, οὐχ ὡς ἄτακτος, ἀλλ' ὡς τάξιν ὑπερβαίνουσα. *Dicitur enim habere ordinem Trinitas, non quod inordinata ſit, ſed quod ſupra ordinem ſit.* Audiatur in Tractatu de Spiritu ſancto; Εὐθὺς τῶν νῦν ἀγώνων ἀπαλλαγέντι μοι, βίβλῳ τῆς χρυσῆς τῷ ὄντι καὶ διανοίας καὶ γλώττης συνέπεσεν ἐντυχεῖν. καὶ τοίνυν τῶν ἐκεῖθεν ῥεόντων ναμάτων ἐμφορουμένῳ, ἐπῆλθέ μοι, τούτους καὶ ταλανίσαι τῆς τόλμης, οἳ τὰς ἀρχὰς ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς λαμβάνουσιν, καὶ ἀξιοῦσι φιλοσοφεῖν τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τὰ τῆς Τριάδος ἰσχυρίζονται εἰδέναι, καὶ τὴν ἀμερῆ ταύτης κατατέμνειν ἀξίαν, ἐκ τοῦ τὴν κατὰ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον τάξιν ὑποτιθέναι, καὶ ἀποδεικνύναι τοῦτο ἐπιχειροῦσι, πῆ μὲν ἀπὸ λογισμῶν, πῆ δὲ παραδείγμασιν ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων χρώμενοι. *Statim atque me ex præſentibus certaminibus extricaui, venit ad manus liber, lingua vere aurea ſententiaque concinnatus. Quare inde profluentibus aquis cum repleor, accidit mihi eorum miſereri propter audaciam, qui principia ex noſtris accipientes, de rebus*

quæ

quæ supra nos sunt, philosophantur, conanturque addiscere, quæ diuinitatis sunt, & indiuisibilem illius dignitatem discindere, dum secundum prius & posterius ordinem supponunt; idque demonstrare conantur, tum rationibus, tum exemplis ex rebus humanis desumptis. Et post indicatam Orationem Chrysostomi subdit; Τὸ γὰρ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσιν εὕροις ἂν ζητήσας πάσαις ἀνάγκαις. οἷς δὲ ἅπαντα ἴσα ἴσοις ἐστὶ καὶ ὁμοτίμοις, καὶ ὁμοδόξοις, καὶ κράτος ἓν, καὶ βασιλεία, καὶ δύναμις ἡ αὐτὴ, καὶ ταυτότης φύσεως καὶ ἐνέργεια, τούτοις οὐ σωφρονοῦντος ἀνδρὸς ἀνατιθέναι τάξιν πειρᾶσθαι τὴν, τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον λεληθότως παρεισάγουσαν, καὶ μονονοὺ τινα πόλεμον τῇ εἰρηνοποιῷ καὶ εἰρηνικωτάτῃ προξενοῦσαν Τριάδι. *Primum enim & secundum prorsus in maioribus & minoribus, si lectioni studueris, inuenies: quibus vero omnia paria sunt, cum æqualem honorem & gloriam possideant, & vnam facultatem, & vnum robur, atque imperium habeant, & naturæ identitatem atque operationem, his ordinem assignare conari, haud prudentis hominis fuerit, qui maius & minus latenter introducat, & tantum non bellum pacificæ atque pacatissimæ Triadi concitet.* Cæcitatemne, an stupiditatem dixero? Annon legit Emmanuël in hac eadem Oratione Chrysostomum de ordine in Trinitate dicere? Οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων

διακριτικὴ τάξις τοῖς ἀξίοις καθέστηκε γνώριμος, ἡ δὲ τῶν φύσεων διακριτικὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπόβλητος. *Itaque diuinas hypostases ordo discernens dignis innotescit; qui vero naturas discernat, in sancta Trinitate prorsus reijcitur.* Est ergo ordo in Trinitate secundum Chrysostomum personarum, cum personæ alia atque alia est, & prima, & procatarctica, & aliarum origo præintelligitur Pater, qui generat Filium, & per Filium producit Spiritum sanctum. Et plane Emmanuël Chrysostomum non intellexit, qui dat ordinem in Trinitate, sed illum inordinatum. Est enim, atque intelligitur supra omnem ordinem. Quid vero diceret Emmanuël de rebus alijs omnibus, quæ de Trinitate ipsa prædicantur, atque intelliguntur, cum ad illa omnia supraeminens, supraexcellensque se habeat, & nihil est illi a Theologis adaptatum, respectu cuius ipsa non sit, & dicatur per excellentiam? An propterea & rebus illis Triadem spoliabit? Quodsi id fecerit, præ alijs Deum quoque esse eandem; esse & dici Triadem ipsam negabit. Sed erit hoc? non erit. Neque enim, quæ supra nostrum captum sunt, & de ea pronunciantur, priuationem supponunt. Sed Trinitatem Deum esse palam confitemur atque pronunciamus, quod vero ea supra omnes Deos

est,

est, superdiuina in scriptura dicitur; eanque esse essentiam, & lumen hæsitatione procul prædicamus & credimus, quod vero ea est super omnem essentiam & lumen sensibile, & intellectuale superessentialis & supra lumen omne indigitatur. Hinc perquam optime Dionysius Areopagita priuationes in Deo atque negationes secundum exuperantiam dici decernit. Quid adeo scitus Imperator diceret, si ad mentem reuocasset, quæ prædictus Dionysius de Deo prima omnium causa pronunciat, non esse eum, neque animam, neque mentem, neque rationem, neque ordinem, neque magnitudinem, neque motum, neque quietem, neque lucem, neque potentiam, neque vitam, neque essentiam, neque veritatem, neque regnum, neque sapientiam, neque vnum, neque vnitatem, neque bonitatem, neque Spiritum, neque paternitatem, neque filiationem, tandenque, οὐδέν τι τῶν οὐκ ὄντων. Οὐδὲ αὐτὴ γινώσκει τὰ ὄντα ᾗ ὄντα ἐστίν. *Non esse quiquam eorum, quæ non sunt: neque quæ sunt, ea cognoscit, quatenus sunt.* Et similia, a quo non videtur longe abijsse Gregorius Nazianzenus;

Σοὶ ἔνι πάντα μένει. Σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει
Σὺ πάντων τέλος ἐσσὶ, καὶ εἷς, καὶ πάντα, καὶ οὐδείς,

Οὐχ

Οὐχ ἓν ἐὼν, οὐ πάντα. πολυώνυμε, τί σε καλέσσω Τὸν μόνον ἀκλήϊστον; *In te omnia permanent. ad te confertim festinant omnia. Tu omnium, finis, tu vnus, & omnia, & nihil rerum, cum neque vnum sis, neque omnia; quem te appellem, qui solus innominabilis es.* Nihil itaque erit Christianorum Deus, ita de eo decernentibus Areopagita & Nazianzeno. Abijt Trias, abijt vnitas, relationes nullæ sunt, tenebræ, & rerum omnium ignorantia occupant, & virtutes, & operationes diuinæ alio amandatæ sunt, quibus nec scriptura ipsa sacra, nec Euangelium fauerit; cum omnia contra atque in illis leguntur hic Dionysius stabiliat. Sed ne te turbent hæc Dionysij verba, Expositores omnes inquiunt. Non sunt blasphemiæ hæ, sed veritas ipsa. His siquidem demonstrat, nihil eorum esse Deum, quæ sunt, sed esse supra omnia: productor enim omnium, non potest esse aliquid productorum. Non esse animam, neque mentem: neque enim est homo, neque Angelus; non esse rationem, qua vtuntur creaturæ, non esse ordinem, non esse magnitudinem, neque quietem & similia, quia vti homines ea concipiunt in Deo non sunt, sed superiori quodam modo, & per excellentiam, & vti Deo, qui supra omnia est, conuenit. Cum omnis humana cogitatio, di-

dicebat idem Dionysius, error quidam sit, si cum diuinarum absolutissimarumque intelligentiarum firmitate stabilitateque comparetur: & nulla vnitas vel trinitas, neque numerus, neque vnitas, vel fœcunditas, nec aliud quidpiam eorum quæ sunt, aut eorum, quæ alicui existentium sunt cognita, explicat arcanum illud, omnem rationem & mentem superans superdeitatis superessentialiter supra omnia superexistentis. Huius neque nomen, neque rationem est assignare, sed inaccessum omnibus eminet. Concludamus cum Maximo Homologeta, Γονιμότης οὖν, ἢ ἕτερόν τι ὄνομα τῶν συνεγνωσμένων ἀνθρώποις, ἢ καὶ αὐταῖς ταῖς νοηταῖς δυνάμεσιν, οὐκ ἂν παραστήσειε τρανῶς τὰ ὡς εἰσὶν ἐκ πάντων ἀποκεκρυμμένα τοῦ Θεοῦ. Πῶς γὰρ δυνατὸν ὀνομάσαι ἀπό τινος τῶν ὄντων τὸν Θεὸν, μήτε τι τῶν πάντων ὄντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα. *Itaque fœcunditas, vel quodcumq; nomen hominibus siue etiam ipsismet intellectualibus virtutibus notum non posset Dei abscondita clare, pro vt sunt, explanare: quomodo enim Deus, qui nihil est eorum quæ sunt, sed supra res omnes existit, nomen e re quapiam accipere possit?* Maximum exscripsit Georgius Pachymeres in Paraphrasi. Est ergo in Triade ordo secundum etiam Dionysium, sed ἄτακτος ex Chrysostomo, quia supra omnem ordinem est: non

quia

quia abſolute non eſt. Et videtur plane infans hic Imperator in rebus diuinis, cum ſcribit, *Primum & ſecundum in maioribus & minoribus eſſe, non vero in paribus & æqualibus.* Non enim adnotauit Baſilij δευτερεύειν *ſecundas partes habere*, & ὑστερίζειν Nyſſeni, *poſterius eſſe*, & *maius*, & *minus* tot aliorum Patrum de diuinis hypoſtaſibus dicta, nunquam vero de eſſentia, & tamen diuinæ hypoſtaſes paria omnia poſſident, & æqualia. Sic ordinem dixit Chryſoſtomus eſſe Διακριτικὸν τῶν ὑποστάσεων, οὐ τῶν φύσεων, *diſcernentem hypoſtaſes, non naturas*. Prudentis itaque hominis fuerit, dicta Patrum ſequi, quæ ſimilia non latenter ſed palam in Trinitate introducunt, modo tamen ſano intellecta. Tum enim tantum abeſt, vt pacatiſſimæ Triadi bellum inferatur, vt etiam illius vnitas, & perſonarum diſtinctio abſque diuiſione, vti vere eſt, pro captu tamen humano, laudetur & prædicetur.

CA-

CAPVT LXVIII.

Hinc concluditur mediatio Filij inter Patrem & Spiritum sanctum, & quænam ea sit.

SI quis vero petat a nobis, quænam est ista mediatio inter Patrem & Spiritum Filij, quam non ambiguis verbis Nyssenus exposuit, & nos in illius declarationem nonnulla attulimus, *Filij mediatione illi vnigenitum conseruante, & Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente?* Ego ad ipsum Nyssenum quærentem remitterem, a quo puto non aliam reportaturum responsionem, quam res diuinas neque cognosci, neque comprehendi posse: vel cum Nazianzeno dicerem; *Dicito mihi modum generationis, & processionis, & ego dicam tibi Filij mediationem*. Et alibi. Δός μοι ἕτερον Θεὸν, καὶ ἑτέραν φύσιν Θεοῦ. Ἐγὼ δὲ αὐτὸς ἐμφανίσω σοι δι' ὁμοίου τὴν ἀμφισβήτησιν. *Da mihi alium Deum & aliam diuinam naturam, & ego per simile dubitationem tibi declarabo*. Vel non minus acutius cum Ioanne Vecco Patriarcha Constantinopolitano Capite septimo de Processione Spiritus sancti. Οἱ γὰρ τῶν δογμάτων λόγοι, ἐπεὶ μὴ ἀνάγκαις εἰκό-

τι φυσικαῖς, καὶ περὶ ἀκαταλήπτε εἰσὶν εἰρημένοι ἐσίας καὶ φύσεως τοῖς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις πίστει ἀναποδείκτῳ ἀσπαθήσονται τὰ πολλά. εἰ δὲ καί τις χρεία λόγων ἔσται τοῖς φιλομαθοῦσι ἐκ ἐριστικῶς διαπορουμένοις, ὁ τῶν λόγους ἀπαιτούμενος, ἐκεῖνα ἐρεῖ, ἅπερ παραστῆσαι δυνήσεται ἁγίοις ἀνδράσι καὶ θεολόγοις προειρημένα, ὡς ἡ Ἐκκλησία διδασκάλους εὐσεβείας καὶ παρέλαβε, καὶ ὁμολογεῖ. *Sermones enim de dogmatibus, cum necessitatibus naturalibus non subiaceant, prolatique sint de incomprehensibili essentia & natura, pietatis cultores fide, quæ demonstratione non eget, vt plurimum amplectentur. Quodsi aliquando sermonum opus fuerit ijs, qui disciplinarum studio, & non contentionis addubitant, a quo sermones deposcuntur, ille prorsus docet, quæ probare poterit a sanctis Patribus, Theologicisque viris, quos Ecclesia & pietatis Magistros & accepit & agnoscit antea fuisse dictata.* Concludamus hoc dictum cum Cyrilli mente & exemplo ex Thesauris. Εἰ τοίνυν ἐχ ὅσα προσεῖναι λέγεται κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ, ταῦτα πάντα ἔσται αὐτοῦ καὶ ἐσία, λείπεται λέγειν αὐτὰ τῇ ἐσίᾳ συμβεβηκότα, μέχρι μόνης φωνῆς ὑπονοούμενα. ἐκ ἔχει γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις μεῖζόν τι τῶν καθ' ἑαυτὴν λέγειν ἐπὶ Θεοῦ. Διὸ δὴ τοῖς ἰδίοις ἔθεσιν ἐπ' αὐτοῦ κεχρήμεθα, τὰ καθ' ἑαυτῶν μειζόνων ὑπόδειγμα ποιούμενοι, ὥσπερ οἱ ἐν μικρῷ πίνακι τὸν ἐράνιον καταγράφοντες κύκλον. *Si ergo non quæcunque Deo naturaliter insunt, essentia*

tia ipsius sunt, superest, ut ea accidentia esse ntia dicamus sola voce ita appellata: neque enim potest humana natura maius aliquid, quam pro suo ipsius modulo de Deo dicere; quo fit ut nostro more in explicanda illius natura vtamur per ea, quæ nobis insunt, quasi per exempla, maiora, hoc est diuina declarantes, ut qui in exigua tabella cœlestes orbes describunt. Cum itaque mediationem personarum in Trinitate concipis, caue tibi interualla temporum excogites, & separationem realem, quemadmodum in nostris indiuiduis, mente comminiscaris. Tum enim idem esset tres Deos asserere, & mediationem Filij in Triade statuere. Quare Nysseni Verbis confisus, mediationem hanc nihil aliud esse dixero, quam naturalem relationem, qua per Filium Patri Spiritus coniungitur, tanquam qui ex Patre per ipsum procedit. Vide quæ supra de hac mediatione diximus. Hinc addebat Veccus; Ὅπως δὲ ὁ θεωρητικώτατος καὶ διαβατικώτατος νοῦς οὐ φθάνει τὸ κατὰ τὴν μονάδα νοῆσαι ἄμεσον, καὶ τὸ κατὰ τὴν Τριάδα φαντάζεται μέσον. καὶ ὅπως οὐ φθάνει τὸ κατὰ τὴν Τριάδα φαντάσασθαι μέσον, καὶ τῷ ἀμέσῳ τῆς μονάδος ἐλλάμπεται λόγος φυσικὸς παραστῆσαι οὐδείς. *Modum vero quo mens speculationi addictissima, & res alias intensissime penetrans, non est potis, quod in monade est, immediatum concipere, & in Triade medium concipit, & quod in*

Triade, medium est, non est potis animaduertere; & monadis immediato illustratur, nulla naturalis ratio consequitur. Supponebat tamen, vt captus humanus intelligere poterat; speculemur ignem, qui neque principio neque fine vllo circumscribitur, tum longe lateque vagantes non reperimus, vbi subsistamus, neque vbi accumbamus, vnitatem nullis terminis inclusam, vniuersum illud essentiæ pelagus cognoscimus. Et erit vere illa vnitas interminata, neque alicunde principium agnoscens, neque loco in aliquo finiens. Si hanc monadem in Triadem diuidere tentauerit intellectus, totus in diuisione excogitata fit, omnem essentialis realisque diuisionis cogitationem expellens, tum in hac per intellectum pertentata diuisione quomodo Trinitas Trinitas fuerit? & fortasse Sabellij diuisio reuiuisceret. Quodsi contendas, dum diuisio illa realis non sit, sed tantum per intellectum excogitata, mediationem quoque illam esse in sola nuda voce temerarie loqueris, & pietatem vulneras. Sic non vocibus insistentes, sed in sententias dictionum penetrantes capimus non propterea, quod naturaliter & essentialiter Filius mediat in Spiritus ex Patre processione, naturam diuinam diuidi, sed quod coniungitur Spiritus essentialiter

Patri per Filium, in vnitatem essentiæ Tria-
dem cogi. Nec alio modo Christus ex Patre
Spiritum procedere dixit, omnia ad Patrem
vti ad causam primariam & principalem
referens ; Athanasius nihilominus scripsit ;
Ἐκ τοῦ πατρὸς, ὡς παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς
ἐκπορευόμενον. *Ex Patre vti ex Verbo, qui ex
Patre est, procedens.* Et Nyssenus cum dixisset,
Filium *contigue esse ex primo*, Patre scilicet, ad-
dit, *Spiritum per illud, quod est contigue.* Et Cy-
rillus palam edocuit, *ex ambobus*, nempe ex
Patre & Filio, tum demum explicans scri-
psit, *ex Patre per Filium.* Sic Damascenus,
ex Patre asserens, vti ex prima causa, &
primo principio, *non ex Filio* connectit,
vti nempe ex primo principio, nec da-
mnat illud, *ex Filio*, quasi ex contiguo, aut
per illud quod contigue est. Desipit ergo
Theodorus Ducas Lascaris, qui tot tantorum
Patrum dictis aduersans, non veretur scribe-
re Orat. prima de Processione Spiritus sancti.
Οὐκ ἔστι χρόνος ἐν τῷ Θεῷ. ὅτι οὐκ ἔστι τὸ πνεῦμα
ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ. τοῦτο γὰρ χρόνου παραί-
τιον. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ. εἰ γὰρ
πρῶτον ἐκ τοῦ πατρὸς καθὼς ὡμολόγηται. ἐξῆς δὲ ἐκ
τοῦ υἱοῦ, πρώτου καὶ δευτέρου θέσιν ὑποδηλοῖ τὸ ῥητόν.
ἀλλ' οὐκ ἔστι θέσις ἐν τῷ Θεῷ. *Non est tempus in
Deo, quod non est Spiritus ex Patre per Filium.
Hoc siquidem temporis causa est. non est ergo*

Spiritus ex Filio. Etenim si primum ex Patre, vt in confessis est, deinceps ex Filio, primi ac secundi positionem denotat. Sed non est positio in Deo. Quod Patres asserunt, Theodorus negat. Quod illi nec somniarunt quidem, illis appingit. si enim *per Filium* tempus in Trinitate constituit, & Patres, vt videmus, dicunt *per Filium*. Ergo Patres damnandi, tanquam qui tempus in Trinitate constituunt. Miseram Patrum conditionem! Sed nolo peius aliquod de Schismaticis dicere. Illud sane non negabitur, vt sua defendant, & videantur aliquid dicere, & Patres, & Concilia, & vniuersæ Ecclesiæ auctoritas vilescant necesse est. Et hæc modo satis dicta sint de dictis Patrum, quæ vocibus aliud atque aliud notare videntur, sententiæ tamen vnum sunt, vnumque exprimunt.

CAPVT LXIX.

Pater & Filius vnum principium Spiritus sancti ex Latinis Patribus, & Cyrillo.

ET principij rationem ad vnam tantum originem redigi, quia Filius & Spiritus sanctus non a se hoc habent, vt principium sint, sed a communi stirpe, docent etiam inter Latinos Augustinus 4. de Tri-

Trinitate cap. 20. ad illa Euangelica; *Quem mittet Pater in nomine meo*, &, *Quem ego mittam vobis a Patre*, non tantum dixisse, *quem mittet Pater, a me; videlicet ostendentem, quod totius diuinitatis, vel, si melius dicitur; Deitatis principium Pater est*. Et lib. 15. cap. 17. cum dixisset, Spiritum sanctum de Patre principaliter procedere, mox addit: *Ideo autem addidi principaliter, quia & de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur: sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam existenti, & non dum habenti. Sed quidquid vnigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & Spiritus sanctus Spiritus esset amborum.* Et libro contra Maximinum Arianum inquit; *Sed ideo cum de illo Filius loqueretur, ait, de Patre procedit, quoniam Pater processionis eius auctor est, qui talem Filium genuit, & gignendo ei dedit, vt etiam de ipso procederet Spiritus sanctus*. Et Tractatu 99. in Ioannem cum eundem Spiritum de Patre principaliter, & de vtroque procedere asserit, tum caussam reddens, quare Filius dixit, de Patre procedit, *Cur*, inquit, *putas, nisi quemadmodum solet ad eum referre & quod ipsius est. de quo & ipse est. Vnde & illud est quod ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Si igitur hic intelligitur eius doctrina,*

 quam

quam tamen dixit non ſuam, ſed Patris, quanto magis illic intelligendus eſt, & de ipſo procedere Spiritus ſanctus, vbi ſic ait, de Patre procedit, vt non diceret, de me non procedit? a quo autem habet Filius vt ſit Deus, eſt enim de eo Deus, ab illo habet vtique, vt de illo etiam procedat Spiritus ſanctus: ac per hoc Spiritus ſanctus, vt etiam de Filio procedat, ſicut procedit de Patre, ab ipſo habet Patre. Ideoque Petrus Abealardus concludebat Lib. 2. Introductionis Theologicæ cap. 15. *Si a ſolo Patre procedere Spiritum Græci intelligant, eo ſcilicet, quod ſic ab ipſo ſit, quaſi a ſummo, & non exiſtente ab alio, nulla,* inquit, *eſt ſententiæ controuerſia, ſed verborum diuerſitas.* Sed litem Cyrillus ipſe dirimat, qui lib. 5. ad Hermiam ſcribit; Οἱ δὲ τοῖς σφῶν αὐτῶν συναθλούντων δόγμασι, καὶ πειράθων ἀναπείθειν, ὡς ἀμείνων μὲν ἢ καθ' υἱὸν ζωοποιὸς ὁ πατὴρ, μείων δὲ ἢ κατ' αὐτὸν, καίτοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἴσασι μὲν οὐχ οἷοί τε τοῦτο δρᾶν. *Hi autem ſua dogmata adiuuent, & attentent ſuadere excellentiore quodam modo, quam non eſt Filius Patrem viuificum eſſe, minoremque eſſe Filium quam Pater ſit, licet vita natura ſua Filius ſit. Sed ſcio quod non poſſunt hoc facere.* Et poſt pauca. Εἶτα τιμᾶν οἴονται τὸν πατέρα, τὸν δὲ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα κατὰ φύσιν υἱὸν ταῖς εἰς τὸ μεῖον καταλυποῦντας ψήφοις

φοῖς, καί τοι λέγοντα σαφῶς, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. τίνα γὰρ τρόπον καταθεασαίμεθα ἂν ζωὴν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν υἱόν; τί δ' οὐχὶ καὶ φάσκοντι πιστευτέον, τὸ ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή; συνάρθρως δὲ καὶ μοναδικῶς ἑαυτὸν εἶναι λέγων τὴν ζωὴν, ἆρ' οὐκ ἐξωθεῖ αὖ τοῦ εἶναι ζωὴν τὸν πατέρα καὶ Θεὸν, εἰ μὴ φύσεως μιᾶς ἄμφω τε, εἶναι δώσομεν, καὶ δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ τὸ χρῆμα ἰέναι, καὶ οὔτοι παρὰ δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος Θεοῦ. *Postmodum honorare putant Patrem, dum Filium ex eo ſecundum naturam natum, ſtis calculis, vt minor ſit, oſtendunt, quamuis manifeſte dicat; Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. &, qui videt me, videt & eum qui miſit me. Nam quomodo videremus vitam exiſtentem ſecundum naturam & Filium? Cur autem non & dicenti credendum, Ego ſum via, veritas, & vita? Cum articulo autem & ſingulariter ſeipſum eſſe dicens vitam, annon Patrem & Deum ſuum negauerit eſſe vitam, niſi vnius naturæ ambos dederimus, vt per ambos ad nos æqualiter vitam venire, & non ex duobus, ſed ex vno Deo nos viuificante.* Et libro 6. ὃ γὰρ αὖ δρῷτο παρὰ πατρὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶν ἐνέργημα τοῦ υἱοῦ. καὶ ὅτι αὖ λέγοιτο διαπεραίνεσθαι δι' υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ πατρός. πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ. *Quidquid etenim a Patre fit, id*

ipſum

ipsum prorsus Filij operatio est ; & quidquid dicitur per Filium perfici, id ipsum res gesta a Patre est. Omnia enim per vtrumque æquo modo procedunt. Non dici potuit clarius. Non tantum in diuinis personis *Solus* annexum, reliquas non excludit, sed etiam si negatio apponatur, non inde tamen fit, vt alia hypostasis non intelligatur. Probat dicto Christi, Qui credit in me, non credit in me. Et tamen in Deum dum credimus æquo modo credimus & in Christum, & in Spiritum sanctum: & quidquid ab vna hypostasi fit, hoc idem ab alia quoque fieri credendum est. Dices de naturalibus & essentialibus hoc pronunciatum a Cyrillo, & ijs quæ communia sunt pluribus personis. Esto, sed ex Cyrillo ipso, vt supra pluribus ostensum est, processio Spiritus est communis Patri & Filio, cum non constituat diuersam hypostasim. Ergo in processione Spiritus, si tacetur Filius, dicta processio cum voce *Solus* attribueretur Filio, adde etiam nunc ex Cyrillo, etiam si negaretur, cum Filius concurrit, & vna eadenque spiratione Spiritum in sua propria hypostasi naturaliter, & essentialiter emittit. Et nos vltra quærimus de Cyrilli sententia in processione Spiritus? Hæc pro Cyrilliani dicti *ex solo Patre* expositione, si tamen Cyrilli est, satis.

CA-

CAPVT LXX.

Probatur ex Patribus Græcis & Cyrillo, vnum esse principium Spiritus sancti, Patrem & Filium.

HIc videtur demigrare animus Schismaticis, & tantum non lacrymæ præ gaudio cadunt, insultantque dicentes, Italos sic loquentes duo principia in processione Spiritus, alterum Patrem, alterum Filium ponere: & licet id verbo negent, facto tamen ita sentire. Vnionem Patris & Filij, dum ex Patre & Filio Spiritus progreditur, satis multis alij demonstrarunt: quare nos rem breuiter, paucis ex Patribus delibatis, expediemus. Magnus Basilius vocat *Spiritum diuinam naturam, ineffabilem, ex ineffabili ore comparentem*, & non multo post in progressu Orationis, scribit, *non alium esse, qui discipulis insufflauerat, sed eum ipsum, per quem Deus primum creato homini antiquitus inflatum concredidit*. Nanque cum dicit, non alium esse qui inflauit Apostolis, sed eum ipsum, per quem primum homini Deus inflauit, diuinarum personarum notitiam expressit, Dei & Patris, ex quo insufflatus, & Dei & Filij per quem inflatus. In-

de

de colliges, non quidquid ex Patre per Filium dicitur de Spiritu, tanquam ex duabus causis dici, quod ipse insinuat octauo Capite ad Amphilochium; Ἡ δι' υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει. *Per Filium, vox primariæ causæ confessionem continet*. Et hoc idem repetit cap. 16. & in fine lib. 2. contra Eunomium. Confirmatur testimonio Athanasij Oratione quarta contra Arianos; Διδόντος τοῦ πατρὸς χάριν καὶ εἰρήνην, αὐτὴν καὶ ὁ υἱὸς δίδωσιν. μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ χάρις ἐστὶν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐν υἱῷ, ὥς ἐστιν ἓν τὸ φῶς τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος. καὶ τὸ φωτίζειν τοῦ ἡλίου διὰ τοῦ ἀπαυγάσματος γίνεται. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος πρὸς Θεσσαλονικεῖς λέγων, αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, τὴν ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐφύλαξεν. οὐ γὰρ εἶπε, κατευθύνοιεν παρὰ δύο διδομένης, τούτου καὶ τούτου, ἀλλὰ κατευθύναι. ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ δίδωσι ταύτην. *Elargiente Patre gratiam & pacem, eam & Filius elargitur: vna enim eademque gratia est ex Patre in Filio, vti est vnum lumen solis & radij, & illuminatio solis per radium est. Propterea & Paulus ad Thessalonicenses scribens, ipse Deus & Pater noster & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos, vnitatem Patris & Filij conseruauit: neque enim dixit, dirigant, quasi a duobus id concederetur, sed dirigat,*

vt ostenderet, eam a Patre per Filium tradi. Ex Athanasio Cyrillus sua hausit in Thesauris; Οὕτως ἕν εἰσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. καὶ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἐμφερής ἐστιν αὐτῷ, ὡς ἂν ἐφ' ὑμῶν νοηθείη υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα κατά γε τὸν τῆς οὐσίας λόγον. καὶ ὡς ἂν ἴδοι τις πρὸς τὸν ἥλιον τὸ ἐξ αὐτοῦ προϊὸν ἀπαύγασμα. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ διὰ τὸ οὕτως ἔχειν τὸν υἱὸν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἐργαζομένου τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ ἐργάζεται, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους ἐρχομένου πάλιν αὐτοῦ, ὁ πατήρ ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, ὡς αὐτὸς ἔφησεν. ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. πάντα γὰρ, καθάπερ ἤδη προείρηται, παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ γίνεται. καὶ γοῦν ἐάν ποτε τισὶν ἁγίοις δίδονται χάρεις, ταύτην ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ χορηγήσας φαίνεται. καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος γράφων πρός τινας, χάρις ἡμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. πάλιν ὁ αὐτὸς ἑτέροις ἐπιστέλλων. αὐτὸς δὲ ὁ πατὴρ καὶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. ἀλλ' εἰ μή τις ἦν ἑνότης πατρὶ πρὸς υἱὸν εἶπεν ἄν, κατευθύνοιεν τὴν ὁδὸν ἡμῶν, ἵνα τοὺς δύο σημάνῃ. νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ. τὴν δὲ ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τηρήσας, σαφῶς τὸ κατευθύναι τέθεικεν ἑνικῶς οὐχ ὡς ἴδια μὲν τοῦ πατρὸς, ἴδια δὲ χορηγουμένου τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ὡς πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἐκ τῆς μιᾶς θεότητος πεμπομένων τῶν χαρισμάτων εἰς τοὺς ἁγίους. *Ita est vnum Pater & Filius, eaque ratione similis ipsi est, quemadmodum in nobis filius*

ratione essentiæ similis esse Patri intelligitur: & quemadmodum splendor ex sole procedens. Idcirco cum ita se habeat Filius ad Patrem, operante Filio, operatur & Pater; eoque rursus ad sanctos veniente, venit etiam Pater, sicut ipse ait, Veniemus ego & Pater, & mansionem apud ipsum faciemus. Omnia enim, vt modo dictum est, a Patre per Filium fiunt. Idcirco siquibus vnquam sanctis gratia data est, eam Pater per Filium largitus fuisse cernitur. Cuius rei Paulus testis est ad quosdam scribens; Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Domino Iesu Christo. & ipse rursum alibi; ipse Pater & Deus noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. At si non esset vnitas Patris cum Filio; dixisset profecto, dirigant viam nostram, vt duos significaret. Nunc vero id non facit, vnitatem autem Patris & Filij manifeste obseruans, singulariter dixit, dirigat. non quasi seorsim Pater, & seorsim Filius suppeditet gratiam, sed tanquam Pater per Filium in Spiritu sancto ex vna Deitate dona sua sanctis conferat. Hæc eadem & similia alibi repetit sæpius. Non ergo conceditur ex expositione tradita opinari, quidquid, siue de creatione sermo sit, siue de rerum creatarum prouidentia, siue de donorum largitione ex Patre & Filio ex duabus causis esse. Quid op-

poneret Schiſmaticus, cum in innumeris Patrum teſtimonijs inuenerit Spiritum ſanctum ex Patre per Filium habere eſſe, exiſtere, effundi, ac procedere? Nemo ergo dubitabit, vocem *per Filium* primariæ cauſæ confeſſionem continere. Vbicunque enim *per Filium* accipitur, ſi non pro naturali cum Patre vnione Filij, ſecundum inſinuatam ex *Per* præpoſitione primariæ cauſæ confeſſionem, accipiatur, erit prorſus neceſſarium in vſum miniſterialis cogitationis aſſumere. Sed cum hoc pietatis ratio prohibeat, clarum remanet eſſentialem vnionem per Filium indicari, cum dicimus, ex Patre per Filium Spiritum eſſe, & procedere. Sic nullum diſcrimen fuerit dicere, Spiritum ex Filio eſſe, & ex Patre per Filium. Hinc Cyrillus ipſe ad Hermiam lib. 6. Ὃ γὰρ ἂν δρῷτο παρὰ πατρός, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶν ἐνέργημα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅπερ ἂν λέγοιτο διαπεραίνεσθαι δι' υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ πατρός. πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ. *Quidquid a Patre fit, hoc modis omnibus operatio quoque Filij fuerit: & quidquid dicitur a Filio effici, hoc idem prorſus & a Patre dicitur confici: omnia ſiquidem ab vtroque æqua lance.* Itemque; Πῶς οὖν δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ ἰέναι δώσομεν τὴν ζωήν, καὶ ἤτοι πω δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος Θεοῦ. *Quomodo*

non

non per utrumque in nos immitti æqua ratione vitam concedamus, & non ex duobus, sed tanquam ex uno omnia viuificante Deo. Qua ergo fronte Schiſmatici, & inter eos primarius Photius audent aſſerere, Latinos in proceſſione Spiritus duo principia ponere, & ſic Monarchiam in Trinitate deſtruere? Si ad duo principia Spiritus referretur, principium vnius deſtrui, nemo inficias iuerit; ſed vbi per Schiſmaticos Italus deprehenditur, duo in Trinitate aſſerere principia? Id nunquam oſtendent Schiſmatici. Palam enim aperteque vnum proceſſionis Spiritus principium Patrem & Filium recognoſcunt. Et vt clarius explicetur. Latini dicentes ex ambobus Spiritum vnum procedere, non vnius Spiritus duo principia faciunt: amborum enim vnum ad alterum refertur vti ad vnicum principium, & ſic ambo vnum erunt principium. Nanque ſi quiſpiam diceret, ex duobus vnum procedere, quorum neutrum ex altero eſſet, tum modis omnibus abſque vlla hæſitatione duo principia introducerentur: cum duorum ex vno progredientium progreſſus, vnius quidem immediatus, alterius mediatus, vnum pari modo principium eſt. Et exemplo appareat, nullum in ſe continere abſurdum, licet nullum proprium exemplum, atque accommo-

modatum afferre possumus. Assumatur Imperator, Copiarum ductor, & Miles, vel, si magis arridet, Adamus, Eua, & Sethus. In his miles veluti ad principia deducitur, Imperatorem, & Copiarum ductorem, quæ non sunt duo principia. Nanque copiarum dux ad Imperatorem refertur. Vnum itaque sic est principium & Copiarum ductoris & militis Imperator; licet miles principium sui habeat Copiarum ductorem, & hoc ipsum Copiarum ductoris nomine, qui ταξιάρχης dicitur, innotescat. Rursus Sethus vti ad principium suum infertur, Adamum & Euam, cum ex vtroque sit. Sed quoniam Eua ex Adamo existens, ad Adamum vti ad principium deducitur; propterea non duo principia sunt, sed vnum. Sed ne vitium exemplo obijcias, quod improprium sit: illud tamen admitte propter aliquam similitudinem. Neque enim imago in omnibus, quæ refert, similis esse quit, & potissimum in sacratissima Triade; cuius nulla excogitari potest similitudo. Id quoque de numeris philosophamur: eorum siquidem alij sunt pares, alij impares, quod genus philosophandi sanctis nostris Patribus familiare est. Parium principium sunt duo, imparium tria; & nihilominus numerorum principia non sunt duo, sed amborum po-

tius vna vnitas, ad quam binarius & ternarius referuntur. Rursusque ternarius ex vnitate, & dualitate, vti ex duobus numeris, & alio tertio modo. Sed quia dualitas principium sui habet vnitatem, propterea & dualitatis, & triadis vnum principium vnitas est. Veruntamen dualitatem principium monadis dicere, veritati non consonat. Itaque in sancta Triade, cum fatemur Spiritum sanctum ex Patre & Filio, absurdum est opponere Latinis, duo inde principia sequi: sed cum Filius habeat Patrem sui principium, vnum fuerit principium, & nulla firma ratione colligitur inconueniens. Et vnum principium creationis, quæ fit ex Patre per Filium in Spiritu sancto agnoscunt etiam Schismatici. Simeon Thessalonicensis in Interpretatione Symboli. Καὶ τὸ, ἐνεφύσησε, καὶ ἐνέπνευσε, καὶ προχέει, καὶ βλύζει, καὶ τὰ τοιάδε, ὕστερον καὶ δι' ἡμᾶς. οὐ λαμβάνει δὲ ὕστερον τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ τέλειόν ἐστιν ἐξ ἀρχῆς. ταῦτα δὲ δῶρα κατὰ καιρὸν ἡμῖν παρεχόμενα χαρίσματα τῆς μόνης Τριάδος ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ, ἐν πνεύματι χορηγούμενα. ὡς καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ λόγῳ Θεοῦ καὶ πνεύματος δυνάμει δημιουργικῇ ἐστερεώθη. μία γὰρ ἐνέργεια τοῖς τρισί. εἷς αἴτιος ὁ πατὴρ καὶ τοῦ Λόγου μὲν καὶ τοῦ πνεύματος φυσικῶς, μετὰ τοῦ Λόγου δὲ καὶ πνεύματος καὶ τῶν κτισμάτων αἴτιος δημιουργικῶς. *Et illa, inflauit, insufflauit, ef-*

fun-

fundit, & ſcaturit, & ſimilia, poſtmodum, & propter nos. Non enim poſterius accipit aliquid Spiritus: ſed perfectus eſt a principio. Hæc autem dona præſcripto tempore exhibita, ſolius Trinitatis ex Patre per Filium in Spiritu ſuppeditantur. vti cœlum & terra verbo Dei, & Spiritus potentia conditrice firmata ſunt: Vna ſiquidem actio tribus eſt; vna cauſa Pater & Verbi & Spiritus naturaliter, cum Verbo vero & Spiritu creaturarum cauſa, creationis modo. Pater ergo per Filium in Spiritu vna eademque ratione ſuppeditat dona Spiritus, & licet dona Spiritus non diſtribuantur immediate a Patre, ſed mediate per Filium, diſtribuuntur vna eademque operatione Patris & Filij, adde etiam ſi lubet, Spiritus ſancti; ideoque vnum principium procatarcticum, atque originarium eſt Pater diſtributionis per Filium, & non duo principia: hoc eſt in diuinis. ſimili modo in creatione; terra & cœlum Verbo Dei, & Spiritus facultate conditrice firmantur vna creatione, & vno principio Patre per Filium in Spiritu, & non duobus principijs. Quamuis alij exemplum de creatione, de qua non poteſt negari vna actio, & vnum principium, licet tres perſonæ ſunt quæ creent, a diuinis excludant, ſed temere: Annon in rebus conditis, & actio-

 ne

ne conditrice, dum per modum creationis operantur, magis & magis & distinctio personarum, & temporum intercedere deberent, quam in actione naturali Patris & Filij, qua producitur naturaliter Spiritus sanctus: & nihilominus in creatione vna actio est trium personarum Patris & Filij & Spiritus, & vnum principium. Stulte ergo negatur de processione Spiritus.

Quid ergo garrit Barlaamus Monachus de processione Spiritus sancti Oratione 4. Ἐπεὶ, ὡς φησιν ὁ αὐτὸς Θεολόγος ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ, μείζων ἐστὶν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, ἀνάγκη καὶ τὸν υἱὸν καθ᾽ ὑμᾶς κατὰ ταυτὸ τοῦτο μείζονα εἶναι τοῦ πνεύματος: οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ πατὴρ μείζων ἐστὶ τοῦ υἱοῦ τῷ αἰτίῳ, ὁ δὲ υἱὸς τῷ αὐτῷ τρόπῳ μείζων τοῦ πνεύματος, ὁ πατὴρ ἄρα καθὸ αἴτιος ἐν πλείονι ἀποστάσει μείζων ἐστὶ τοῦ πνεύματος, ἢ τοῦ υἱοῦ. τὸ γὰρ τοῦ μείζονος μεῖζον πολλῷ μεῖζον. ἀντιστρόφως ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν πλείονι ἀποστάσει ἔλαττόν ἐστι τοῦ πατρὸς καθὸ αἰτιατὸν, ἢ ὁ υἱός. *Quandoquidem, vt idem Theologus tradit Oratione prima de Filio, Maior est Pater Filio secundum causæ rationem, necesse est & Filium per vos, ob hanc eandem causam maiorem esse Spiritu. Igitur cum Pater maior sit Filio secundum causæ rationem, Filius vero eodem ipso modo maior Spiritu. Pater ergo vti causa maiori distantia maior erit Spiritu,*

quam

quam sit Filius. Maius enim maiore multo maius. Et sic vice versa, Spiritus sanctus maiore distantia erit minor Patre vti causatus, quam sit Filius. Et Doctores similes profitentur se nosse Theologiam Patrum. Mi homo; Pater maior est Filio vti causa, Filius maior est Spiritu: primum dixere plerique, secundum asseruit Athanasius, non essentia, non magnitudine, non honore, non alio: eadem enim omnia eodenque modo sunt in Patre & Filio. Ergo Pater maior erit Filio, & Filius maior Spiritu, & tum Pater erit maior maiore. o cerebrum! Erit ergo Elephas Pater, equus Filius, culex Spiritus sanctus. Pater ante omnia tempora Deus Pater & genitor est, & emissor, & Filius genitus & emissor, & Spiritus emissus ex Patre per Filium: quamuis intellectus ob sui imbecilitatem vnum post alium intelligat, re vera tamen cum vnum essentia sint, in tribus hypostasibus sunt: & cum Pater vti causa maior dicitur Filio, maior Filio non est, sic & Filius vti causa maior dicitur Spiritu, maior tamen non est. Sed eadem paritate omnia irradiant, & quamuis hypostasis alia atque alia est, vna tamen est essentia & vna operatio omnium, & sic vnum principium Pater Spiritus per Filium, siue Pater & Filius, & vnum principium rerum omnium creata-

rum Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. ſic eſt vnus Deus Pater & generans, vnus Deus Pater & Filius emiſſores Spiritus ſancti, vnus Deus Spiritus ſanctus ex Patre per Filium emiſſus, vnus Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & non tres Dij, neq; tres creatores, neq; duo principia Spiritus ſancti. Quare abijciantur in diuinis perſonis & diſtantiæ & interualla, & conſeruetur Paternitas Patri, Filiatio Filio, & proceſſio Spiritui ſancto. Quis porro Barlaamum docuit, in ſanctiſſima Triade minoris eſſe dignitatis emitti, quam emittere? Etenim ſicuti Filius de æquali cum Patre honore, ac dominio non cadit, quod inde eſt, ſed ex hoc magis concipimus æqualem illius honorem & dignitatem, quod ex Patre ortum ſuum habet; nanque, vt dicebat Nazianzenus, Quod ſi magnum in Patre eſt, a nullo deriuari, ſed non minus eſt in Filio, ex tali Patre genitum eſſe; ita & de Spiritu argumentandum eſt. qui non minus aliquid habet quam Filius, quod ex Filio procedat. Quinimo minus poſſideret quam Filius, ſi ea ratione ex Filio creaturis mitteretur extrinſecus, & non ex proprijs viſceribus, quod affirmabat Bulgariæ Theophylactus, cum eum alijs creatis Spiritibus annumerans, ſcribens, ea ipſa ratione a Deo mitti in miniſterium. Hinc addiſcito Schiſmatice,

tice, Quod si magnum est in Filio emittere Spiritum sanctum, sed non est minus in Spiritu sancto procedere ex tali Filio, qui naturaliter est Deus Verbum vnigenitum vnius genitoris Dei & Patris. Quinimo de præexcellentijs Filij caderet, si ex Filio ille mitteretur, & non essentialiter ex illo procederet. Et hanc Barlaami imminutionem non potuit aptius reprobare Gregorius Nyssenus Orat. de Spiritu sancto contra Macedonium; Ἐφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστιν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεως τινὸς τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθοῖτο εἶναι τὴν πρώτην φλόγα, ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν· ἔπειτα κατασκευάζει πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν, τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λογίζεσθαι. κἂν παραπλησίως καίῃ, καὶ φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. *In quibus quæ secundum bonum operatio est, nullam imminutionem, aut immutationem habet; quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem secundum numerum imminutionis alicuius, aut secundum naturam immutationis signum esse existimare. Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdiuisam flammam*

conspiciens, causam vero tertij luminis, supponamus esse primam flammam ex communicatione cum medio extremam inflammantem, postmodum astrueret in prima flamma abundare calorem, eam vero quæ subsequitur immutari, & paulatim imminui, tertiam nec ignem amplius censendam esse, licet æqua ratione aduret, & splendeat, omniaque ignis operetur. Non ego te nunc ad verborum angustias adigo, neque ad literarum angulos reuoco, sed in æquitatis & veritatis campo tecum dimico, armis illis, quæ mihi subministrat Nyssenus, a quo si dissentias, notam apud tuos temeritatis & parum rectæ fidei non effugies; si consenseris, cum reliquis Ecclesiæ catholicæ filijs veritatem enuntiabis, & in posterum a similibus nugamentis diuendendis prudens abstinebis. Aduerte itaque animum, vt æque hæc mecum scias. Decernit Nyssenus, *in quibus secundum bonum operatio est, nullam imminutionem, aut immutationem haberi, & ordinem secundum numerum, nullum immutationis aut imminutionis signum esse*; in Trinitate scilicet, in qua secundum bonum operatio est, & ordo secundum numerum, nullam imminutionem aut immutationem intelligi vel esse. & contrarium huic opinari, *non esse rationi consentaneum*, idque probat exemplo *trium lam-*

pa-

padum accensarum eodem lumine, quarum prima flamma, quæ in secunda ac tertia conspicitur, causa est, eo tamen modo, vt tertiam per mediam inflammet. Si quis porro tum astrueret, *in prima flamma abundare calorem, in secunda paulatim imminui, ac immutari, in tertia sic esse imminutum calorem, vt nec ignis censeatur, licet æqua ratione aduret & splendeat, omniaque ignis operetur,* hic ipse mentis expers habendus est. Sunt in Trinitate tres lampades indiuise diuisæ Pater, Filius, & Spiritus sanctus, prima lampas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Prima ex communicatione cum medio Filio, extremam siue tertiam Spiritum nempe inflammat. & hæ tres lampades sic accensæ, æqua ratione adurunt, & splendent, & omnia quæ ignis sunt operantur. & quia ordo inter eas secundum numerum est, & secundum bonum operatio earum est, omnino ex se pellunt immutationem aut imminutionem, nec vna alia maior est vel minor, nisi secundum rationem originis siue principij, & causati: & Barlaamus non tantum imminutionem in secunda, & immutationem, sed eas maiores etiam in tertia, & maiorem distantiam in Spiritu a Patre, quia sit a Patre per Filium somniatur. Ex actus est eiusmodi rerum diuinarum doctor Nyssenus. Videmo-

le-

leuemque hominem, amens dixerit, præponendum esse Nysseno de rebus diuinis certo docenti. Id si secus videtur Schismaticis, & Barlaamum sapientiorem, & maiore rerum cœlestium cognitione præditum, quam Nyssenus fuerit, iactant, nonne aduersus Deum impudenter argutantur.

CAPVT LXXI.

An sit aliquod discrimen inter emissionem Spiritus ex Patre, & emissionem Spiritus ex Filio.

QVærunt præterea Schismatici. Si Spiritus procedit ex Patre, & procedit ex Filio, & est Spiritus emissor Pater, & emissor Filius, quod discrimen fuerit emissoris & emissoris, & processionis ex Patre, & processionis ex Filio? Possem ab ipsis antea poscere, vt explicent, Quodnam discrimen est inter generationem & processionem, tum ipse assignarem discrimen, quod est inter processionem ex Patre, & processionem ex Filio. Sed nunc tantummodo dico, nullum esse temporis interuallum, quod processionem ex Patre, & processionem ex Filio diuidat. Neque enim prius a Patre procedit, posterius vero a Filio,

lio, vel contra; ſed procedens ex Patre per Filium procedit, & procedens per Filium quaſi per medium, etiam ex Patre tanquam Filij fonte procedit. Nec eſt huiuſmodi proceſſionis differentia, niſi quis mediatum & immediatum inſinuet, & ſecundum iſta diuidi contendat proceſſionem, cum nullum aliud diſcrimen poſſit excogitari. Si dicat Schiſmaticus. Itaque ſi Pater per medium Filium Spiritum producens, mediate ipſum producit; Filius vero immediate emittit: quod per nullum alium Filius ſit contigua cauſa Spiritus, & Pater non eſt contiguus, denuo ſequeretur, aut imminutio Filij reſpectu Patris, aut Spiritus reſpectu Filij, & ſic dabitur locus Ario, Eunomio, Macedonio, & Apollinario. Locum non dari dictis Hæreticis manifeſtum eſt. Hi nanque omnes Deitatem in diuerſas Deitates diſcerpunt, quarum vnam maiorem, aliam minorem, tertiam mediam conſtituunt, aut a natura Patris increata abſcindunt, & Spiritum & Filium ſubalternas naturas, vt ita dicam, & creaturam hanc huiuſce, & hanc alterius firmant, aut Spiritum rurſus in ordinem creaturarum detradunt, apud quos & primum non pium, & contiguum impium, & medium non minus reputatur, & maius & minus, & ſimpliciter ordo, & ante-

terius & posterius, & quod inde subsequitur, & similes voces summa cum impietate ab eisdem intelliguntur, & declarantur. Apud Catholicos vero & ordo dum asseritur, non absona a pietate ratione in Trinitate assumitur, & primum, & prius, & anterius, & posterius, & medium, & maius, & contiguum, & quidquid aliud in diuinorum Patrum Commentarijs reperitur, a pijs hominibus, vti Deo addecet, & diuinis hypostasibus congruit, accipiuntur. Licet enim ex nobis nostrisque voces similes trahantur, non ideo tamen de diuinis vti de nostris philosophamur; sed superiori quodam modo, vti diuinæ naturæ & diuinis hypostasibus conuenit. sic de reliquis alijs nominibus, veluti sunt Generatio, Verbum, Pater, Filius, Spiritus, & alia Theologica, quæ licet ex nostris desumantur, res tamen supra nos significant, exprimuntque: cum alio modo de nobis dicta, alio de diuina Triade considerentur. Et dictionis communio rerum differentias non dirimit, sed rerum differentia, quæ diuersos de ijsdem conceptus insinuat; & vocum similitudine nullo modo pietas læditur. Neque propterea quod apud Hæreticos nonnullæ voces impias sententias exprimunt, eorum vsus reijciendus est, sed admittendæ, si modo illæ pie intelligan-

gantur & afferantur. Maius autem licet id diuina scriptura non agnoscat, vti pietas, & recta fidei regula poscit, dici poterit, cum ex diuinis a nobis scripturis colligatur, non quia nouum & peregrinum reijciendum, sed quia pium intellectum in se continet, pijs vocibus adiudicandum. Neque enim in verborum sono consistit pietas, sed in recta sententiarum intelligentia. Hinc fit, vt licet vox genuina sit, intellectus vero spurius atque adulterinus, vsurpantem illam ex nobis excludimus & condemnamus. Sic decernunt Athanasius & Gregorius Nazianzenus. Athanasius de Nicæna Synodo: Τὸ μὲν γὰρ ἀσεβεῖν παντελῶς κεκώλυται, κἂν ποικίλοις ῥήμασι, καὶ πιθανοῖς σοφίσμασι περιβάλλειν αὐτό τις ἐπιχειρῇ. Τὸ δὲ εὐσεβεῖν ὅσιον παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, κἂν ξενιζούσαις λέξεσι τις χρῆται, ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσεβὲς ἔχει τὸ φρόνημα, καὶ δι᾽ αὐτῶν ὃ νενόηκεν εὐσεβῶς βούλεται σημαίνειν. *Impietas quidem modis omnibus abrogatur, licet eam varijs verbis, & probabilibus argutiolis circumuestire quis tentet. Pietatem autem colere iustum omnes confitentur, etsi peregrinis quibusdam vocibus vtantur, dummodo dicens piam sententiam teneat, illisque quod in animo habet pie enunciet.* Similes vero voces vndecunque assumptas, si pie exponantur, pias; si male impias esse declarat Gregorius Nazian-

ze-

zenus Epistola secunda ad Cledonium; Αἱ αὐταὶ φωναὶ καλῶς μὲν νοούμεναι μετὰ τῆς εὐσεβείας εἰσί. Κακῶς δὲ ἐξηγούμεναι τὸ δυσσεβὲς ἔχουσιν. *Eadem voces si recte intelligantur, cum pietate militant, si praue exponantur impietatem præseferunt.* Et Orat. in sancta Theophania. Οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν. *Nihil enim de vocibus disceptabimus, si modo eandem sententiam syllabæ exculpant.* His sic dispositis, cum plana sit sanctorum Patrum sententia, ne te terreant similes voces *Primum* nempe, *prius, anterius, posterius, maius, medium, ordo, subsequens, contiguum, non contiguum*, in Patribus repertæ, si forte peregrinæ inauditæque apparent, & a doctrina Theologica alienæ. Quia si ordo in Triade nullus est, omnino neque primum, neq; maius, neq; medium, neque contiguum, neq; consequens, neque prius, neque anterius, neque posterius erit, quinimo neque *simul*, cum & hoc ordinis sit. Quod si ordo fuerit, erunt plane & hæc omnia, & consequenter fuerint etiam ea, quæ ipsa respiciunt, nempe non primum, non maius, non contiguum, non medium, non consequens, & alia: nanque vbi ordo est, reperiuntur & quæ ordinem consequuntur. Quod si ordo diuinus est, & diuinitati conuenit,

di-

diuina, diuinitatique conuenientia nomina illa intelligenda sunt. In Triade vero ordinem esse, quemadmodum & primum, & secundum, & reliqua, abunde satis a nobis probatum est ex Patribus. Quare concludendum. Si in Triade conspiciuntur & vna natura, & tres proprietates, & quæcunque de illis dicuntur, aut naturæ illa sunt, aut hypostasis, nec vltra quidpiam. Et secundum naturam possidet vnum idemque & indiuisibile, diuiditur autem secundum hypostaseon proprietates, & discernitur indiuisibiliter, & inseparabiliter, quare necesse est, aut secundum vtraque, & naturam scilicet & proprietates ordinem esse, aut secundum naturam solum, aut secundum proprietates, aut secundum neutrum. Quod si neque secundum naturam; neque secundum proprietates, neq; prorsus ordo fuerit. Et si fuerit secundum naturam, aliud ab illis diuersum erit; quod si fuerit, non erit neque secundum proprietates hypostaticas, neque secundum naturam; cum præter hæc nihil aliud sit, & si non est ordo in his, neque prorsus erit ordo. Sed sancti Patres ordinem esse affirmant, ergo ordo aut erit secundum vtraque, aut vnum ex duobus. Quod si fuerit secundum naturam & proprietates, hoc Arianorum, Eunomianorum

&

& Apollinariſtarum erit: quod ſi ſecundum vnum ſolum, ſi ſecundum naturam, & eſſentiæ differentiam pari modo blaſphemum eſt, ſi ſecundum hypoſtaſes, aut ſecundum proprietates hypoſtaticas, pium rectumque eſt. Nanque ſi non eſſet ſecundum has, neque prorſus ordo eſſet: & ſi ordo eſt, omnino erit ſecundum proprietates, quare abſurda obiecta a Schiſmaticis, ſi ordo eſſet, non conſequuntur: quod prima cauſa Spiritus Pater dicatur, vt emiſſor, media vero Filius, per quem emiſſio Spiritus, ita vt ex ipſo Spiritus dicatur progredi, tanquam per ipſum. Neque enim ſi ordo quiſpiam traditur eſſe, Eunomiana, Ariana, aut alio modo impia ſententia ſequitur, & omnem ordinem impium eſſe. Neque ſi primum, aut prius, aut maius, aut medium, aut contiguum ab aliquibus forte in prauum ſenſum exponitur, vt tempori aſſeruiens, & ſecundum naturam, & ordinem eſſentialem, iam quomodocunque alio nomine per eaſdem voces indicatũ blaſphemum. Hæc dum Patres aſſerunt, non ſecundum naturam, ſed ſecundum aliquem ordinem eorum quæ ſunt, eiuſdem ordinis & naturæ hypoſtaſeon, pie recteque loquuntur. Sic etiam de medio dijudicandum eſt. Quare cum Latini ſimilia decernunt, ſanctorum Patrum dictis inſiſtentes, non hæreſis accuſandi

sunt, vti prauorum dogmatum auctores. Quod etiam non minimi nominis inter Schismaticos Barlaamus Monachus Oratione de Concordia aperte fatetur. Ἴσως ποθεῖτε καὶ ἀκοῦσαι, ὅπως τὸ τῆς μοναρχίας φυλάττωσι δόγμα, ἐγὼ ὑμᾶς καὶ τοῦτο διδάξω. φάσκοντες τοῦ πνεύματος ἀρχὴν τὸν υἱὸν, τοῦτο πάλιν ἀρχὴν λέγουσι τὸν πατέρα. ὥστε συμβαίνει αὐτοῖς λέγειν ἀρχὴν ἐξ ἀρχῆς. τοῦτο δὲ τὴν μοναρχίαν οὐκ ἀναιρεῖ. ὥστε διά γε τοῦτο οὐ δεῖ ἡμᾶς τοὺς ἄνδρας ἀποστρέφεσθαι. εἴ τις δὲ οἴεται συλλογισμοῖς αὐτοὺς καὶ ἀποδείξεσι παραστήσασθαι, οὐκ ὀρθῶς περὶ τούτου φρονεῖ. Τὸ γὰρ τὸ πρόβλημα ἀμφιρρεπὲς, καὶ οὐχ ἑτερορρεπὲς ὑπάρχειν, τοὺς ἑκατέρωθεν ἰσχυροὺς ἐξ ἴσου καὶ πιθανοὺς πεποίηκε λόγους. δοκοῦσι δὲ ἑκατέροις οἱ ἴδιοι ἰσχυρότεροι διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου συνήθειαν. τὸ γὰρ καὶ ἀμωσγέπως δοκοῦν ἀληθὲς χρόνον προσλαβὸν, ἀμετάπειστον τὸν κεκτημένον ἀπεργάζεται. ἢ τί ἄλλο φαίη τις αἴτιον τοῦ τοσοῦτον χρόνον παρατετάσθαι ἡμῖν τὴν διαφορὰν, καὶ μὴ δύνασθαί πως ὁμονοήσαντες ἀλλήλοις ἐς ταυτὸ συνελθεῖν; οὐκ ἔστιν ὅπως ὁ παρὰ τοῦτ' αἰτιώμενος ἕτερον οὐκ ἂν ἁμάρτοι. τοιγάρτοι συμβέβηκε τοῖς ἑκατέρων λόγοις παρὰ μὲν τοῖς ὁμόφροσιν ἰσχυροῖς, παρὰ δὲ τοῖς ἑτεροδόξοις εὐελέγκτοις δοκεῖν εἶναι. αἵ τε γὰρ τῶν Λατίνων ἀποδείξεις, Λατίνους μὲν καταπεῖσαι ἱκανῶς ἔχουσιν. ἡμῖν δὲ οὐδεμίαν δυσκολίαν παρέχουσι τοῦ μὴ ῥᾷστον αὐτὰς ἀνασκευάσαι, καὶ δεῖξαι οὔσας οὐδέν. ὁμοίως τε αἱ ἡμέτεραι ἡμῖν οὖσαι ἰσχυραὶ, μυρίας ἐκείνοις ἀμ-

ἀμφισβητήσεις παρέχονται. *Forte quoque audire exoptatis, quanam ratione de vno principio dogma teneant: id ego vobis palam faciam. Asserentes Filium Spiritus principium, huiusce rursus principium Patrem faciunt, ita vt principium ex principio facere ipsis contingat. Hoc vero vnum principium non destruit: quare non est opus propter id homines auersari. Siquis vero existimat, eosdem syllogismis atque demonstrationibus sibi conciliare, non recte equidem sapit. Cum enim simile problema ambiguum sit, & anceps, nec ad alteram partem deflectat, vtriusque partis rationes validas ac probabiles effecit, & vnicuique propriæ propter vsum tempore confirmatum validiores videntur. Quod enim vtcunque verum existimatur, si tempore antecesserit, non permittit eum qui id conceperit suaderi, aut si quid aliud quispiam asseruerit, causam fuisse, vt tam longo tempore dissidium hoc protractum fuerit, & non permittit in eandem sententiam idem professos conuenire? Qui præter id aliud causam fuisse dixerit, næ ille plurimum a veritate aberrabit. Nanque accidit vtriusque partis rationibus, vt illis qui eiusdem sententiæ sunt, validæ, qui aliter sentiunt reprobatæ fuisse videantur. Nanque Latinorum demonstrationes Latinos suadere satis sunt: nobisque facili negotio ad eas refellendas facultas, probandumque*

eas

eas nihil concludere, non deest. Æqua lance nostræ, quæ nobis validissimæ sunt, innumeras prope illis dubitationes inijciunt.

CAPVT LXXII.

Similitudines ex humanis desumptæ, licet imbecilliter diuina repræsentant; & Maximi Homologetæ dictum ad Marinum exponitur.

ET quamuis omnes similitudines, figuræ, imagines, exemplaque, vt supra diximus, dum de diuinis agitur, infra ea sunt, & quidquid dixeris minus erit, quod nec negant Schismatici, Iosephus Philagrius Oratione Antirrhetica de processione Spiritus sancti. Ἐγὼ δὲ λίαν ἡγημαι τολμηρὸν τὸ περὶ Θεοῦ ἐννοεῖν, τὸ δὲ λέγειν παντῇ ἀπεγνόντων. οὐ γὰρ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ὥσπερ τις τῶν Θεολόγων φησὶ, σκιαγραφεῖται τὸ Θεῖον. *Ego quam maxime audax esse existimo, de Numine aliquid concipere, cum de eo sermonem habere plane difficile sit. Neque enim ex ijs quæ in ipso, sed ex ijs quæ circa ipsum sunt, Numen per vmbram repræsentatur.* Item Theodorus Ducas Lascaris Imperator Oratione Theologica sexta de Processione Spiritus sancti contra Latinos; Τὸ περὶ Τριάδος λέγειν καὶ δογματίζειν οὐκ ἔστι δυνατὸν τῇ πλήθει τοῦ λόγου, ἡμῦ-

ἢ μούσης δυνάμει, καὶ συμμαχίᾳ, ἢ δεινότητι γραφικῆς ἐπιστήμης καὶ μαθήσεως, ἀλλὰ χάριτι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος. *De Triade ſermonem habere & decernere, non eſt id poſſibile neque ſermonis ſuadela, neque Muſarum facultati, neque operæ, aut in dicendo vehementia, quæ ſcripto tradatur, ſcientia & doctrina, ſed gratia rerum omnium conditoris.* Nihilominus non deſunt, quæ aliqua ſui ex parte, imbecilliter licet atque obſcure, ſupereſſentialem illam ſubſtantiam, & ſuperſubſtantiales proprietates, pro captu hominum exhibent. Idque vt videas, audi. Omnis eſſentia habet vnitam virtutem & actionem naturalem, idque etiam Schiſmatici non inficias iuerint, neque actio a virtute, neque virtus ab actione vnquam diuiditur. In his eſſentia virtutis cauſa eſt, & actionis, & vnus eſt fons & vnum principium, & vna cauſa amborum. Ex eſſentia ergo & virtute actio eſt, eſtque principium & fons eſſentia & virtutis & actionis, rurſuſque virtus actionis, nec duo principia, ſed vna nempe eſſentia ad quam veluti ad proprium principium virtus refertur. Licet hæc quoque ſimilitudo non in omnibus cum aſſimilato congruit, cum aſſimilatum eſſentiam omnem exuperet; præfert tamen lumen etſi obſcurum, & pro noſtro captu. Cum in exemplo neque eſſentia hypoſta-

ſis

ſis ſit per ſe exiſtens, neque virtus per ſe, neque actio. Ibi vero propria hypoſtaſis Pater eſt, propria & Filius hypoſtaſis, virtus ex Patre hypoſtatice progrediens, propria quoque Spiritus, cum actio ſit viuificans, & ſanctificans, & perfecta hypoſtaſis. Eſt tamen in eo ſimilitudo, quod vti ex eſſentia virtus profluit, & ex virtute actio, ita & ibi ex Paterna eſſentia virtus Filius & ex Filio virtute ſcilicet vti actio Spiritus, cum ſecundum Eccleſiæ Græcæ Doctores, virtus ſit Filius, & Spiritus actio. Et Filium eſſe virtutem, nemo eſt qui addubitet. Spiritum vero actionem eſſe, apud nonnullos Schiſmaticos inter incerta ponitur, quia Gregorius Nazianzenus id videtur deſtruere, Oratione de Spiritu ſancto, cum ſcribit. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ τῶν καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότων ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων. ὧν τὸ μὲν οὐσίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, οἱ δὲ συμβεβηκός. εἰ μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτο ἂν εἴη Θεοῦ. τοῦτο γὰρ μᾶλλόν πως καὶ φεύγει σύνθεσιν. καὶ εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει. καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια. *Spiritus ſanctus aut ſupponendus eſt vnus eſſe ex ijs quæ per ſe ſubſiſtunt, aut ex ijs quæ in alio conſiderantur, alterum, qui in ſimilibus perſcrutandis præcipui ſunt, eſſentiam vocant, aliud accidens. Quodſi accidens eſt, erit quo-*

que actio Dei. Hoc enim potius compositionem refugit, etsi actio est, agetur, non aget, & statim atque actum est, quiescet. Hoc enim modo se habet actio. Hæc Nazianzenus; sed Alexandrinus Cyrillus lib. 9. ad Hermiam palam Spiritum actionem nuncupauit. Οὐκοῦν εἰ σημεῖα καὶ τέρατα διὰ Παύλου Χριστὸς ἐργάζεται ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου, ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ, καὶ ζῶσα, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐστὶν, εἰ δὲ τοῦτο, πῶς εἴη ποίημα τὸ ἐν Θεῷ καὶ ἐκ Θεοῦ φυσικῶς; *Itaque si signa & portenta Christus per Paulum in virtute Spiritus sancti operabatur. vt actio quædam naturalis, & viuens, &, vt ita dicamus, qualitas diuinitatis Filij Spiritus sanctus est. Id si est, quomodo creatura fuerit, qui in Deo & ex Deo naturaliter est.* Sic etiam non perfecta similitudine nos Trinitatis ordinem & habitudinem expressimus. Vti essentia, virtus, & actio inter sese habent, ita Pater & Filius & Spiritus. Pater quidem existens essentia supersubstantialis, Filius virtus sua hypostasi subsistens, Spiritus veluti actio, sed actio non sua hypostasi spoliata, aut vti accidens considerata, sed viuificans, & sanctificans, & perfecta hypostasis, non diuersa neque a Cyrillo, neque a Gregorio sentientes. Itaque cum virtus ex essentia, & ex essentia-

actio,

actio : pari modo Spiritus ex Filio . quia vero Filius ex Patre, & vna simul generatio & processio, propterea etiam ex Patre dicitur. Sic etiam ignis essentia, & combustiua illius virtus, & actio virtutis combustio , opus vero est carbo, & cinis. Sic Pater & Filius & Spiritus sanctus . Horum trium opus est vniuersa creatura, & causa quidem carbonis & cinis primaria & principalis essentia ignis est , illud per Filium facultas combustiua, illud cum quo , vt sic loquar, ipsa actio, combustio scilicet. nihilominus vna causa ignis est, licet tria illa causa quoque sint. pari modo fit in his tribus , quippe ignis essentia causa facultatis est, & combustiua facultas actionis, combustionis nempe . Attamen licet essentia causa sit, causa quoque facultas, cum facultas ad essentiam referatur, vna causa est. nec absurdum est, si hic quidem primum est combustionis principium, hoc contiguum. Ita dicendum est de Patre & Filio & Spiritu. Quare licet Filius causa sit Spiritus, & Pater, sed vna causa Pater est, & nullum inde absurdum sequetur, si hoc quidem primum , illud vero contiguum , id decernente Nysseno Gregorio . Πλὴν δὲ ἀκούων τὸ πρῶτον καὶ τὸ προσεχὲς, μὴ διαφορὰν φύσεων εἰσαγάγῃς ἐπὶ τῆς Τριάδος, μὴ χρόνον,

μὴ ἄλλό τι τῶν ὑστέρων, καὶ τῇ κτίσει πρεπόντων, ἀλλ' ἰδιότητάς τινας Θεοπρεπεῖς. *Nihilominus audiens primum & contiguum, caue ne naturarum differentiam in Trinitate introducas, non tempus non aliud quidpiam, quod posteriora connotet, vel creaturæ proprium sit, sed proprietates aliquas Deo addecentes.* Ad hæc. Est punctus, linea, & superficies. Tria hæc corporum Mathematicorum sunt principium, vt inibi essentia, virtus, & actio vnum eorum quæ producuntur principium. Et si tibi non displicet, vnitas, dualitas, trias. ista tria principium est, & causa, & fons omnium numerorum; & nihilominus in his vti punctus est principium lineæ, linea superficiei, & est superficies ex linea & puncto, sed alio atque alio modo: & vti vnitas est principium dualitatis, dualitas triadis, æquo modo Spiritus ex Filio, Filius ex Patre, & est Spiritus ex Filio & ex Patre, secundum tamen rationem diuinam. Et ne passionem appingito Triadi, quod punctus profluens generet lineam, linea protensa producat superficiem: neque compositionem, quod trias ex monade, & dualitate componatur: passioni siquidem, & compositioni nullo modo diuina Trias obnoxia est. Sed ad simile mentem intendens, quod non cohæret prætercurrito, vti di-

diuinæ Triadi incompetens. Præterea considerato digitum & manum integram, ex qua digitus pendet, & hominem totum, cuius est manus & digitus. Patris & Filij & Spiritus sancti licet non exquisita similitudo est: nanque in diuinis literis Patris manus Filius nuncupatur, & digitus Spiritus. Et homo quid est cum manu & digito vnum cuiuscunque artificiosi opificij principium, neque absurdum erit, si dicatur, hominem esse causam illius, & manum, & digitum, vt quispiam citharæ, aut organi opifex, diçeret, manus mea confecit organum, & digitus meus citharam concinnauit. Nihilominus rursus sicuti digitus e manu, & manus ex integro homine nascitur, ita & Spiritus ex Filio, Filius vero ex Patre. Nec obstat Filium & Spiritum nonnunquam manus appellari. manus siquidem Patris sunt Filius & Spiritus, & vnam manum non nasci ex altera, sed ambas ex humeris vnius eiusdemque hominis. Cum enim manus Patris Filius & Spiritus appellantur, eos ex Patre illiusque essentia esse commonstrat; digitus Spiritus & manus Filius, connaturalem vnius ex altero, ex Filio nempe progressum. Sic etiam oculum nouimus, & fontem, & fluuium, hæc enim ad notandam, & vt potuit, Triadem Na-

zian-

Patrem, consequetur confusio; & plane hoc intellectu capi nequit. Et sic rursus erit immediate ex vtroque. Ita certe si ex Patre per Filium, mediate quidem ex Patre, immediate vero ex Filio, quodsi ex Filio per Patrem, mediate per Filium immediate ex Patre, & erit immediate & mediate ex Patre; quodsi ex Patre quidem immediate, ex Filio vero mediate, erit potius principium Patris Filius, & Pater erit contiguus Spiritui; quod nemo vnquam dixit vel somniauit. Quare pietati consonum fuerit dicere, procedere quidem mediate ex Patre, mediante Filio, ex Filio vero immediate, vti ex contigua causa & principio, & cum ambo sic referantur in vnam primam causam, prorsus erit & vnum principium. Quare cum dicunt Schismatici, ex Patre mediate per Filium Spiritum procedere, concedunt immediatum ex Filio: nanque si per medium Filium, ex Filio immediate, cum Filius quoque ex Patre sit, reliquum est, vt Spiritus etiam ex essentia Patris sit. Et sic Pater fuerit prima causa Spiritus, Filius contigua. Et erit Spiritus ex Patre procedens ex primo principio & causa, per Filium, & ex Filio, vti contigua causa, & per quam ex prima causa Spiritui processio est. quod

apud omnes Patres in confesso est.

Nec obstant Maximi Homologetæ verba ad Marinum Presbyterum Cypri Epistola, de synodicis Martini Romani Pontificis agentis, qui Romanorum mentem de Processione Spiritus etiam ex Filio sic explicat. Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας τοῦ πνεύματος σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν. μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι, καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον καταστήσωσιν. *Non vt causam Spiritus sancti Filium esse velint. Nam vnicam Filij & Spiritus sancti causam esse Patrem existimant, illius quidem secundum generationem, huius autem secundum processionem. Sed vt per illum progredi significent, & eo modo substantiæ coniunctionem nulla interueniente differentia significent.* Vtcunque hæc sint, cum plerique, an Maximi sint illa verba, addubitant, vox αἰτία *causa* primigeniam & principalem causam significat, a qua non solum essentiam, & hoc quidquid habet Filius & Spiritus sanctus, acceperunt, sed etiam illam vim spirandi, & producendi Spiritum sanctum, quæ προβολὴ *prolatio*, & πνευστικὴ δύναμις, *spiratiua facultas* vocatur. Et cum Patris & Filij personæ sua singulæ proprietate constituantur, quæ non

aliæ

aliæ ſunt quam Paternitas & Filiatio, & his integræ & inuicem diſtinctæ hypoſtaſes exiſtunt, alia proprietas, quæ eſt ſpirandi accedit, eaque diuinam eſſentiam, vt eſt in Patre & Filio, a Patre eſt in Filium, conſequitur, &, vt ita dicam, modificat, ita fit vt vnum ex ambobus ſit principium, & vnus προβολεὺς & ſpirator, non tamen vna perſona. Siquidem, vt ſupra ſæpius diximus, prolatio iſta, ſiue ſpiratio non eſt perſonalis proprietas, neque proprium quod conſtituat hypoſtaſim, quod fuſe exequitur Manuël Caleca, & alij contra Græcos. Baſilius in Epiſtolis. Οὕτω κἀκεῖ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινὸς, οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, καὶ εἴτι ἄλλο νοοῖτο, ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς υἱότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. *In Deo ſubſtantiæ ratio communis eſt, vt puta bonitas, diuinitas, & ſi quid aliud intelligitur. At hypoſtaſis in proprietate paternitatis aut filiationis aut virtutis ſanctificantis cernitur.* Et Damaſcenus; Ἕνα γὰρ Θεὸν γινώσκομεν, ἐν μόναις δὲ ταῖς ἰδιότησι, τῆς τε πατρότητος καὶ τῆς υἱότητος, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, κατά τε τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ὑποστάσεως, ἤτοι τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον τὴν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. *Vnum Deum agnoſcimus; in ſolis vero proprietatibus Paternitatis, Filietatis, & Proceſſionis ſecundum rationem cauſæ,*

& eius quod ex causa est, ac substantiæ perfectionem, sine modum existendi differentiam, intelligimus.

CAPVT LXXIII.

Argumentum Stethati & Methonensis contra Latinos, & exemplo non absimili, dissoluitur.

ET vt ingenium Schismaticorum magis ac magis pateat, videamus quid de hoc scribat Niceta Stethatus; Εἶδε τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν. πόθεν καταβαῖνον, καὶ ἀπό τινος, καὶ ἐπὶ τίνα ἐρχόμενον; ἢ δηλονότι ἐκ τοῦ τῶν φώτων πατρὸς, τούτων δὴ τῶν ὁμοουσίων ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις υἱοῦ καὶ πνεύματος; καθὸ καὶ εἴρηται, πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Εἰ δὲ λέγεις καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὴν ἄρτι παρ' ὑμῖν κρατοῦσαν καινοφωνίαν, ἐπισυνάξεις τοῦτο τὸ ἐρχόμενον καὶ μένον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, εἰ μὴ κατὰ Νεστόριον τὸν διπρόσωπον διέλῃς τὸν ἕνα Χριστὸν εἰς δύο, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐρχόμενον καὶ μένον ὡς ἐπ' ἄλλο πρόσωπον πάντως τὸν Ἰησοῦν. ὁρᾷς εἰς ὅσας σε καὶ ἡλίκας αἱρέσεις ἡ δοκοῦσα σμικρὰ ῥῆσις αὕτη κατακρημνίζει; φύγε τοιγαροῦν πάντως ὡς ἔχεις. φύγε. ἥμαρτες. ἡσύχασον. *Vidit Spiritum descendentem quasi columbam. Vnde nam descendentem, & a quo, & super quem aduenientem? Annon, vt manifesto pa-*

patet, ex Patre luminum, horum ſcilicet conſubſtantialium illi & ſibimetipſis, Filio & Spiritui; vti dicitur, omne donum perfectum deſuper deſcendit a Patre? Quod ſi dicas, etiam ex Filio ſecundum eam, quæ apud vos eſt vocum innouatio, ea colliges, aduenientem manentemque ſuper Ieſum, ni cum Neſtorio duas perſonas decernente, vnam Chriſti in duas ſubdiuidas, vt ita dicam, & Spiritum deſcendentem a Patre & Filio, & aduenientem & manentem quaſi ſuper aliam perſonam, Ieſum nempe. Vides in quantas te, qualeſque hæreſes perparuum iſtud dictum præcipitat? fuge igitur quantum potes. fuge. peccaſti. quieſce. Et Nicolaus Methonenſis, Πόθεν καταβαῖνον καὶ ποῦ; ὡς μὲν ἐγώ φημι, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὸν υἱὸν, σὺ δὲ, εἰ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μόνου τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ἐρεῖς, ἀλλὰ προσθήσεις καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἁλώσῃ τὸν ἕνα Χριστὸν διαιρῶν εἰς δύο κατὰ Νεστόριον τὸν Ἰουδαιόφρονα, ἵν᾽ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον εἴπῃς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῖς ἀρνηταῖς τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ συντάξῃ. *Vnde deſcendens, & quo? Vt ipſe edico, Ex Patre in Filium. Tu porro, niſi ex ſolo Patre Spiritum deſcendentem dixeris, ſed adiunxeris ex Filio, deprehenderis vnum Chriſtum in duo ſubdiuidere cum Neſtorio Iudæis concorde, cum ex Filio Dei deſcendentem dixeris Spiritum in Filium hominis, & collocaberis vna ſimul cum negantibus diuinitatem Chriſti.*

Quis

ἀμφισβητήσεις παρέχονται. *Forte quoque audire exoptatis, quanam ratione de vno principio dogma teneant: id ego vobis palam faciam. Asserentes Filium Spiritus principium, huiusce rursus principium Patrem faciunt, ita vt principium ex principio facere ipsis contingat. Hoc vero vnum principium non destruit: quare non est opus propter id homines auersari. Siquis vero existimat, eosdem syllogismis atque demonstrationibus sibi conciliare, non recte equidem sapit. Cum enim simile problema ambiguum sit, & anceps, nec ad alteram partem deflectat, vtriusque partis rationes validas ac probabiles effecit, & vnicuique propria propter vsum tempore confirmatum validiores videntur. Quod enim vtcunque verum existimatur, si tempore antecesserit, non permittit eum qui id conceperit suaderi, aut si quid aliud quispiam asseruerit, causam fuisse, vt tam longo tempore dissidium hoc protractum fuerit, & non permittit in eandem sententiam idem professos conuenire? Qui præter id aliud causam fuisse dixerit, næ ille plurimum a veritate aberrabit. Nanque accidit vtriusque partis rationibus, vt illis qui eiusdem sententiæ sunt, validæ, qui aliter sentiunt reprobatæ fuisse videantur. Nanque Latinorum demonstrationes Latinos suadere satis sunt: nobisque facili negotio ad eas refellendas facultas, probandumque*

eas

eas nihil concludere, non deest. Æqua lance nostræ, quæ nobis validissimæ sunt, innumeras prope illis dubitationes iniiciunt.

CAPVT LXXII.

Similitudines ex humanis desumptæ, licet imbecilliter diuina repræsentant; & Maximi Homologetæ dictum ad Marinum exponitur.

ET quamuis omnes similitudines, figuræ, imagines, exemplaque, vt supra diximus, dum de diuinis agitur, infra ea sunt, & quidquid dixeris minus erit, quod nec negant Schismatici, Iosephus Philagrius Oratione Antirrhetica de processione Spiritus sancti. Ἐγὼ ἢ λίαν ἥγημαι τολμηρὸν τὸ περὶ Θεοῦ ἐννοεῖν, τὸ δὲ λέγειν παντῇ ἀπεγνόντον. οὐ γὰρ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ὥσπερ τις τῶν Θεολόγων φησὶ, σκιαγραφεῖται τὸ Θεῖον. *Ego quam maxime audax esse existimo, de Numine aliquid concipere, cum de eo sermonem habere plane difficile sit. Neque enim ex iis quæ in ipso, sed ex iis quæ circa ipsum sunt, Numen per vmbram repræsentatur.* Item Theodorus Ducas Lascaris Imperator Oratione Theologica sexta de Processione Spiritus sancti contra Latinos; Τὸ περὶ Τριάδος λέγειν καὶ δογματίζειν οὐκ ἔστι δυνατὸν τῇ πλήθει τοῦ λόγου,

 ἡ μοῦ-

ἢ μούσης δυνάμει, καὶ συμμαχίᾳ, ἢ δεινότητι γραφικῆς ἐπιστήμης καὶ μαθήσεως, ἀλλὰ χάριτι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος. *De Triade sermonem habere & decernere, non est id possibile neque sermonis suadelæ, neque Musarum facultati, neque operæ, aut in dicendo vehementiæ, quæ scripto tradatur, scientiæ & doctrinæ, sed gratiæ rerum omnium conditoris.* Nihilominus non desunt, quæ aliqua sui ex parte, imbecilliter licet atque obscure, superessentialem illam substantiam, & supersubstantiales proprietates, pro captu hominum exhibent. Idque vt videas, audi. Omnis essentia habet vnitam virtutem & actionem naturalem, idque etiam Schismatici non inficias iuerint, neque actio a virtute, neque virtus ab actione vnquam diuiditur. In his essentia virtutis causa est, & actionis, & vnus est fons & vnum principium, & vna causa amborum. Ex essentia ergo & virtute actio est, estque principium & fons essentia & virtutis & actionis, rursusque virtus actionis, nec duo principia, sed vna nempe essentia ad quam veluti ad proprium principium virtus refertur. Licet hæc quoque similitudo non in omnibus cum assimilato congruit, cum assimilatum essentiam omnem exuperet; præfert tamen lumen etsi obscurum, & pro nostro captu. Cum in exemplo neque essentia hypostasis

ſis ſit per ſe exiſtens, neque virtus per ſe, neque actio. Ibi vero propria hypoſtaſis Pater eſt, propria & Filius hypoſtaſis, virtus ex Patre hypoſtatice progrediens, propria quoque Spiritus, cum actio ſit viuificans, & ſanctificans, & perfecta hypoſtaſis. Eſt tamen in eo ſimilitudo, quod vti ex eſſentia virtus profluit, & ex virtute actio, ita & ibi ex Paterna eſſentia virtus Filius & ex Filio virtute ſcilicet vti actio Spiritus, cum ſecundum Eccleſiæ Græcæ Doctores, virtus ſit Filius, & Spiritus actio. Et Filium eſſe virtutem, nemo eſt qui addubitet. Spiritum vero actionem eſſe, apud nonnullos Schiſmaticos inter incerta ponitur, quia Gregorius Nazianzenus id videtur deſtruere, Oratione de Spiritu ſancto, cum ſcribit. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ τῶν καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότων ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων. ὧν τὸ μὲν οὐσίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, οἱ δὲ συμβεβηκός. εἰ μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτο ἂν εἴη Θεοῦ. τοῦτο γὰρ μᾶλλόν πως καὶ φεύγει σύνθεσιν καὶ εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει. καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια. *Spiritus ſanctus aut ſupponendus eſt vnus eſſe ex ijs quæ per ſe ſubſiſtunt, aut ex ijs quæ in alio conſiderantur, alterum, qui in ſimilibus perſcrutandis præcipui ſunt, eſſentiam vocant, aliud accidens. Quodſi accidens eſt, erit quo-*

que actio Dei. Hoc enim potius compositionem refugit, etsi actio est, agetur, non aget, & statim atque actum est, quiescet. Hoc enim modo se habet actio. Hæc Nazianzenus; sed Alexandrinus Cyrillus lib. 9. ad Hermiam palam Spiritum actionem nuncupauit. Οὐκοῦν εἰ σημεῖα καὶ τέρατα διὰ Παύλου Χριστὸς ἐργάζεται ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου, ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ, καὶ ζῶσα, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐστὶν, εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν εἴη ποίημα τὸ ἐν Θεῷ καὶ ἐκ Θεοῦ φυσικῶς; *Itaque si signa & portenta Christus per Paulum in virtute Spiritus sancti operabatur. vt actio quædam naturalis, & viuens, &, vt ita dicamus, qualitas diuinitatis Filij Spiritus sanctus est. Id si est, quomodo creatura fuerit, qui in Deo & ex Deo naturaliter est.* Sic etiam non perfecta similitudine nos Trinitatis ordinem & habitudinem expressimus. Vti essentia, virtus, & actio inter sese habent, ita Pater & Filius & Spiritus. Pater quidem existens essentia supersubstantialis, Filius virtus sua hypostasi subsistens, Spiritus veluti actio, sed actio non sua hypostasi spoliata, aut vti accidens considerata, sed viuificans, & sanctificans, & perfecta hypostasis, non diuersa neque a Cyrillo, neque a Gregorio sentientes. Itaque cum virtus ex essentia, & ex essentia-

actio,

actio : pari modo Spiritus ex Filio. quia vero Filius ex Patre, & vna simul generatio & processio, propterea etiam ex Patre dicitur. Sic etiam ignis essentia, & combustiua illius virtus, & actio virtutis combustio, opus vero est carbo, & cinis. Sic Pater & Filius & Spiritus sanctus. Horum trium opus est vniuersa creatura, & causa quidem carbonis & cinis primaria & principalis essentia ignis est, illud per Filium facultas combustiua, illud cum quo, vt sic loquar, ipsa actio, combustio scilicet. nihilominus vna causa ignis est, licet tria illa causa quoque sint. pari modo fit in his tribus, quippe ignis essentia causa facultatis est, & combustiua facultas actionis, combustionis nempe. Attamen licet essentia causa sit, causa quoque facultas, cum facultas ad essentiam referatur, vna causa est. nec absurdum est, si hic quidem primum est combustionis principium, hoc contiguum. Ita dicendum est de Patre & Filio & Spiritu. Quare licet Filius causa sit Spiritus, & Pater, sed vna causa Pater est, & nullum inde absurdum sequetur, si hoc quidem primum, illud vero contiguum, id decernente Nysseno Gregorio. Πλὴν δὲ ἀκούων τὸ πρῶτον καὶ τὸ προσεχὲς, μὴ διαφορὰν φύσεων εἰσαγάγῃς ἐπὶ τῆς Τριάδος, μὴ χρόνον,

μὴ ἄλλό τι τῶν ὑστέρων, καὶ τῇ κτίσει πρεπόντων, ἀλλ' ἰδιότητάς τινας Θεοπρεπεῖς. *Nihilominus audiens primum & contiguum, caue ne naturarum differentiam in Trinitate introducas, non tempus non aliud quidpiam, quod posteriora connotet, vel creaturæ proprium sit, sed proprietates aliquas Deo addecentes*. Ad hæc. Est punctus, linea, & superficies. Tria hæc corporum Mathematicorum sunt principium, vt inibi essentia, virtus, & actio vnum eorum quæ producuntur principium. Et si tibi non displicet, vnitas, dualitas, trias. ista tria principium est, & causa, & fons omnium numerorum; & nihilominus in his vti punctus est principium lineæ, linea superficiei, & est superficies ex linea & puncto, sed alio atque alio modo: & vti vnitas est principium dualitatis, dualitas triadis, æquo modo Spiritus ex Filio, Filius ex Patre, & est Spiritus ex Filio & ex Patre, secundum tamen rationem diuinam. Et ne passionem appingito Triadi, quod punctus profluens generet lineam, linea protensa producat superficiem: neque compositionem, quod trias ex monade, & dualitate componatur: passioni siquidem, & compositioni nullo modo diuina Trias obnoxia est. Sed ad simile mentem intendens, quod non cohæret prætercurrito, vti di-

diuinæ Triadi incompetens. Præterea considerato digitum & manum integram, ex qua digitus pendet, & hominem totum, cuius est manus & digitus. Patris & Filij & Spiritus sancti licet non exquisita similitudo est: nanque in diuinis literis Patris manus Filius nuncupatur, & digitus Spiritus. Et homo quid est cum manu & digito vnum cuiuscunque artificiosi opificij principium, neque absurdum erit, si dicatur, hominem esse causam illius, & manum, & digitum, vt quispiam citharæ, aut organi opifex, diceret, manus mea confecit organum, & digitus meus citharam concinnauit. Nihilominus rursus sicuti digitus e manu, & manus ex integro homine nascitur, ita & Spiritus ex Filio, Filius vero ex Patre. Nec obstat Filium & Spiritum nonnunquam manus appellari. manus siquidem Patris sunt Filius & Spiritus, & vnam manum non nasci ex altera, sed ambas ex humeris vnius eiusdemque hominis. Cum enim manus Patris Filius & Spiritus appellantur, eos ex Patre illiusque essentia esse commonstrat; digitus Spiritus & manus Filius, connaturalem vnius ex altero, ex Filio nempe progressum. Sic etiam oculum nouimus, & fontem, & fluuium, hæc enim ad notandam, & vt potuit, Triadem Nazian-

zian-

Patrem , consequetur confusio ; & plane hoc intellectu capi nequit. Et sic rursus erit immediate ex vtroque. Ita certe si ex Patre per Filium, mediate quidem ex Patre , immediate vero ex Filio , quodsi ex Filio per Patrem ,mediate per Filium immediate ex Patre , & erit immediate & mediate ex Patre ; quodsi ex Patre quidem immediate, ex Filio vero mediate, erit potius principium Patris Filius, & Pater erit contiguus Spiritui ; quod nemo vnquam dixit vel somniauit. Quare pietati consonum fuerit dicere, procedere quidem mediate ex Patre , mediante Filio , ex Filio vero immediate , vti ex contigua causa & principio , & cum ambo sic referantur in vnam primam causam, prorsus erit & vnum principium . Quare cum dicunt Schismatici , ex Patre mediate per Filium Spiritum procedere, concedunt immediatum ex Filio : nanque si per medium Filium , ex Filio immediate, cum Filius quoque ex Patre sit, reliquum est , vt Spiritus etiam ex essentia Patris sit. Et sic Pater fuerit prima causa Spiritus , Filius contigua. Et erit Spiritus ex Patre procedens ex primo principio & causa , per Filium , & ex Filio , vti contigua causa , & per quam ex prima causa Spiritui processio est. quod

apud

apud omnes Patres in confesso est.

Nec obstant Maximi Homologetæ verba ad Marinum Presbyterum Cypri Epistola, de synodicis Martini Romani Pontificis agentis, qui Romanorum mentem de Processione Spiritus etiam ex Filio sic explicat. Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας τοῦ πνεύματος σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν. μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι, καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον καταστήσωσιν. *Non vt causam Spiritus sancti Filium esse velint. Nam vnicam Filij & Spiritus sancti causam esse Patrem existimant, illius quidem secundum generationem, huius autem secundum processionem. Sed vt per illum progredi significent, & eo modo substantiæ coniunctionem nulla interueniente differentia significent.* Vtcunque hæc sint, cum plerique, an Maximi sint illa verba, addubitant, vox αἰτία *causa* primigeniam & principalem causam significat, a qua non solum essentiam, & hoc quidquid habet Filius & Spiritus sanctus, acceperunt, sed etiam illam vim spirandi, & producendi Spiritum sanctum, quæ προβολὴ *prolatio*, & πνευστικὴ δύναμις, *spiratiua facultas* vocatur. Et cum Patris & Filij personæ sua singulæ proprietate constituantur, quæ non

aliæ

aliæ sunt quam Paternitas & Filiatio, & his integræ & inuicem distinctæ hypostases existunt, alia proprietas, quæ est spirandi accedit, eaque diuinam essentiam, vt est in Patre & Filio, a Patre est in Filium, consequitur, &, vt ita dicam, modificat, ita fit vt vnum ex ambobus sit principium, & vnus προβολεὺς & spirator, non tamen vna persona. Siquidem, vt supra sæpius diximus, prolatio ista, siue spiratio non est personalis proprietas, neque proprium quod constituat hypostasim, quod fuse exequitur Manuël Caleca, & alij contra Græcos. Basilius in Epistolis. Οὕτω κἀκεῖ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινὸς, οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, καὶ εἴτι ἄλλο νοοῖτο, ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς υἱότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. *In Deo substantiæ ratio communis est, vt puta bonitas, diuinitas, & si quid aliud intelligitur. At hypostasis in proprietate paternitatis aut filiationis aut virtutis sanctificantis cernitur.* Et Damascenus; Ἕνα γὰρ Θεὸν γινώσκομεν, ἐν μόναις δὲ ταῖς ἰδιότησι, τῆς τε πατρότητος καὶ τῆς υἱότητος, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, κατά τε τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ὑποστάσεως, ἤτοι τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον τὴν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. *Vnum Deum agnoscimus; in solis vero proprietatibus Paternitatis, Filietatis, & Processionis secundum rationem causæ,*

patet, ex Patre luminum, horum scilicet consubstantialium illi & sibimetipsis, Filio & Spiritui; vti dicitur, omne donum perfectum desuper descendit a Patre? Quod si dicas, etiam ex Filio secundum eam, quæ apud vos est vocum innouatio, ea colliges, aduenientem manentemque super Iesum, ni cum Nestorio duas personas decernente, vnam Christi in duas subdiuidas, vt ita dicam, & Spiritum descendentem a Patre & Filio, & aduenientem & manentem quasi super aliam personam, Iesum nempe. Vides in quantas te, qualesque hæreses perparuum istud dictum præcipitat? fuge igitur quantum potes. fuge. peccasti. quiesce. Et Nicolaus Methonensis; Πόθεν καταβαῖνον καὶ ποῦ; ὡς μὲν ἐγώ φημι, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὸν υἱόν, σὺ δὲ, εἰ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μόνου τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ἐρεῖς, ἀλλὰ προσθήσεις καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἁλώσῃ τὸν ἕνα Χριστὸν διαιρῶν εἰς δύο μετὰ Νεστόριον τὸν Ἰουδαιόφρονα, ἵν᾽ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον εἴπῃς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῖς ἀρνηταῖς τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ συντάξῃ. *Vnde descendens, & quo? Vt ipse edico, Ex Patre in Filium. Tu porro, nisi ex solo Patre Spiritum descendentem dixeris, sed adiunxeris ex Filio, deprehenderis vnum Christum in duo subdiuidere cum Nestorio Iudæis concorde, cum ex Filio Dei descendentem dixeris Spiritum in Filium hominis, & collocaberis vna simul cum negantibus diuinitatem Christi.*

Quis hæc audiens non perhorreſcit? Si Spiritus deſcenderet ex Filio, & ſuper Ieſum maneret, Neſtorij hæreſis reuiuiſceret, & duæ in Chriſto perſonæ aſtruerentur. Quod dictum vti hæreſis & error vitandum eſt. O male ſanum cerebrum! Non id dicunt Latini, neque voces Latini innouant. Ante exortum Schiſma id Athanaſius ſcripſerat, qui in vna Chriſti perſona humanitatem ac diuinitatem diſtinxerat; & Chriſtum vti hominem a Spiritu ſancto inungi, vti Deum eundem Spiritum alijs exhibere, in Colloquio Apollinarij & Orthodoxi; Θεός ἐστι Λόγος μορφὴν δούλου λαβών, Χριστὸς ὀνομαζόμενος, καὶ ὤν, καὶ πιστευόμενος, καὶ χριόμενος μὲν ὡς ἄνθρωπος τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ὡς δὲ Θεὸς παρέχων αὐτὸ τοῖς ἀξίοις. *Deus eſt Verbum, qui formam ſerui accepit, & Chriſtus nuncupatur, & eſt, & creditur, & vngitur vti homo Spiritu ſancto, ſed veluti Deus elargitur ipſum dignis*. Et Orat. prima contra Arianos; Εἰ δὲ καὶ ὡς αὐτὸς ὁ κύριος εἴρηκεν, αὐτοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λαμβάνει, αὐτός τε αὐτὸ ἀποστέλλει, οὐκ ἄρα ὁ Λόγος ἐστὶν, ἢ Λόγος ἐστὶ καὶ σοφία, ὁ τῷ παρ' αὐτοῦ διδομένῳ πνεύματι χριόμενος, ἀλλ' ἡ προσληφθεῖσα παρ' αὐτοῦ σάρξ ἐστιν ἐν αὐτῷ καὶ παρ' αὐτοῦ χριομένη. *Quod ſi, vt ipſe Dominus dixit, ſuus eſt Spiritus, & ex ſuo accipit, eumque & ab ſe mitti, non igitur Ver-*

Verbum est, qua Verbum & sapientia est, quod ab se dato Spiritu inungitur, sed assumpta ab eodem caro ab illo inungitur. Ibidem; Καὶ ἄνθρωπος δὲ γενόμενος ἔλεγεν. ἀποστελῶ ὑμῖν τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἔπεμψεν ἀψευδὴς ὢν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. Οὐκοῦν Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἄτρεπτος μένων. καὶ ὁ αὐτός ἐστι διδοὺς καὶ λαμβάνων. Διδοὺς μὲν ὡς Θεὸς λόγος, λαμβάνων δὲ ὡς ἄνθρωπος. *Et homo factus dicebat, Mittam vobis Paracletum, Spiritum veritatis, misitque, cum longe a mendacio sit Dei Verbum. Quare Iesus Christus heri & hodie idem ipse & in secula immutabilis manens. & ipse est, qui dat & accipit, dans ut Verbum Deus, accipiens ut homo.* Ibidem; Τί δὲ θαυμαστὸν, ἢ τί ἄπιστον, εἰ ὁ τὸ πνεῦμα διδοὺς Κύριος, λέγεται νῦν αὐτὸς τῷ πνεύματι χρίεσθαι. ὅπου γε χρείας πάλιν ἀπαιτούσης, οὐ παρῃτήσατο διὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ εἰπεῖν, ἑαυτὸν ἐλάττονα τοῦ πνεύματος. τῶν γὰρ Ἰουδαίων λεγόντων ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια, ἀπεκρίθη, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐλέγξαι βλασφημοῦντας αὐτούς. εἰ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ἰδοὺ γὰρ ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ ἐν πνεύματι νῦν λέγει ἑαυτὸν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον, ἢ διὰ τὴν σάρκα. *Quid vero admirabile est, aut incredibile, si qui Spiritum donat Filius, dicitur nunc*

ipse Spiritu inungi: cum dum necessitas vrget, propter suam humanitatem non renuit dicere semetipsum minorem Spiritu. Nam cum Iudæi dicerent, in Beelzebub eijcere illum Dæmonia, respondit & dixit illis, postquam eos blasphemantes reprehendisset: si ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia. Ecce enim Spiritus dator quomodo nunc asserit, semetipsum in Spiritu eijcere Dæmonia. Hoc vero non alia ratione, quam carnis enunciauit. Et Orat. de Incarnatione Domini; Ὅτε παρατίθεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς τὰς χεῖρας τοῦ πατρὸς, ὡς ἄνθρωπος παρατίθεται ἑαυτὸν ἑαυτῷ ὡς Θεῷ. αὐτὸς γὰρ ἡ χεὶρ τοῦ πατρός. *Dum commendat in manus Patris Spiritum suum, vt homo semetipsum sibi ipsi vt Deo commendat. ipse enim est manus Patris.* Vna itaque hypostasis vngebat, & vngebatur, dabat & recipiebat, mittebat & acceptabat, commendabat & commendabatur. Vngebat, dabat, mittebat, commendabat, vt Deus: vngebatur, recipiebat, acceptabat, & commendabatur vt homo. Et hic Nicetas, & Methonensis duas hypostases agnoscunt? Pace eorum dixerim, Nestorium sapiunt, & quam Latinis hæresim obiectant, illi ipsi obnoxij deprehenduntur. Sed adeamus clariora ex eodemmet Athanasio in Oratione de Incarnatione Vnigeniti; Αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἔπεμπεν ἄνωθεν ὡς Θεός. Καὶ αὐ-

τὸς

τὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. Sermo eſt de Spiritu ſancto & Chriſto. *Ipſe enim ipſum ſuperne demittebat vt Deus: & eum ipſe inferne ſuſcipiebat vt homo. Ex eo igitur in eum deſcendebat. ex eius Deitate in humanitatem ipſius.* Nec alio modo reſpondit Baſilius ad hoc ipſum Eunomij argumentum; Cum enim interrogaret Eunomius; *Quam ob cauſam Spiritus deſcendit in ſpeciem columbæ, ſi omnino erat ex Filio, prorſus qui ita tenet, in duo ſeparat vnum Chriſtum, cum dicit ex Filio Dei deſcendebat Spiritus in Filium hominis.* Reſpondet Baſilius; Λέγωμεν οὖν, ὡς οὐκ ἄλλοθεν ἐχρῆν κατιέναι τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὸν Κύριον, ἢ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὅθεν καὶ ἡ φωνὴ τοῦ πατρὸς, ὡς αὐτὸν οὐράνιον εἶναι πιστώσηται, καὶ υἱὸν ὄντως Θεοῦ τὸν ἐπὶ γῆς βαπτιζόμενον. ἔπειτα καὶ ὡς εἰς ἄνθρωπον διὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπὶ τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατέρχεται. *Dicimus itaque, non aliunde opus fuiſſe Spiritum deſcendere in Dominum quam de cœlo, vnde & vox Patris, vt cœleſtem illum eſſe comprobaret, & vere Dei Filium qui baptizabatur. Præterea vt in hominem propter œconomiam in Filium Spiritus deſcendit.* Ad Athanaſij & Baſilij verba reſpiciebat Cyrillus, nec fallor, in Expoſitione Ioëlis Prophetæ ſcribens; Ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ

υἱὸς. γεγέννη) γὰρ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. ᾗ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ πέφηνε καθ' ἡμᾶς, ἐπακτὸν αὐτῷ εἶναι τὸ πνεῦμα λέγεται. καταπεφοίτηκε γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, ὅτε καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ὡς ἔφην, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν οἰκονομικῶς ἐβαπτίζετο. τότε καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα δοτὸν αὐτῷ λέγεται διὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ κένωσις. Ἐπεὶ γοῦν ὡς ἄνθρωπος διὰ τὴν οἰκονομίαν ἐδέχετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, πόθεν ἔδει τοῦτο δέχεσθαι, εἰ μὴ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν εἰς δόξαν αὐτοῦ; μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν ἤδη τῆς οἰκονομίας πεπληρωμένης οὐ δέχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ δίδωσι καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ προΐησι δι' ἐμφυσήσεως, πρακτικῶς ἐκδιδάσκων, ὅτι δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. Τέως δ' οὖν ἐπεὶ ἀπεδείγματο ἦν ὁ Λόγος, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ μετὰ τοῦ σώματος ἦν, οὗ προσείληφε, καὶ ἀσώματος ἐν οὐρανῷ καθῶς καὶ ἀπανταχοῦ. αὐτὸς οὖν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ὡς Θεὸς πέμπει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ὡς εἰς ἄνθρωπον. *Qua enim est Deus, & ex Deo secundum naturam Filius: generatus enim vere est a Deo Patre, & proprius eius, & in eo, & ex eo Spiritus est: quemadmodum & de ipso Deo & Patre intelligitur. Qua vero factus est homo, & modo nostri apparuit, aduentitius illi esse Spiritus dicitur. Descendit enim super ipsum in specie columbæ, cum secundum nos*

fa-

factus, ut dixi, tanquam unus ex nobis per dispensationem baptizaretur. Tum & proprius ipsius Spiritus donatus ipsi dicitur propter humanitatem; & hæc est exinanitio. Cum itaque ut homo propter dispensationem accipiebat Spiritum suum, undenam illum nisi de cœlo in sui gloriam debebat accipere? Post passionem vero & resurrectionem iam dispensatione perfecta, non accipit Spiritum sanctum, sed elargitur, & ex semetipso transmittit per insufflationem, facto ipso edocens, per eum a Patre procedere. Interim itaque Verbum incircumscriptum cum esset in Iordane cum corpore, quod assumpserat, & sine corpore in cœlo, ut & ubique, ipse de cœlo ut Deus mittit Spiritum suum in semetipsum ut hominem. Et præstantiorem Athanasij interpretem quærunt Schismatici? Quod Basilius, & Cyrillus dixerunt ἐκ τῶν οὐρανῶν, *de cœlo*, Athanasius expressit ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ, *ex Deitate ipsius*. Et tres Ecclesiæ Patres præcipuos Athanasium, Basilium, & Cyrillum, hisce suis blasphemijs declarant Nestorianos, cum Iudæis sentientes, & diuinitatem Christi negantes. o animos impuros atque infrunitos. His verbis illud etiam addiscant Schismatici, qui non intelligentes, quid sit ex essentia Patris, vel ex Deitate Patris generari & procedere, conantur contra Lati-

nos concludere, si ex essentia Filij, vel ex Deitate Filij Spiritus procederet, cum id non sit personale idioma, sequeretur etiam ex Spiritu aliquid procedere, vel esse, quod esset veritatem destruere, & multitudinem Deorum introducere. Neque enim Patres dicunt ex sola essentia, vel ex sola Deitate, sed ex essentia Patris, & ex Deitate Patris, sicuti ex essentia, & ex Deitate Filij, vt essentiam illam vel Deitatem, ex qua generatur Filius, & procedit Spiritus in hypostasi esse intelligamus, & hypostasim enusion, ex qua Filio, & Spiritui principium est, & origo. Ideoque semper addunt, ex essentia Patris, ex essentia Filij: & inde manifestum fit, eos loco essentiæ Patris & essentiæ Filij hypostasim Patris & hypostasim Filij, vel magis simpliciter Patrem & Filium nominare, vt hic discimus ex Athanasio & Cyrillo: cum enim dixissent de Filio vti Deo descendere Spiritum, & manere in hominem Christum, hoc quoque modo se explicarunt, *ex Deitate ipsius in humanitatem ipsius*. Et quemadmodum vt in hac humanitate non intelligitur vniuersa humanitas hominum, sed tantummodo, quæ Christi est, in hypostasi illius diuina subsistens, ita & Deitas in eadem hypostasi Christi subsistens; ne cogamur

dicere

dicere, etiam ex essentia Spiritus aliquid descendisse in vniuersam hominum naturam; cum ex Deitate Christi Spiritus, in humanitatem Christi descendit.

Sed vt Græci, quantum Nicetas Stethatus insipiat, manifeste agnoscant, alio quoque exemplo non absimili in Ecclesia Græca alias controuerso, examinato, & definito vnicuique patebit, quod cum apud Latinos, non adhuc, quod ipse sciam, plane innotuerit, etsi fusiore sermone, non ex nostris sed ex auctoribus ipsis Græcis, qui rei interfuerunt, quorum dicta adducemus, explicabitur. De eo dixi nonnulla in Excerptis meis varijs antiquis, & in libro de Consensione Occidentalis atque Orientalis Ecclesiæ, nunc historiam, vti peracta est, accurate prosequar, ne eam quoque Schismatici alijs atque alijs additis vel detractis peruertant. Narrat Nicetas Choniates Historiæ de Manuële Comneno Ioannis Filio lib. 7. & in Thesauri, parte nondum edita, & Ioannes Cinnamus, sub hoc Emmanuële motam esse quæstionem de eo, *Tu es qui offers, & oblatus, & acceptas*, de Christo dicto. Et eruditis inter se dissentientibus, cum hi assererent, soli Patri & Spiritui sacrificium oblatum fuisse, & non ipsi Verbo offerenti; nanque si id quispiam affirmas-

ſet, prorſus in Chriſto duas perſonas introduceret, & vnus Dei Filius in duo ſcinderetur, vt demens conſtituebat Neſtorius. Alij ipſi quoque Filio oblationem factam fuiſſe contendebant, tanquam qui in diuina Triade inſeparabiliter vniretur. Qui eruditionis fama tum præpollebant, primam ſententiam mordicus tenebant, erantque Soterichus Panteugenus Antiochiæ apud Orontem Hypopſephius, Euſtathius Dyrrhacenus, Michaël Protecdicus Theſſalonicenſis, & Baſilaces Nicephorus, Pauli Epiſtolarum interpres: ſecundam reliqui Epiſcopi. Cum multa vtrinque ad ſtabiliendum proprium dogma, ex confirmantibus, & refutantibus afferrentur, diſceptatio longo tempore protracta eſt. tandem vt diſputationi finis imponeretur Synodus congregatur in Thomaite, præſidebant Lucas Patriarcha Conſtantinopolitanus, Ioannes Hieroſolymitanus, Metropolitæ & Epiſcopi, Ioannes Comnenus primæ Iuſtinianæ & vniuerſæ Bulgariæ, Ioannes Cypri, Stephanus Cæſareæ Cappadociæ, Petrus Heracleæ, Stephanus Ancyræ, Ioannes Cizyci, Theophylactus Nicomediæ, Leo Nicææ, Conſtantinus Chalcedonis, Ioannes Sidæ, Baſilius Theſſalonicæ, Conſtantinus Neocæſareæ, Georgius Claudianopolis, Baſilius

Lao-

Laodiceæ, Theodorus Corinthi, Georgius Athenarum, Ioannes Amaſtridis, Leo Moceſſi, Conſtantinus Patrarum, Georgius Lariſſæ, Baſilius Nicopolis, Baſilius Naupacti, Theodorus Philippopolis, Leo Adrianopolis, Georgius Apameæ, Conſtantinus Corcyræ, Michaël Methymnæ, Nicolaus Attaliæ, Ioannes Paronaxiæ, Theodorus Meſembriæ, Theodorus Bizyæ, Conſtantinus Arcadiupolis, Nicetas Parij, Ioannes Selybriæ, Gregorius Carabyziæ, Michaël Lemni, Acacius Heraclis, Georgius Patarorum, Dionyſius Hyrcaniæ, Conſtantinus Dalyſſenorum, Leo Argi, Ioannes Demetriadis, Baſilius Artæ, Andri, & Synetoram. Aderantque præterea Senatorius ordo, & Cleri Conſtantinopolitani præſtantiores. Quæſtione præpoſita Metropolita Ruſſiæ, & alij in hunc modum locuti ſunt, vt habetur expreſſum in decreto Synodali dato vigeſimo ſexto die Ianuarij anni *6664.* ab orbe condito, qui eſt Chriſti 1156. Indict. 4. Ὁ διαληφθεὶς ἱερώτατος μητροπολίτης Ῥωσίας ταῦτα καὶ πάλιν εἰς κοινὴν ἀκρόασιν ἀπετείνατο, ὡς αὐτὸς μὲν ἔτι πρεσβεύει, καὶ ἀραρότως ἔχει περὶ τῆς ζωοποιοῦ θυσίας, μήτ' ἀρχῆθεν ὅτε παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ δηλονότι τετέλεστο, μήτ' αὖθις τὸ ἀπ' ἐκείνου, μέχρι καὶ σήμερον μόνῳ τῷ ἀνάρχῳ τοῦ μονογενοῦς πα-

πατεὶ ταύτην προσῆχθαι καὶ προσάγεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ ἐνανθρωπήσαντι Λόγῳ. καὶ μὴν δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῆς τοιαύτης θεοπρεποῦς τιμῆς ἀπολείπεσθαι. καὶ ἁπαξαπλῶς πρὸς τὴν ἐν Τριάδι προσώπων ἑνιζομένην, καὶ μίαν γνωριζομένην θεότητα συμφυῆ τε καὶ συναΐδιον, τὴν τῶν μυστηρίων προσαγωγὴν γεγενῆσθαι τε, καὶ γίνεσθαι, τελειουμένην διὰ τῆς τελειοποιοῦ Τριάδος ἑκάστοτε, τοῦτο ἀνενδοιάστως φρονεῖν, τοῦτο βεβαίως καὶ ἀπὸ τῶν θείων πεπληροφορῆσθαι γραφῶν. τούτῳ καὶ συναποθνήσκειν ἑτοίμως ἔχειν τῷ δόγματι. ὁ μὲν Ῥωσίας ταῦτα πεπαῤῥησιασμένῳ φρονήματι ἐξελάλησεν. ὡς δὲ καὶ ἀπήτει τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ τῆς κοινῆς τῶν ἀρχιερέων ἀποκαλύπτεσθαι σύνθημα, ὁ ἁγιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος τῆς Μητροπόλεως Ἐφέσου πρῶτος αὐτίκα τὴν ὠδῖνα μὴ στέργειν ἔτι οἷός τε ὢν τοῦ ἐνόντος τούτῳ ἐνθέου ζήλου, ὁμοφρόνως τῷ Ῥωσίας φρονεῖν ἀνεκήρυξε, συναποθανεῖν καὶ αὐτὸς τῇ τοιαύτῃ ὁμολογίᾳ μάλα θαῤῥούντως ἰσχυριζόμενος. τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις πρεσβεύειν, καὶ ἡ λοιπὴ τῶν ἀρχιερέων ὁμήγυρις συγκατέθετο, σύμφρονας ἐπὶ τούτοις ἀρεῦσα καὶ ὁμογνώμονας ὅσον τε τοῦ συλλόγου μέρος ἐκ τῆς Συγκλήτου συνεδρεύει, καὶ ὅσον ἄλλο παρεστηκὼς ἐγνωρίζετο. *Prædictus sanctissimus Metropolita Russiæ hæc rursus in audientiam omnium proferrebat, se metipsum & ita sentire & firmiter tenere de viuifico sacrificio, neque a principio, cum a Saluatore Christo peractum est, neque rursus ex eo tempore ad hunc*

diem

diem ſoli abſque principio Vnigeniti Patri illud oblatum eſſe, & offerri, ſed & ipſi Verbo incarnato. Quinimo neque Spiritum ſanctum Deo addecente hoc honore deſtitui, & vno verbo ad eam, quæ in Triade inſidet, & vna agnoſcitur, diuinitatem perſonarum connaturalem & coëternam myſteriorum oblationem factam eſſe, & fieri, quæ quotidie a perficiẽte Triade perficitur. Hoc ipſum ſine vlla hæſitatione ſentire, & hoc perquam certiſſime a ſacris didiciſſe ſcripturis, & ſimul vna cum hoc dogmate vitam obire paratum eſſe. Et Ruſſiæ quidem Metropolita hæc aperte & ſine vllo velamine palam faſſus eſt. Cum vero negotium requireret, vt etiam communis aliorum Præſulum ſententia innoteſceret, ſanctiſſimus Archiepiſcopus Metropolis Epheſi primus ſtatim, cum non poſſet conceptum in ſe zelum diuinum continere, vnanimiter ſe tenere cum Ruſſienſi intonuit, confidenter contendens, ſe in eadem ipſa dogmatis conſenſione commori velle. Itaque eadem reliquus Præſulum ordo probare faſſus eſt, cum concordes in hoc comperiſſet & eiuſdem ſententiæ, tum quidquid ex ſenatorio ordine coactum fuerat, tum quidquid aliud conſederat, & præſens erat. Enumeratis deinde qui aſſenſerant, Michaël Theſſalonicenſis interrogatur, quid de ea quæſtione ſentiret. Reſpondet. Licet dubie ante de ea inquireret, modo non contraire, ſed ſequi aliorum de-

cre-

creta. Dyrracenus nihilominus respondit, de rebus magnis non posse se ex facili decernere; propterea vt alias sæpe, ita & nunc rogabat Patres, vt scripto sibi traderentur, de quibus dubitabatur, quæque Patres ipsi probarent, vt diligenter illis examinatis collatisque cum antiquorum Patrum sententijs, si consona reperisset, se ipsum a dubijs liberaret, si vero aliter res se haberet, rogasset iterum, & addiscendo proficeret: neque enim verebatur de hoc, cum & Gregorius, cui e Theologia cognomen erat, scripserit; *Volo per vitam puer esse & discipulus*. Cum postmodum varia testimonia e Patribus ad confirmandum Synodi decreta perlecta essent, assurgens, & stans in medio, verum est, infit, me ad similia dijudicanda tempus expostulasse, sed nunc auditis prolatis testimonijs, nullum de cætero examen requiro, & assensum præbeo, recipioque quidquid ab hac sacra Synodo determinatum est; ideoque aperto ore depredico, & confiteor credere, vere non soli Patri, sed etiam Filio & sanctissimæ Triadi viuificum sanguinem & corpus Christi Saluatoris, & primum in Dominica passione oblatum fuisse, & ex eo tempore quæ fiunt quotidie mystica sacrificia inter Missarum solemnia Deitati tribus hypostasibus subsisten-

ſtenti ab ijs, qui celebrant offerri. His auditis Synodus omnes in falſo iſto dogmate contumaces anathemate ferijt, reſipiſcentes & decretis ſuis aſſentientes, modo præſcripto a Canonibus & Patrum traditionibus in communionem admiſit. Secunda deinde Seſſione celebrata duodecimo menſis Maij, eadem repetita ſunt. & Nicephorus Baſilaces ſponte ad Synodum accedens, poſt longum ſermonem & cauſas expoſitas, ob quas ſimili ſe dogmati addixerat, veniam petijt, decretis ſynodicis aſſenſus. Tantum Soterichus pertinax errori adhæſit, & neque minis, neque illecebris Imperatoris adduci potuit ad ſanum dogma recipiendum. Sed tandem argumentis deuictus ceſſit, & ſententiam ſuam ſcripto quoque expreſſam condemnauit. Ὁμοφρονῶ τῇ ἁγίᾳ καὶ ἱερᾷ Συνόδῳ ὅτι τὴν θυσίαν καὶ τὴν νῦν προσαγομένην, καὶ τὴν τότε προσαχθεῖσαν, παρὰ τοῦ μονογενοῦς καὶ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, καὶ τότε προσαχθεῖσαν, καὶ νῦν πάλιν προσάγεσθαι, ὡς τὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ μίαν, καὶ τῷ μὴ οὕτω φρονοῦντι ἀνάθεμα, κᾂν τι πρὸς ἀνατροπὴν εὑρίσκεται γεγραμμένον ἀναθέματι καθυποβάλλω. ἡ ὑπογραφή. Σωτήριχος ὁ Πανδεύγενος. *Concors ſum ſacroſanctæ Synodo, ſacrificium quod nunc offertur, & cum oblatum ab vnigenito & Verbo incarnato, nunc quoque offerri, tanquam quod vnum idem-*

idemque sit. Et non ita sentienti anathema. etsi quid ad illud conuellendum scriptum reperitur, anathemati subijcio. subscriptio. Soterichus Panteugenus. His itaque cum assensisset Soterichus, dubitatum est a Patribus an ille cum esset Hypopsephius Antiochenus, post reconciliationem promouendus esset ad thronum Antiochenum, & multis diffidentibus ad alium diem iudicium protractum est. Et decimo tertio die eiusdem Mensis Maij, Feria secunda, Imperator siquidem cum tempus vrgeret, necessitasque postularet, nec non hostes Romanam ditionem inuaderent, ad parandas copias alio auocatus, rem diutius differri noluit: ideoque missis nuncijs per Synodum, ab Imperatore etiam expectatus, accersitur; vt de se sententiam ferendam audiat. Respondit neque eo die, neque subsequente posse ad Synodum progredi, quod in febrem incidisset assiduam & satis molestam: iacebat enim in lectulo, ignorarique, an in posterum ingrauesceret. Hisque addebat, etiamsi absuero, quod ipsis perplacitum est, exequantur, Cumque illi iterum atque iterum indicaretur, etiamsi non adfuisset, lectum antea de eo decretum, iterum legendum fore. Interim cum non accessisset, vnanimi omnium sententia decretum in ambo-

bone lectum est, etiam ijs Patribus, qui vt res dijudicaretur postularant, Heracleensi nempe, Cizyceno, Sidensi, Thessalonicensi, Neocæsariensi, Philippopolitano, Laodicensi consentientibus, & iudicium cum alijs Patribus in se recipientibus, quibus illud, cum ad se diceret non pertinere Imperator, commiserat, decretum fuit, Soterichum. Ἱερωσύνης πάσης ἀνάξιον, οὐ διὰ τὰ σήμερον μόνον παρ᾽ αὐτοῦ λαληθέντα μετὰ πολλῆς τῆς ἐνστάσεως, ἀλλ᾽ ὅπερ δὲ ὅτι τὸ βλάσφημον τοῦτο διεθρυλλήθη δόγμα καὶ λόγον ἐξέθετο τῆς καινοφανοῦς ταύτης αἱρέσεως συνήγορον, καὶ οὐ μόνον προστάτης ἐγγράφως καὶ πρόμαχος τῆς τοιαύτης ἀσεβείας ἐδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ ἀγράφως πλειστάκις διαλεγόμενος πρός τε ἄλλους πολλούς, καί τινας δὲ ἡμῶν οὕτως ἀναφανδὸν ἐκύρου τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν, καὶ τὰς τῶν Χριστιανῶν ψυχὰς ἐσκανδάλιζεν. *Sacerdotij vniuersi esse indignum non solum ob ea, quæ hodie cum multa contentione oblocutus est, sed etiam quod blasphemo huic dogmati, statim atque publicatum est, huius nouissimæ hæresis tractatu edito, patrocinatus est, & non tantum scripto, huiuscemodi impietatis dux & antesignanus ostensus est, sed etiam absque scripto sæpissime inter colloquendum cum multis alijs & nonnullis ex nostris nimio plus confirmabat similem blasphemiam, & Christianorum animos in scandalum inducebat.* Et sic Soterichus non solum

lum sacris obeundis, sed throno etiam Antiocheno, ad quem erat promouendus, communi omnium calculo priuatus est. Collige itaque, Lector, Soterichum hunc cum socijs asserentem Christum offerentem obtulisse Patri, & non sibi: &, qui contrarium dicunt, duas in Christo hypostases æque atque Nestorium constituere, quod blasphemum & impium est, a plena Synodo in Ecclesia Græca vna cum sua hæresi & Tractatu, quo hæresim stabiliebat, damnatum fuisse, & sacerdotio spoliatum. Ergo Nicetas & Methonensis Soterícho non absimilia tradentes, & hæresim firmantes, eodẽ tempore condemnãtur ab vniuersa Ecclesia Græca.

Et merito: cum etiam a Patribus illius Ecclesiæ antea condemnati reperiantur. Idque vt videas. Basilius, & Ioannes Chrysostomus in secretioribus Missæ precibus; Σὺ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος. *Tu es offerens, & oblatus, & accipiens.* Athanasius Oratione de Incarnatione; Ὅτε οὖν λέγει, ὅτι ὁ πατὴρ ἡγίασεν αὐτὸν, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν, δηλονότι δι' ἑαυτοῦ τὰ πάντα ποιεῖ ὁ πατήρ. δι' αὐτοῦ οὖν αὐτὸν ἐγείρει, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸν ἁγιάζει, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸν ὑψοῖ, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ζωὴν αὐτῷ δίδωσιν. καὶ ὅτε παρατίθεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ὡς ἄνθρω-

πος εἰς χεῖρας τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ παρατίθεται ὡς Θεῷ, ἵνα πάντας ἀνθρώπους παραθῆται τῷ Θεῷ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ. *Cum itaque dicit, Pater sanctificauit eum, & resurgere fecit eum, & donauit illi nomen, quod est supra omne nomen, & dedit illi vitam, nempe per ipsum omnia facit Pater. Per ipsum itaque ipsum suscitat, & per ipsum ipsum sanctificat, & per ipsum ipsum exaltat, & per ipsum vitam ipsi tribuit. & cum commendat Spiritum suum vt homo in manus Patris, sibiipsi commendat vti Deo, vt vniuersos homines commendet Deo: ipse enim est manus Dei.* Gregorius Nazianzenus in dictum Euangelicum, *Tu es Filius meus dilectus*; Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου καὶ ἀμνός. ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον. ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος. ὁ αὐτὸς ἱερουργῶν καὶ ἱερουργούμενος. ὁ αὐτὸς θυσία γενόμενος, καὶ αὐτὸς τὴν θυσίαν δεχόμενος. *Hic est Filius meus & agnus. Ipse sacerdos & sacrificium, ipse offerens & oblatum, ipse sacrificans, & sacrificatum. Ipse sacrificium factus, & sacrificium acceptans.* Cyrillus Hierosolymitanus Orat. in Hypapantem; Βρέφος βλέπω, νομικὴν θυσίαν προσάγοντα ἐπὶ γῆς, ἀλλ' αὐτὸν τὰς πάντων εὐσεβῶς θυσίας δεχόμενον ἐν οὐρανοῖς. αὐτὸν ἐν θρόνῳ χερουβικῷ, θεοπρεπῶς αὐτὸν προσφερόμενον καὶ ἁγιζόμενον. αὐτὸν τὰ πάντα ἁγιάζοντα καὶ καθαίροντα. αὐτὸς τὸ δῶρον, αὐτὸς Ἀρχιερεύς, αὐτὸς τὸ θυσιαστήριον, αὐτὸς ὁ προσφέρων, αὐτὸς ὁ ὑπὲρ κόσμου θυσία προσφερόμενος, αὐτὸς τὸ πῦρ ὑπάρχων, αὐτὸς ὁ

λοκαύτωσις, αὐτὸς τὰ ξύλα τῆς ζωῆς, καὶ τῆς γνώσεως, αὐτὸς ὁ ἀμνὸς, αὐτὸς ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος, αὐτὸς ὁ ποιμὴν, αὐτὸς τὸ ἀρνίον, αὐτὸς ὁ θύτης, αὐτὸς ὁ θυόμενος, αὐτὸς ὁ ἀναφερόμενος, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν ἀναδεχόμενος, αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον πληρῶν. *Infantem video, legale sacrificium offerentem super terram, sed ipsum vniuersorum pia sacrificia excipientem in cœlis. Ipsum in throno Cherubico, vti Deum addecet, seipsum offerentem, & sese sacrificantem, & sese offerentem & purificantem, ipsum omnia sanctificantem & mundantem. Ipse munus, ipse sacerdos, ipse altare, ipse offerens, ipse pro mundo sacrificium oblatum, ipse ignis existens, ipse holocaustum, ipse ligna vitæ & cognitionis, ipse agnus, ipse ensis Spiritus, ipse pastor, ipse agnus, ipse sacrificans, ipse sacrificatus, ipse oblatus, ipse sacrificium accipiens, ipse lex, ipse qui legem explet.* Theodoretus in Apostolicum dictum, Ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἕτερα προσέφερον θύματα, οὗτος δὲ τὸ ἑαυτοῦ προσενήνοχε σῶμα, αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον γενόμενος, καὶ ὡς Θεὸς μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος τὸ δῶρον δεχόμενος. *Qui non habet secundum nostram necessitatem prius pro proprijs peccatis.* &c. *Et illi quidem alia offerebant sacrificia. Hic vero proprium obtulit corpus, ipse sacerdos & victima factus, & vti*

Deus

Deus cum Patre & Spiritu donum accipiens. Et in dictum Dauidicum, *Tu es sacerdos in aeternum*: Ἱερατεύει δὲ καὶ νῦν ὁ ἐξ Ἰούδα κατὰ σάρκα βλαστήσας Χριστὸς, καί τοι μηδὲν αὐτὸς προσφέρων, ἀλλὰ τῶν προσφερόντων κεφαλὴ χρηματίζων. σῶμα γὰρ ἑαυτοῦ τὴν ἐκκλησίαν καλεῖ. καὶ ἱερατεύει μὲν ὡς ἄνθρωπος, δέχεται δὲ τὰ προσφερόμενα ὡς Θεός. *Sacerdotis munus obit & nunc, qui ex Iuda secundum carnem exortus est Christus, licet nihil ipse offerens, sed offerentium caput existens: corpus enim suum Ecclesiam vocat. & munus sacerdotis obit vt homo, accipit vero oblata vt Deus.* Cosmas IndicopleustaProoemio in Psalterium: Εἶπεν γὰρ ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. εἰ υἱὸς αὐτοῦ ἐστι, πῶς Κύριος αὐτοῦ ἐστι; τὸ μὲν Κύριος αὐτοῦ ὡς Θεὸς σαφῶς προσάπτων. τὸ δὲ κάθου ἐκ δεξιῶν μου, σαφῶς τῇ ἀνθρωπότητι ἁρμόζει. τὸ γὰρ κάθου τῷ μὴ καθεζομένῳ λέγεται. ἡ δὲ θεότης ἵδρυται εἰς τὴν οἰκείαν μακαριότητα, τιμήν τε καὶ δόξαν, παρ' ἑτέρου μείζονος μὴ ἐπιτρεπομένη εἰς τοῦτο. ἀλλ' ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ ὑπὸ τῆς ἑνωμένης αὐτῇ ἀχωρίστως θεότητος ἐπιτρέπεται ἀκοῦσαι, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. ὡσανεὶ ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ. οὔτε γὰρ δεξιὰν οὔτε ἀριστερὰν ἔχει ὁ Θεὸς, ἀπερίγραπτος ὑπάρχων. ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ λέγει. ὅτι κάθου ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ, ὡσανεὶ εἰς πρόσωπον ἐμὸν, ὡς εἰκὼν Θεοῦ παντὶ τῷ κόσμῳ δεικνυμένη. οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ λέγει, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ βασιλεία καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ τὰ λοιπά. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύ-

ειος φησὶν, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Si Filius illius est, quomodo Dominus illius est? Illud Dominus ipsius vti Deus palam prædicens: at illud, sede a dextris meis, palam humanitati congruit. Nanque sede ad eum qui non sedet dixit. At diuinitas firma in propria beatitudine, honore, & gloria ab alio maiori ad hoc non demandatur, sed humanitas Christi ab vnita illi inseparabiliter Deitate demandatur, audiens, sede a dextris meis, quasi diceret, in meo honore: neque enim dexteram aut sinistram Deus possidet, cum incircumscriptus sit. Sed hoc ipsum dicit, sede in meo honore, ac si diceret, in mea persona, veluti imago Dei vniuerso mundo ostensa. Sic nanque Daniel dicit, Et ipsi datum est regnum & honor & auctoritas*, & cætera. *Sed & ipse Dominus dicit; Data est mihi potestas in cœlo & in terra*, Ioannes Damascenus; Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ πατὴρ, καθὸ πατὴρ θέλει, ἢ καθὸ Θεός; ἀλλ' εἰ μὲν καθὸ πατὴρ, ἄλλο τὸ αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὸ τοῦ υἱοῦ θέλημα. οὐ γὰρ πατὴρ ὁ υἱός, εἰ δὲ καθὸ Θεός, Θεὸς δὲ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄρα τὸ θέλημα φύσεως, ἤγουν φυσικόν. καὶ σὺ γοῦν κατὰ τοῦτο συλλογισάμενος, ἐρώτησον, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καθὸ πατὴρ προσεδέξατο τὸ τοῦ μονογενοῦς αἷμα, ἢ καθὸ Θεός; ἀλλ' εἰ μὲν καθὸ πατὴρ, ἄλλη αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὴν τοῦ υἱοῦ

δύνα-

δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια. οὐ γὰρ πατὴρ ὁ υἱός. εἰ δὲ καθὸ Θεός, Θεὸς δὲ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄρα τὸ τοῦ μονογενοῦς αἷμα τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἡ αὐτὴ ἁγία Τριὰς καθὸ Θεὸς προσεδέξατο. *Omnium Deus & Pater vti Deus vult, an vti Pater? Quod si vti Pater, alia erit ipsius ab ea quæ Filij est voluntas: neque enim Pater Filius est. Quod si vti Deus, Deus vero est & Filius & Spiritus sanctus. Voluntas ergo naturæ est, nempe naturalis. Sic tu igitur hoc eodem modo argumentum formans interroga. Omnium Deus & Pater, vti Pater accipit vnigeniti sanguinem, an vti Deus? Quod si vti Pater, alia erit ipsius ab ea quæ Filij est facultas & operatio: neque enim Filius Pater est. Quod si vti Deus, Deus vero & Filius & Spiritus sanctus est. Igitur vnigeniti vnius ex sancta Triade sanguinem ipsa sancta Trinitas vti Deus accepit.* Theodorus Antidorum Episcopus in Expositione Missæ. Κυριώτερον δὲ τοῦτο νοεῖν, ὡς παρὰ τοῦ Χριστοῦ λέγονταί τε καὶ πράττονται. υἱὸς γὰρ καὶ Λόγος τὸ ἀθύτως θυόμενον, καὶ ἀμνὸς καὶ θῦμα ὁ αὐτός, καὶ ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. *Sed magis proprie hac intelliges, si a Christo dici fierique reputaueris: Filius enim est & Verbum insacrificabile sacrificium, & agnus, & hostia item ipses & summus sacerdos in æternum.* Germanus Patriarcha in Expositione Missæ. Θυσιαστήριον ἐστὶν ἱλαστήριον ἐν ᾧ προσεφέρετο περὶ

ἁμαρτίας καὶ τὸ ἅγιον μνῆμα τοῦ Χριστοῦ. ἐν ᾧ θυσιαστηρίῳ καὶ θυσίαν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς προσήγαγε τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὡς ἀμνὸς θυόμενος· καὶ ὡς ἀρχιερεὺς καὶ υἱὸς ἀνθρώπου προσφέρων καὶ προσφερόμενος εἰς μυστικὴν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν καὶ λογικὴν λατρείαν τοῖς πιστοῖς ἱεροθυτούμενος, δι' ἧς μέτοχοι γεγόναμεν τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ ἀθανάτου. *Altare est propitiatorium, in quo offerebatur pro peccato. in quo altari victimam se Christus obtulit Deo & Patri per oblationem corporis sui, vt agnus immolatus, & vt Pontifex & Filius hominis, offerens & oblatum in mysticum & incruentum sacrificium & rationalem hostiam, fidelibus immolatus, per quam participes efficimur æternæ vitæ, & immortalis.* Et infra; Ὁ Χριστὸς ἐβάστασε τὸν σταυρόν, καὶ ἀντὶ κριοῦ ἐτύθη τὸ σῶμα αὐτοῦ τὸ ἄμωμον, ὡς ἀμνὸς σφαττόμενος τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καὶ ἀρχιερεὺς γενόμενος ὡς υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ προσφέρων ἑαυτὸν καὶ προσφερόμενος εἰς τὸ ἀνενέγκαι ἁμαρτωλοὺς πολλούς. καὶ τέθνηκε μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀνέστη δὲ ὡς Θεός, δι' ἣν εἶχεν ὑπερκόσμιον δόξαν παρὰ τῷ Θεῷ καὶ γεννήτορι. *Christus gestauit Crucem, & pro ariete immolatum est corpus eius immaculatum, vt agnus mactatus, lancea per latus eius transfixa; & Pontifex factus vt filius hominis, & offerens seipsum & oblatus ad subuehendos peccatores multos, & mortuus*

qui-

quidem est vt homo, resurrexit vero vt Deus, ex quo supramundanam gloriam habuit apud Deum & genitorem. Theophanes Nicænus Oratione 8. Contra Iudæos. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς κοινὴν μὲν θυσίαν φαμὲν ἅπαξ τοῦ παντὸς αἰῶνος γενέσθαι ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παρὰ Χριστοῦ, ἀρχιερέως ὄντος τοῦ αὐτοῦ καὶ θύματος. οὗ τὸ μὲν αἷμα ἔνδον εἰσενεχθῆναι τοῦ οὐρανίου καταπετάσματος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τὸ δὲ σῶμα ἔξω τῆς πόλεως τῷ πυρὶ τῆς θεότητος ὁλοκαυτωθῆναι, καθ' ὃν εἴρηται τρόπον. *Hinc nos quoque commune sacrificium nuncupamus, semel in omni sæculo pro vniuerso humano genere factum ab ipso summo sacerdote Christo, qui etiam hostia fuit. cuius sanguis intra velum cœleste Deo & Patri illatus est: corpus vero extra vrbem diuinitatis igne, modo quo diximus, concrematum est*. Et Stephanus magnus Drungarius, sic contra Soterichum argumentabatur; Ὅλῃ τῇ θεότητι προσκεκρούκαμεν ἡμεῖς διὰ τῆς παραβάσεως τῇ ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρουμένῃ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἢ μόνῳ τῷ πατρί; εἰ μὲν μόνῳ τῷ πατρί, καὶ αὐτῷ μόνῳ κατὰ τοὺς φλυαροῦντας κατηλλάγημεν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἐνανθρωπήσαντος υἱοῦ αὐτοῦ. εἰ δὲ ὅλῃ τῇ Τριάδι, ὅλῃ τῇ Τριάδι προσηνέχθη καὶ τὸ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ αἷμα. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ Χριστῷ, ἤτοι τῇ μιᾷ τούτου ὑποστάσει θεωρεῖται τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον,

τον, τὸ θνητὸν καὶ τὸ ἀθάνατον, ἔτι καὶ τὸ προσάγον, καὶ τὸ προσδεχόμενον. ὁ αὐτὸς γὰρ ὡς ἄνθρωπος προσήγαγε, καὶ ὡς Θεὸς προσεδέξατο. *Vniuersæne diuinitati, quæ in tribus hypostasibus Patre, Filio, & Spiritu sancto consideratur, in offensionem nos incidimus, an solius Patris? si Patri soli, & ipsi soli, æque atque garruli isti per sanguinem Filij illius incarnati reconciliati sumus. Quodsi vniuersæ Triadi, vniuersæ Triadi & vnigeniti Filij Dei sanguis oblatus est. Quemadmodum enim in vno eodemq; Christo, siue vna eiusdem hypostasi conspicitur corruptibile & incorrutibile, mortale & immortale, ita & offerens & oblatum. Ipse siquidem vti homo offerebat, & vti Deus excipiebat.* Nec Cyrillus ipse prætereundus est, qui ad Imperatrices scribit; Ἄθρει δ' ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ μεσίτης τέθειται Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεύς. τὸν δὲ τῆς θυσίας τρόπον οὐκέτι καθ' ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, μηδὲν αὐτὸς ἐπικοινωνῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν, ἀλλ' ἑαυτοῦ πραγματεύεται, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Καὶ μετ' ὀλίγα. Οὐκοῦν κἂν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτὸς θεϊκῶς, αὐτὸς ὢν ὁμοῦ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. *Considera ergo, vti sacerdotis munus obeat, vti hominem decet, & mediator apponitur Dei & hominum. Vnusquisque enim sacerdos mediator est: at Sacrificij modum non vt vnus ex nostris*

sa-

ſacerdotibus ſeruili modo explet, nihil ipſe communicans. Sed ſibi ipſi ſacrificat, & per ſeipſum Deo & Patri. Et paucis annexis. *Itaque licet more hominum ſacrificare dicatur, ſed vt Deus ſacrificium accipit, cum ipſe ſimul ſit Deus & homo.* Et ad Imperatorem; Αὐτὸς οὖν ἄρα γέγονεν ἀρχιερεὺς κατά γε τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι παρὰ πάντων θυσίας δεχόμενος θεϊκῶς. αὐτὸς τὸ θῦμα κατὰ τὴν σάρκα. αὐτὸς ὁ ταῖς ἁμαρτίαις ἱλασκόμενος ἡμῶν κατά γε τὴν τῆς θεότητος ἐξουσίαν, *Ipſe itaque factus eſt ſummus Pontifex ſecundum humanitatem, licet ab omnibus ſacrificia accipiat vti Deus. ipſe victima ſecundum carnem. ipſe qui peccatis noſtris propitius ſit ſecundum diuinitatis maieſtatem.* Item in Cœnam Apoſtolicam & lauacrum; Πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ἅγιον εἰς ἱλασμὸν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ μέθεξιν τῆς ἐν αὐτῷ ἀθανασίας, πιστεύοντες ἅμα, ὅτι περ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ θυσία, αὐτὸς ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος καὶ δεχόμενος, μὴ διαιροῦντες εἰς δύο πρόσωπα τὴν ἀδιάσπαστον, καὶ πρός γε τούτοις ἀσύγχυτον ἕνωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς παντίμου Τριάδος. *Bibimus eiuſdem ſanctum ſanguinem in propitiationem noſtrorum peccatorum, & participationem, quæ in eo eſt, immortalitatis, ſimul ipſum eſſe ſacerdotem, & ſacrificium ipſum, offerentem & oblatum, & accipientem credentes, non diuidentes in duas perſonas, quæ diſiungi non poteſt, & ante*

omni-

omnia inconfusam unionem unius ex summe colenda Trinitate. Et libro 12. aduersus Theodotum. Dictum hoc laudatur in Synodo aduersus Soterichum & socios; Ἐπεὶ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικε καὶ ἱερεὺς, οὐχ ὡς μείζονι Θεῷ προσκομίζων τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ, τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. ἐρυθριᾷς δὲ ἀκούων, ὅτι κεχρημάτικεν ἱερεὺς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. εἶτα πῶς οὐ τεθαύμακας, ὅτι μὴ κατὰ τῶν ἱερέων ἔθος ἑτέρως ποιεῖται τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ πατρί: *Quando vero factus est homo, fuit & sacerdos, non uti maiori offerens sacrificium, sed sibimetipsi, & Patri, fidei nostræ confessionem pertractans. Rubore suffunderis audiens, eum sacerdotem fuisse ut hominem, quomodo interim non admiratione commoueris, quod non aliorum sacerdotum consuetudine modum sacrificij expleat, sed sibiipsi potius ac Patri?* Et quid tandem? Magna Constantinopolitana Ecclesia, quam sequuntur reliquæ tres in ipsa Græcia Patriarchales, in suo Synodico Dominica secunda magnorum ieiuniorum publice in Ecclesia legit; Τοῖς λέγουσιν, ὅτι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κοσμοσωτηρίου πάθους τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσαχθεῖσαν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ θυσίαν τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ὡς ἀρχιερέως κατὰ τὸ ἀνθρώπινον

ἀ.

δι' ἡμᾶς χρηματίσαντος. ὅτι περ ὁ αὐτὸς καὶ Θεὸς καὶ θύτης, καὶ θῦμα κατὰ τὸν πολλὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, προσήγαγε μὲν αὐτὸς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, οὐ προσεδέξατο δὲ ὡς Θεὸς μετὰ τοῦ πατρὸς, αὐτός τε ὁ μονογενὴς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς διὰ τούτων ἀπεξενοῦσιν αὐτόν τε τὸν Θεὸν λόγον καὶ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τούτου παράκλητον πνεῦμα τῆς θεοπρεποῦς ὁμοτιμίας τε καὶ ἀξίας, ἀνάθεμα. Τοῖς τὴν καθ' ἑκάστην προσαγομένην θυσίαν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων ἀπὸ Χριστοῦ τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίαν μὴ δεχομένοις, τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσάγεσθαι, ὡς αὐτίφθεγγομένοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις πατράσι Βασιλείῳ τε καὶ τῷ Χρυσορρήμονι, οἷς συμφωνοῦσι καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι Πατέρες ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν, ἀνάθεμα. *Asserentibus sacrificium tempore vniuerso orbi salutaris passionis Domini & Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi pro nostra salute oblatum ab ipso pretiosi sui corporis & sanguinis, qui summus Pontifex secundum humanitatem propter nos extitit, cum ipse fuerit & Deus, & sacrificator, & sacrificatum, vt magnus in rebus Theologicis Gregorius inquit, obtulisse quidem ipso Deo Patri, & non accepisse vti Deum simul cum Patre ipsum vnigenitum, & Spiritum sanctum, tanquam qui per hæc asserta spolient ipsum Deum Verbum, & eiusdem substantiæ & gloriæ Spiritum paracletum honore & gloria, quæ Deo conuenit, anathema sit. Illis, qui sacrificium singulis*

gulis diebus oblatum ab ijs, qui a Christo diuinorum mysteriorum consecrationem non admittunt, sanctissimæ Triadi offerri, tanquam contraria sentientibus sacris diuinisque Patribus Basilio & Chrysostomo, quibus cum vna sentiunt reliqui diuiniferi Patres in proprijs sermonibus & Commentarijs, anathema.

Ijdem ipsi Schismatici, qui processionem Spiritus etiam ex Filio oppugnarunt, permulti hanc veritatem cognouerunt, & fassi sunt. Nicolaus Episcopus Methonensis de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi; Οὐ δὲ γὰρ ὀστοῦν αὐτοῦ συνετρίβη, καὶ τῆς θείας ζωῆς ἀχώριστον. τοιοῦτον οἷον αὐτὸς ὁ πρῶτος ἡμῶν καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, καὶ θύτης καὶ θῦμα τοῖς οἰκείοις μύσταις παρέδωκεν. *Christi corpus integrum, & a diuina vita inseparabile plane, quale ipse primus noster & magnus Pontifex, & sacrificus victimaque suis proprijs discipulis tradidit.* Eustratius Nicænus libro 2. de Azymo. Ὡς γὰρ τὸ ἡμέτερον ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς προσλήψεως ᾠκειώσατο, οὕτως καὶ τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸ προσφερόμενον ἑαυτῷ οἰκειούμενος ἑαυτοῦ σῶμα ποιεῖται, καὶ ἡμῖν αὐτοῦ μεταδίδωσιν. *Quemadmodum enim nostrum Saluator per assumptionem sibi appropriauit, ita quod pro ipso illi offertur approprians, suiipsius corpus facit, illiusque nos participes efficit.* Nicolaus Gabasila lib. 1. de vita in Christo; Καὶ τροφεὺς ὢν καὶ τροφή ἐστι, καὶ αὐτὸς μὲν ἐστιν ὁ

πα-

παρέχων τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς. αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ παρέχων. *Et nutritor est & nutrimentum ipse. & ipse est qui panem vitæ suppeditat, & est idem quod suppeditat.* Et libro 6. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς μὲν ἐστιν ὁ τελῶν, αὐτὸς δὲ τὰ μυστήρια, τὸν ἴσον τρόπον ὁ φυλάττων ἐν ἡμῖν ἃ δίδωσι, καὶ μένειν ἐφ' οἷς ἐλάβομεν παρασκευάζων μόνος ἐστὶν, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθαι ποιεῖν οὐδέν. *Quemadmodum enim ipse est qui perficit, & ipse est Mysteria, eodem modo qui in nobis conseruat, quæ exhibet, & perseuerare in ijs, quæ recepimus, solus est qui præparat, quod absque me, inquit, nihil potestis facere.* Et lib. 3. Ἐπεὶ γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ ἱερεύς ἐστι καὶ θυσιαστήριον, καὶ θυσία, καὶ προσάγων, καὶ δι' οὗ προσάγει, καὶ ὁ προσάγει τοῖς μυστηρίοις διεῖλεν, ἐκεῖνο μὲν τῷ τῆς εὐλογίας ἄρτῳ, ταῦτα δὲ τῷ μύρῳ διδούς. *Quando vero ipse est & sacerdos & altare, & victima, & offerens, & per quem offert & quod offert in mysterijs, diuisit illud quidem benedictionis pani, hæc vero vnguento exhibens.* Et in expositione Missæ c.35. Καὶ ἡσυχῇ καθ' ἑαυτὸν εὔχεται. εὐχόμενος δὲ αὐτὸν καλεῖ τὸν Χριστὸν, τὸ σφάγιον, τὸν ἱερέα, τὸν ἄρτον, ἵνα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς δούλοις ἑαυτὸν μεταδῷ. *Et submissa voce per se precatur. orans autem vocat ipsum Christum, victimam, sacerdotem, panem, vt ipse per se eum seruis communicet.* Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses; Αὐτὸς ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἐν ἄρτῳ δηλονότι καὶ οἴνῳ μη-

μηδαμῶς παυόμενος καὶ αἰώνιος μᾶλλον ἱερεὺς, ὅτι καὶ τέθυκεν ἑαυτὸν ἑκουσίως διὰ σταυροῦ, καὶ θύει, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ καὶ προσάγει, καὶ σφάγιον κεῖται διηνεκὲς, καὶ αἰώνιον ὑπὲρ ἡμῶν ἱλαστήριον. *Ipſe ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, in pane nempe & vino nunquam ceſſans, & ſempiternus potius ſacerdos, quod & ſponte ſemetipſum ſacrificauit per crucem, & ſacrificat, & obtulit Patri, & offert, & victima perpetua appoſita eſt, & ſempiternum pro nobis propitiatorium.*

Et hæc pro noua hac in Græcia exorta hæreſi ſatis ſint. Conferamus ſingula, & committamus ſententias. In Eccleſia Græca a Patribus, Synodo, Lectionibus Eccleſiaſticis publicis ad hoc æui damnantur, ſpolianturque ſacerdotio, dignitatibus etiam futuris & iam promiſſis, licet reſipiſcant, & communioni Catholicorum reddantur, qui tenent Chriſtum obtuliſſe ſacrificium Patri & non ſibimetipſi, & condemnantur vti Neſtoriani, & duas in Chriſto perſonas affirmantes. Sed id Nicetas facit in argumento non diſſimili, in progreſſu ſcilicet & proceſſione Spiritus ſancti etiam ex Filio. Ergo Nicetas, & dictum illius condemnatur in Eccleſia Græca, & contrarium Latinorum, quod ipſe oppugnat, aſſeritur. Maior iam ſatis ſuperque probata eſt.

Mi-

Minor ex verbis allatis Nicetæ manifesta est: scribit siquidem; *Quod si dicas etiam ex Filio secundum eam quæ apud vos est vocum innouatio, ea colliges, adueniens manensque super Iesum, ni cum Nestorio duas personas decernente vnum Christum in duo subdiuidas, vt ita dicam, & Spiritum descendentem a Patre & Filio, & aduenientem & manentem quasi super aliam personam, Iesum nempe. Vides in quantas te qualesque hæreses perparuum tuum istud dictum præcipitat? Fuge igitur, quantum potes, fuge. Peccasti, quiesce.* Qui ergo dicit, Niceta decernente, ex Christo Deo Spiritum sanctum descendisse in Christum hominem, & in eo mansisse, vti Nestorius diuidit personas, & facit duos Christos, non obstante quod id dixerit Athanasius, Cyrillus, & alij Patres. Stat ergo firma conclusio, Nicetam illiusque dictum vti blasphemum atque hæreticum condemnatum fuisse, & contrarium, Spiritum sanctum ex Christo Deo descendere in Christum hominem: ex diuinitate enim illius descendit in humanitatem. Quare Latini bene concludunt ex hac Athanasij auctoritate, Cyrilli & aliorum Patrum, deducentes, Spiritum sanctum cum sua propria existentia atque hypostasi ex Filio procedere. Hæc longiora nonnemini reputabuntur, addita nihilomi-

lominus sunt, quod ex facto non ita omnibus obuio temeritas atque inscitia Schismaticorum, qui in proprijs etiam plane rudes sunt, neq; quid loquantur intelligunt, manifesto deprehenditur. Quod si adhuc perstant in perfidia, & occasio detur, eiusdem quoque Synodi acta, vti gesta sunt, publicabimus.

CAPVT LXXIV.

Cyrillum processionem Spiritus ex Filio tenuisse, scripsisseque, testimonio Schismaticorum probatur. & Schismaticorum in sanctos Patres irreuerentia.

ET tandem, vt finiam, processionem Spiritus ex Filio tenuisse scripsisseq; Cyrillum, Schismatici ipsi, sed non sine animi renitentis mentisq; volutatione fatentur: ideoque tradunt, eum prudentia quadam politica, οἰκονομικῶς scilicet, sed non vti res erat, similia scripsisse, quare dicta illius de processione ad alia atq; alia insulsa detorquent. Sententiam Schismaticorum recitat Georgius, siue Gennadius Scholarius Monachus, & ipse Schismaticus, de processione Spiritus sancti Commentario 1. capite 2. Φασὶ γάρ τινες, Κύριλλον εἶναι τὸν τοῦτο πρεσβεύοντα καὶ πλέον

καὶ πλέον τῶν ἄλλων τῆς Αὐγουστίνου δεόμενον παρουσίας, καὶ αὐτὸν γὰρ Κύριλλον τοῖς Αὐγουστίνου κεκινεῖσθαι φρονήμασιν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ δόξαν περὶ τοῦ πνεύματος ἐν ἑαυτῷ συλλαβεῖν, πρὶν αὐτοῦ τὰς παρὰ τῶν ἄλλων ἀπαντῆσαι μέμψεις. μετὰ δὲ ταύτας βέλτιον ἐπιστήσαντα διοεῖσαι πάνυ σαφῶς, καὶ πανταχοῦ τὴν κοινῇ πᾶσιν ἀρέσκουσαν γνώμην προεστήσασθαι. ἑώρα γὰρ πάντας, ἃ μὲν ὁ Νεστόριος περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως ἐφρόνησεν ἀποδεχομένους, ἃ δὲ αὐτὸς παρέσχεν, ὑποψίαν φρονεῖν ἔκτοπά τινα καὶ ἀήθη, καὶ πόῤῥω τῶν ἱερῶν κρίναντας εἶναι. *Nanque inquiunt nonnulli, Cyrillum fuisse, qui id procuraret, & præ alijs Augustini præsentia indigentem. Nanque & ipsum Cyrillum Augustini opinionibus motum, eandem quam & ille sententiam de Spiritu in semetipso comprahendisse, antequam in aliorum criminationes incurrisset. quibus auditis melius in se reuersum, satis patenter, & vbique decreuisse sententiam ab omnibus probatam, accepisse. Videbat siquidem omnes, quæ Nestorius de Spiritus existentia sentiebat, recipere, quæ vero ipse tradiderat suspecta esse, & vti absurda & inusitata, longe dissidere a sacris reputare.* Sententia ergo Schismaticorum in eadem opinione cum Augustino erat Cyrillus, hoc est Spiritum S. ex Filio procedere, eamq; post criminationes Theodoreti nempe mutasse. sed nunquam vel in Synodo vel extra Synodum Cyrillum mu-

tasse sententiam, quinimo dictum de mutatione acriter refutasse, & de eo apud plerosque datis etiam literis indoluisse, & vituperatores calumniæ pœnas persoluere poposcisse, ex eodemmet Cyrillo satis fuse supra probauimus. Quare Schismaticorum dictum de sententia Cyrilli ante criminationes proni excipimus, mutationem post criminationem cum eodem Cyrillo, cuius verbis insistimus, reijcimus, & vti falsam & ex ingenio Schismaticorum natam reprobamus. Macarius Ancyranus cap. 49. respondens Latinis proponẽtibus dicta Cyrilli, Spiritum esse ex Filio, & ex essentia Filij scribit; Εἰ δ' ἴσως τις καὶ παρηνέχθη οὗτος ὁ θεόσοφος, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ εἰπεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς αἴτιον ὄντα τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος εἶπεν, ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον παραστῆσαι βουλόμενος, ἐπεὶ καὶ πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας τῷ ὁμοουσίῳ τοιαῦτά τινα γέγραφεν οἰκονομικῶς. οὐ δεῖ δὲ τὰ κατ' οἰκονομίαν, καὶ διὰ τὸν καιρὸν ἄλλοτε ἄλλως λεγόμενα πρὸς τὸν σκοπὸν τῶν ὑποθέσεων διαστρέφειν, καὶ κακοτρόπως δέχεσθαι, ὡς φησὶν Ἀθανάσιος ὁ μέγας, Βασίλειός τε ὁ πάνυ ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀντιοχείας Ἰωάννην. Ταῦτα τοίνυν, ὦ ταν, εἰδώς, εἴ που τοιοῦτόν τι εὕροις ὀρθῶς ἐκδέχου· ὅπου γε μᾶλλον ἐν τοῖς τοιούτοις τῷ θείῳ Δαμασκηνῷ εἰρημένοις. οὗτος γὰρ ὡς σφραγὶς καὶ στόμα πάντων τῶν Θεολόγων τὰ ἐκεί-

νοῖς προεράδλω οἰκονομικῶς τε, καὶ κατ᾽ ἀπόφασιν, ἐκδεδομένα διαμεῖναι συνάφεια τῆς χάριτος, ἅτε καὶ πρὸς τοῦτο ὁρμηθεὶς εἰς τὸ γράφειν, μόνα τὰ πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν συντείνοντα, καὶ ταῦτα κρατυνόντα ἀνετάξατο. *Quod si aliquando a Deo instructus hic vir coactus est, ex essentia Filij Spiritum sanctum asserere, non id dixit, quasi Filius causa esset Spiritus, sed consubstantiale confirmare intendens, cum ad opponentes sese homousio scriberet, prudentia quadam politica rem pertractans conscripsit. Neque opus est, aliorum dicta prudentia & tempori asseruientium alio atque alio tempore diuersum in modum pronunciata, ad proprij propositi scopum distrahere, & malitiose conuertere, vt Athanasius magnus, & celebris Basilius Oratione de Fide & ipsemet diuinus Cyrillus Epistola ad Antiochenum Ioannem scripsere. Hæc dum scieris, o amice, sicubi similia occurrerint, recte accipito, & ea sequere, quæ diuinus Damascenus de illis enunciauit. Hic siquidem veluti sigillum & os vniuersorum Theologorum, quæ illi sparsim atque œconomice suo ferme consensu publicarunt, diuina gratia opitulante, veluti etiam qui ad illa scribenda incitatus, tantummodo quæ ad Fidei rectam rationem faciunt, eamque constabiliunt, concinnauit.* Et capite 35. Δαμασκηνὸν μέν τοι εἰπὼν, πάντας τῶν Διδασκάλων καὶ Θεολόγους συμπεριλαβὼν ἐδήλωσα. στόμα γὰρ

καὶ διερμηνευτὴς οὗτος ὁ πάνυ πάντων τῶν Θεολό-
γων. οὗ χάριν καὶ εἰς γέγραφε, οὐ λέγω, ἀλλὰ λεγό-
μενος φησὶν. οὗ γε ἡλίκον τὸ τῶν λόγων ὕψος, καὶ ἡ τῶν
δογμάτων ἀκρίβειά τε καὶ στάθμη, καὶ ὅσον τὸ ἐν ἅπασι
μέγιστον κλέος, ἡ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων Συνόδων
ἑβδόμη παρίστησιν. *Damascenum vero dicens omnes Magistros atque Theologos in vnum collatos indicaui: os enim & interpres magnus hic Vir est omnium Theologorum, cuius quanta sit in dicendo sublimitas, dogmatum integritas, & quam maxima rebus in omnibus gloria, sancta Oecumenica septima Synodus demonstrat.* Matthæus Hieromonachus Tractatu contra Latinos; Ὅρα μοι τὸν Δαμασκοῦ τὸ περιφανὲς βλάστημα, τὸν θεῖον Ἰωάννην φημὶ, οἷα τῶν καλλίστων πάντων ἡγεμόνα, καὶ διαιτητὴν ἀκριβέστατον τῶν ὀρθῶν δογμάτων γινόμενον, καὶ πᾶσαν ἀμφιβολίαν μεθ' ὅσου περιαιρούμενα τοῦ κρείττονος, τὸν νοῦν τῶν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Πατέρων παντὸς μᾶλλον καὶ διαιροῦντα, καὶ συμβιβάζοντα. καὶ παῦσον ὀψὲ γοῦν τὴν κατὰ τῆς σεαυτοῦ κεφαλῆς δυσμαχίαν καὶ ἀλόγιστον ἔνστασιν, καὶ τὴν ἐρεσχελίαν κατάλυσον. ἃ γὰρ ἕκαστοι τῶν περὶ αὐτοῦ διωρίσαντο, ταῦτα μόνος συλλήβδην εἶπε, καὶ ἐξηγήσατο, ἄριστα πρὸς ὁδὸν ἀντιθέτους στερρόμενός τε καὶ ἀπαντῶν. *Conspice mibi Damasci illustrem sobolem, diuinum, inquam, Ioannem, qui rerum optimarum omnium dux, & exquisitissimus rectorum omnium dogmatum cognitor fuit, & omnem hæsitationem diremit,*

remit, mentem Patrum, qui ante eum vixerunt melius quam alij distinxit, & combinauit: & finem iam tandem ponit contra tuum caput contentioni, & absque ratione contumaciæ, & nugamenta dissoluito. Quæ enim ante illum singuli sparsim dictarunt, ipse solus in vnum collegit, & interpretatus est, quam optime aduersarijs occurrens, illisque respondens. Et Michaël Balsamo in Anaphora ad Ioannem Palæologum; Εἰ δὲ καί τινες τῶν τῆς Ἐκκλησίας Διδασκάλων πρὸς τοὺς κατὰ καιροὺς παρεμπίπτοντας ἀγῶνας ἐν τῇ σφῶν θεολογίᾳ λέξεσιν ἐχρήσαντο, καὶ ἑτέρως ἑρμηνευθῆναι δυναμένας, κἀντεῦθεν πολλῶν ἐξηγήσεων εἰσαγομένων παρά τισιν οὐ πρὸς τὸν ἔχοντα ταύτας ὑγιᾶ νοῦν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν μεταφερόντων αὐτά. ἀλλ' ἡμεῖς τῷ γνώμονι ταύτας παραθέντες τῇ κυριακῇ φανερᾷ ἀποφάσει. &c. *Quod si nonnulli Ecclesiæ Doctores alio atque alio tempore exorta certamina refutantes, in rebus Theologicis explanandis vocibus vsi sunt, quæ in aliam quoque sententiam trahi possunt, & ex ijs multis interpretationibus insinuatis a quibusdam non ad rectam, quæ in illis latet, sententiam, sed ad propriam opinionem inuertentes. Verum nos ad veram regulam verba referentes, Dominico decreto statuimus.* &c. Et tandem, vt reliquos præteream, Pachomius Hieromonachus Notis in Matthæum, quæ leguntur in Cod. 1447. Vaticano; Κατὰ

τρεῖς τρόπους οὐ δεχόμεθα τὰς ῥήσεις τὰς λεγούσας, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα. καὶ καθ' ἕνα μὲν, ὅτι οὐχ ὁμοίως ἐν πᾶσιν οἱ ταῦτα συγγράψαντες φαίνονται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὁμολογοῦντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πλεῖστον. καθ' ἕτερον δὲ ὅτι ὀλίγοστοί εἰσιν οἱ λέγοντες καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. τρίτον δὲ ὅτι οὐ τῶν ὀνομαστοτάτων Πατέρων εἰσίν. εἰσὶ γὰρ τούτων ὀνομαστότατοι καὶ προέχοντες ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος ὁ θεολόγος, καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ ἅπασα ἡ θεία γραφὴ παλαιά τε καὶ νέα. εἰ δὲ ἀντιλέγουσιν, ὅτι πῶς οὐκ εἶπον ἀποφατικῶς, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς ἐκ τοῦ πατρός. καὶ πρὸς τοῦτο ἀντεροῦμεν. ὅτι ἐπεὶ οὐκ εἶχον τὸν ἀντιλέγοντα, καὶ μαχόμενον αὐτοῖς, διὰ τοῦτο οὐκ ἦν αὐτοῖς ἀνάγκη, οὕτω φιλονεικεῖν τὸν λόγον. ἐπεὶ εἰ εἶχον δόξαν περὶ τούτου, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, τί τὸ κωλῦον αὐτοῖς μὴ εἰπεῖν; ἄλλως τε φαίνονται καὶ πολλοὶ τούτων καταφατικῶς ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγοντες. ἐρωτήσω δὲ κἀγὼ αὐτούς. ἐπεὶ οὐκ ἔστι τις τῶν ἁγίων ὁ προδήλως εἰπὼν, ὅτι ὁ υἱὸς οὐ γεννᾶται ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ πάντες ἐκ τοῦ πατρὸς ἁπλῶς. τί οὖν; εἴπωμεν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος γεννᾶται ὁ υἱὸς διὰ τοῦτο. ὥσπερ οὖν ἀσεβὲς τὸ λέγειν ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν υἱὸν ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, οὕτω καὶ τὸ λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ. *Tres ob causas dicta asserentia etiam ex Filio existentiam habere Spiritum non admittimus. Prima est quod non omnes, qui similia scripserunt, fatenturque Spiritum*

ex

ex Filio, eodem modo loquuntur; sed vt plurimum ex Patre. Secunda est, quod paucißimi sunt, qui astruunt, Spiritum ex Filio. Tertia, quod non sint ex Patribus celeberrimis, & primæ notæ: nanque celeberrimi sunt Gregorius, qui ex Theologia cognomen sibi vindicauit, & Dionysius Areopagita, & vniuersum diuinum Testamentum nouum & vetus. Quodsi contra opponunt, quare non enunciarunt negatiue, & non ex Filio, sed sic simpliciter, Ex Patre? Nos contra dicimus, quod non habebant, qui illis aduersaretur, eosque oppugnaret, propterea nulla erat necessitas, vt ipsi sermonem curiose expenderent. Quandoquidem si ita sentiebant, Spiritum esse ex Filio, quid illos impediebat, ne scriberent. Alio etiam modo videntur multi ex ipsis affirmasse, ex solo Patre, quamuis ex Filio non negarint. Interrogauero eosdem & ipse. Quandoquidem nullus ex sanctis Patribus aperte dixit, Filium non generari a Spiritu sancto, sed omnes simpliciter ex Patre; dicemusne propterea ex Spiritu sancto Filium generari? Quemadmodum igitur impium est asserere, ex Spiritu sancto Filium habere existentiam, sic asserere Spiritum sanctum ex Filio. Collige Schismatice, discitoque ex peruersis Schismaticorum arcanis Cyrilli aliorumque Patrum dicta de processione Spiritus ex Filio, fuisse dicta κατ'

νομίαν, cum ſcribunt ἐκ τῆς ἐσίας τῦ ὑῦ, *ex eſſentia Filij*, *ex Filio*, & ſimilia. Nempe illis ſignificarunt, Spiritum habere exiſtentiam a Spiritu, de quo nos modo diſceptamus. Ergo cum illa ſcriberent Cyrillus & alij, tenuere, Spiritum ex Filio quoque procedere, non attendentes ad Homouſion: tum enim, vt Ancyrano placet, non ſcripſiſſent κατ' οἰκονομίαν. Collige ſecundo, vilipendere ſanctorum Patrum auctoritatem, & dum tibi ex eorum dictis aliquid proponitur, quod non arrideat, dicito eos οἰκονομικῶς ſcripſiſſe, proptereaque illis non attendendum, & potiſſimum cum nec Ancyranus, nec alij ad hunc diem determinarint, quæ in ſanctorum dictis ad rectam fidem ſtabiliendam dicta ſunt, & quæ οἰκονομικῶς. Collige tertium. In ſimilibus Patrum dictis tanquam ad regulam recurrẽdum eſſe ad Ioannem Damaſcenum, qui dicta illa Patrum omnia examinauit, diiudicauit, & caſtigauit. Collige quartum, Cyrillum & alios Patres non recta dogmata nobis, ac certa reliquiſſe, ideoque crimini obnoxios eſſe. Nondum ſapitis Schiſmatici. Criminationes ſimiles non ad Italos, qui tenent, & credunt dictis Sanctorum, illiſque fidentes non alia ſentiunt, ſed in ipſos Patres, qui illa ſcripſerunt & prædicarunt, & Cyrillum potiſſimum, qui ſæpius, & non minus ſo-

ſonora tuba clamauit, Spiritum ſanctum habere ſuam exiſtentiam a Filio,& per Filium à reponendæ ſunt. O os impurum atque blaſphemum! In proceſſione Spiritus non abſona a Patribus ſequor, quos vti Magiſtros veneror, & Ancyranus tantum audet, & ſub ſpecie pietatis, & mea condemnatione tot Eccleſiæ Catholicæ Proceres,& fidei Doctores hæreſeos criminis arguit, & ex Catholica Eccleſia pellit. Quare recurrendum eſſe ad Damaſcenum tanquàm Fidei regulam dictitat. Damaſcenus ſua laude dignus eſt. Celebratur in Eccleſia Græca ſolemni ritu;commendatur magnifice in ſeptima Synodo: ſi genus ſpectes nobiliſſimus eſt, ſi vitam ſanctiſſimus, ſi doctrinam excellentiſſimus, ſi famam conſpicuus, & quid non in eo ſupra etiam humanum captum elucet: ſed ſolum Græcæ Eccleſiæ alijs Doctoribus præponendum eſſe, fidem illi ſoli adhibendam, neç aliorum dicto ſed Damaſceni ſolius ſtãdum, hoc vero plane dementia Ancyrana eſt. Vt de alijs taceam. Quid Cyrillo non deferendum eſt? dignitate Patriarchæ, Cõcilij Epheſini Oecumenici ductori, ita annuente Cœleſtino Romano Pontifice, cuius ſcripta a tot Synodis,& perpetuo Eccleſiæ plauſu commendata & approbata ſunt; ideoque nonniſi amens & Schiſmaticus reiecerit, & fidem

illius

illius in dubium incertumque reuocauerit. Sic sui oblitus Ancyranus cap. 49. omnia inter se dicta Patrum concordare fatetur. Σύμφωνα μὲν γὰρ πάντη τὰ τῶν ἁγίων, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἐναντιούμενον, ἢ μαχόμενον. μία γὰρ ἡ αὐτοῖς λαλήσασα θεία χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. *Consona siquidem sunt modis omnibus dicta Sanctorum, & nullum est quod aliud vel dirimat, vel oppugnet: vna enim est quæ ad ipsos locuta est diuina gratia sanctissimi Spiritus.* Nec alia sunt, quæ leguntur lib. 6. apud Nicetam Maroniæ. Si plana sunt Sanctorum dicta, & inter se concordant in omnibus, nec vnum alteri opponitur, quomodo Cyrillus οἰκονομικῶς locutus, aliqua pronunciauit, quæ corrigenda sunt, ex Damasceni dictis, tanquam regula Theologicorum dogmatum, cum alij Patres, inter eos Cyrillus regula non sint? Quare ego concludam regulæ rationem, non esse priorem à posterioribus dirigi, si modo necessitas vrgeat, vt illa inuicem conferantur, ideoque dicta Damasceni ad antiquiorum Patrum, & Cyrilli potissimùm dicta dirigenda, vt recta dici valeant, sin minus Damasceno relinquenda. Quod etiam confirmat Georgius Scholarius, siue Gennadius Monachus de process. Spiritus sancti Syntagmate 2. Κοινὸν γάρ ἐστι τὸ χρῆμα ἐκείνων, καὶ οὐ πολλῶν ἡμῖν δεήσει πρὸς ἐκείνους τε καὶ ὑπὲρ ἐκείνων

νων τῶν λόγων, οὐχ ὅτι πανταχοῦ δεῖν ὑστέρους τῶν Διδασκάλων ὁρῶμεν ταῖς τῶν προειληφότων γνώμαις συνεπομένους. καὶ ὧν ἡ δόξα κεκράτηκεν, ὥσπερ τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος, καὶ Γρηγόριος ὁ μέγας αὐτὶ κανόνος εἰσὶ καὶ γνώμονος πανταχοῦ. *Leuis enim est res eorum, & nobis ad eos, & pro ijs non multis sermonibus opus fuerit, non quod in omnibus videamus posteriores Doctores eorum, qui præcesserunt, & quorum gloria pondus obtinuit, sententias sequi, quemadmodum Asianis S. Athanasius, & Gregorius magnus pro regula sunt, & norma rebus in omnibus.* Cum vero in Cyrillianis habeatur, ex essentia Filij esse Spiritum, ideoque proprium,& existentiam Spiritus esse per Filium, & ex Filio;& vt est ex Patre, ita est & ex Filio, ideoque ex ambobus: & quod magis est, reliqui Patres hæc eadem intonent, sequor ipsum Cyrillum, & omnes sanioris mentis homines, quibus sua salus curæ est,etiamsi Damascenus contraria scripserit. Sed non scripsisse fusè in Enchiridio nostro de processione Spiritus probauimus. Neq; minus apte Niceta Maroniæ Thessalonicensis Archiepiscopus, lib. 6. de Damasceni fide scribit; Καίτοι ἀξιοπιστοτέρους εἶναι δεῖν πλείους ἴσως φήσει τις τοῦ ἑνός. καὶ μᾶλλον ὅτι περὶ ἓν τὸ θαυμάζεσθαι ἐκ τοῦ ἐκείνοις ἕπεσθαι, κἀκείνους ἑαυτοῦ Πατέρας καὶ Διδασκάλους ὁμολογεῖν. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὡς ὁ Δαμασκηνὸς, καὶ Βασιλείου, καὶ Γρηγορίου,

καὶ

καὶ Ἀθανασίου, καὶ Κυρίλλου, καὶ τῶν ἄλλων Πατέρων μαθητὴς εἶναι ἐγκαλλωπίζεται. *Nihilominus multo plures magis fidem mereri quam vnum, dixerit quispiam, & tum potissimum, cum vni in laude ponatur, illos sequi, eosque Patres suos, & Doctores fateri. Quis enim non nouit Damascenum, & Basilij, & Gregorij, & Athanasij, & Cyrilli, & aliorum Patrum discipulum esse sese ostentare?* Et quis rebus in omnibus Gregorij Nysseni, Gregorij Nazianzeni, & Basilij magni vnam mentem, & animos concordes ignorat? singuli singulis sua omnia communicarunt. Quodsi videtur nonnemini quædam fortasse dictata esse a posteriori, qui in vita remanserat, scribebat Ioan. Veccus Orat. de vnione Ecclesiastica, & considerationum defunctum antea participem non fecisse, vt cum viuerent, ab eodem Spiritu inflati de rebus Spiritus decernebant, & fine vitę posito, dum eodem colligarentur Spiritu, non admisero vnquam ego, vni aliquid inspiratum, etiam reliquis vita defunctis, quod a mente eorum, qui mortem obierant, non fuerit. Quod vero non plena Synodo huiusce vel huiusce dicti audientiam non fecit, dicta condemnantur, ego vniuersalem eorum audientiam fuisse contendo. Et quanam ratione despectui habenda sunt, quæ vniuersalibus audientijs digna fuerunt? Ex eo siquidem tempore ad

hanc

hanc nostram ætatem quæ intercesserunt, vniuersales ac prouinciales Synodos ea amplexatas exosculatasque fuisse, & veluti pietatis quendam thesaurum in Ecclesia reponi tradidisse, eritne qui hæsitauerit? Et concludit; Οὐκ ἔχει γοῦν τινὰ χώραν. ὦ ἀδελφοί, ὅσα τις τῶν Ἁγίων εἴρηκε τούτων, παροράσεως κρίνεσθαι τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμοις. ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ὅσα ὁ μέγας Ἀθανάσιος εἴρηκεν, οὐδ᾽ ὅσα ὁ τὴν θεολογίαν μέγιστος Κύριλλος. καὶ γὰρ ἑκάτερος τούτων Συνόδων ἦν ἀρχηγὸς, καὶ αὐτῆς οἰκουμενικῆς, ὁ μὲν τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ πρώτης, ὁ δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ καὶ τρίτης. καὶ ὅτι μὲν οὐ παρόπτεα τὰ τῶν Ἁγίων τούτων ῥητὰ ἐκ τῶν οἰκουμενικῶν ἀξιωθῆναι ἀκροατηρίων συνίσταται. *Non debent itaque, Fratres, a singulis quibusuis separatim dictata Patribus, tanquam despectu digna condemnari apud Ecclesiæ alumnos: quemadmodum neque quæ magnus Athanasius, neque quæ in rebus Theologicis maximus Cyrillus effatus est. Ambo enim hi Synodis, illisque œcumenicis, ille Nicenæ primæ, hic Ephesinæ & tertiæ præfuere. At Sanctorum pronunciata non esse despicienda, quod audientijs vniuersalibus digna iudicata sunt, hac ratione plane, firmiterq; comprobatur.* Quare non est audiendus Ioannes Metropolita Ephesius, qui tractatu de Schismate scribit, Synodorum posteriorum decreta vti magis certiora, credenda esse, Τοῦτο δὲ τὸ χρίζεσθαι παραλόγως τῶν χριζομένων, εἴτ᾽ ἀληθεῖς

θεύει, εἴτε μὴ ἀληθεύει, οἱ μετὰ ταῦτα Κανόνες ἐναργέστατα ἀποδείξουσιν. ἐπειδή τοι καὶ ἰσχυρὰ εἶναι πλέον τὰ τούτων δοκεῖ, καὶ βέβαια τοῖς προσέχουσιν, εὖ εἰδόσιν ἐκεῖνο πάντως, ὡς ὅτι τὰ τῶν μεταγενεστέρων Συνόδων ἰσχυρότερα τῶν προτέρων καὶ βεβαιότερα, ταῦτα καὶ ἀσφαλείας πλείονος παρ' ἡμῖν καὶ φυλακῆς καὶ συντηρήσεως ἀξιώτερα. *Hoc vero ſeparari abſque ratione, an verum aſſerat, vel falſum, qui poſtmodum ſubſecuti ſunt Canones demonſtrabunt. Quandoquidem hi & validiores, & firmiores prioribus, ſi recte animum aduertant, reputabuntur, cum prorſus illud ſciant, placita poſteriorum Synodorum illis, quæ a prioribus dictata fuere, validiora eſſe & firmiora. Hæc apud nos vti ſeueriora, magis a nobis cuſtodienda, & obſeruanda eſſe iudicantur.* Si de Canonibus, qui dogma continent, ſermo eſt, falſum omnino quod aſſerit, & falſum ſuppoſnit. Nulla equidem Synodus poſterior decreta anterioris de dogmate, ſi tamen Synodus eſt, abrogauit, aut immutauit, ſed præfinita a priori ſuo quoque calculo corroborauit, quod in illis, quæ de moribus, & conſuetudinibus tractant, aliter fit: ſiquidem rebus alia exigentibus, Præſulum quandoq; arbitrio, cum cauſa eſt, in poſteriori Synodo immutantur, firmis ac inconcuſſis ſtantibus decretis de dogmate. Quare recte Georgius Metochita orat. 5. de proceſſ. Spiritus ſancti;

H[4] πῶς

Ἢ πῶς ἄν τις ἀνάσχοιτο λόγους ἀκούειν τῶν προφερόντων τὰ τούτου τοῦ Δαμασκηνοῦ κανόνας εἶναι πρὸς τὰ ἐκείνων, καὶ τούτοις ἐπάγεσθαι τὰ ἐκείνων, καὶ πρὸς αὐτὰ τέλειον ἀπευθύνεσθαι, καὶ τῆς μὲν θεολογίας, καὶ τῆς θείας ἐγρηγόρσεως ὁ ἐπώνυμος, τοῦ τῆς ἀθανασίας ἐπωνύμου τὰ οἰκεῖα δείκνυσιν ἐνστηρίζειν, ὡς πρεσβυτέροις οἷα κανόσι, καὶ ταῦτα χρόνοις ἐνακμάζων ἐκείνου τοῖς συνέργους. Καὶ τῆς οἰκουμενικῆς τετάρτης συνελεύσεως οἱ θεολαμπεῖς Πατέρες Κυρίλλῳ τῷ θεσπεσίῳ, καὶ τοῖς ἐκείνου βοῶσιν ἕπεσθαι, καὶ πρὸς τὰ ἐκείνου τὰ σφῶν ἀποτείνειν, καὶ σφίσιν ἑδράζεσθαι ἀποδίδουσιν, καίτοι μὴ τῷ λίαν ἐκτεταμένῳ χρόνῳ προήκοντα. Καὶ Μάξιμος ὁ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀξιοθρύλλητος τὸν ἱερὸν ὅπερ ὁ λόγος ἀπόλογον συντεθείς, ἔν τε προθέσεσι, καὶ ῥηματικαῖς φωναῖς. καὶ μαρτυρίαις, ἔν τε νοήμασι τοῖς πρὸ αὐτοῦ θεοφαντόρων ὀχυροῦσθαι τοῦτον παρίστησιν. καὶ πανκόσμιοι Σύνοδοι καὶ πᾶσαι διαγνώσεις ἁπαξαπλῶς ἤπως ὁπλαῖον), τὰ οἰκεῖα συντηροῦσαι, καὶ διαβεβαιούμεναι, ὡς τὰ τῆς προτέρας τὴν μετ' αὐτὴν ἑδραιοῦν ὁρᾶσθαι κἀκείνοις ἑδράζεσθαι τὰ σφέτερα, καὶ κατὰ διαδοχὰς οὕτως ἀλλήλων ἐξέχεσθαι καὶ κανὼν αὕτη τοῖς θεορρήμοσι φύσις, ἢ πᾶσιν ἑξῆς, ἀεὶ τὰ ὕστερα τοῖς προτέροις ἕπεσθαι, καὶ πρὸς αὐτὰ καθηκόντως ἀπευθύνεσθαι, ἀμφοῖν ἔνθα τις ἀνάγκη συμβάσεως, καὶ μὴ τὰ ἄνω τιθέναι κάτω, καὶ τὰ κάτω τοὔμπαλιν ἄνω, καὶ συγχεῖν ἐνθένδε καὶ παρεξετάζειν τὴν ἐκ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἀλήθειαν. *Aut quomodo quis sustinebit eorum sermones audire, qui contendunt huiusce Damasce-*

ni nempe, si ad dicta vetustiorum Patrum conferas, Canones esse, & regulas, & hisce illorum abigi, prorsusque ad illa dirigi. Vt tamen Theologiæ, ac diuinæ euigilationis cognominis, dictis immortalitatis cognominis, veluti antiquioribus propria tanquam regulis, licet non longe ab illius ætate vitam ipse ageret, confirmare ostendit. Et quarti vniuersalis congressus diuino lumine præditi Patres diuinum Cyrillum, illiusque dicta se sequi clamitant, & ad illa sua conferre, illisque sua stabilire contendunt, licet non multum ab illo tempore distarent. Maximus quoque ob sapientiam & confessionem, dignus qui omnium plausu excipiatur, Apologiam, de qua nobis sermo est, instituens, in propositionibus, & verbalibus dictionibus, & testimonijs, & sententijs eorum, qui ante eum floruerunt, rerum diuinarum expositorum Patrum, munire plane sua ostendit, & vniuersales Synodicæ omnes determinationes, vt verbo expediam, sic sua conseruare, & corroborare videntur, dum res prioris posterior stabilit, illisque sua confirmat, & successione quadam, mutuo vnum ab alio dependet. Et hoc apud diuinos hosce Doctores, aut etiam omnes alios regulæ vim obtinuit, semper quæ posteriora sunt a prioribus manu ductos ad ea se, vti par est, conferre, vbi vtrorumque concordia necessario vrget: & non quæ supra sunt infra ponere, & quæ infra vice versa supra, & sic confundere, & immutare natu-

naturalis seriei ordinem. Dogmata enim cum certa sint, ideoque immutabilia, semel a Spiritu Sancto dictata, non possunt in posterum abrogari, nec in horas mutari, sed semper, etiam postquam cœlum transierit & terra, & perpetuo constabunt. Sed ad se me vocat Pachomius, qui veluti e tripode nobis edicit Schismaticos non admittere dicta Patrum afferentia, Spiritum existentiam habere ex Filio; idque tres ob causas. Potuit dicere vnam solam, quæ fuerit obstinata mentis a vero alienatio, & propensa in mendacium animositas. Et certe mirum est, dum de rebus fidei agitur, & obscurissimis Deitatis arcanis Patribus non deferre Schismaticos. Patres dicunt, etiamsi de ijs, de quibus ipsi statuunt, nullum in sacra Scriptura verbum sit, & Schismatici dicta reijciunt, negant, & quod peius est, in contrariam sententiam abeunt. Annon in eorum doctrinam, veluti in speculum, inspiciendum est, & ab illis solis documenta sumenda? An ingenio, & doctrina, an sanctitate illis excellentiores Magistros exposcunt? Catholici non ita insaniunt, sed vt discipulos addecet præceptores venerantur, & eorum eloquia tanquam Euangelicas voces, cum vnus, idemque in Euangelistis, & illis dicta, sententiasque dictauerit Spiritus. Caueant Schismatici, ne his

suis effatis Patres illos, &, qui illis similia dictauit, Spiritum in crimen adducant. Prudenter ergo agunt Catholici, Nicephori Blemmidæ testimonio ad Iacobum Bulgariæ Archiepiscopum; Ὅτι δὲ μὴ τοῖς Εὐαγγελίοις σαφῶς τὴν φωνὴν ἐντετάχθαι, τοῦτο δὴ τὸ προέχειν εἰς ἀντιλογίαν πολλοῖς, οὔτι που τοῦ δόγματος ἀφαιρεῖται τὸ εὐπαράδεκτον, ἣ τῶν θεολογησάντων ἀξιοπιστία παρίστησιν. ἐπεὶ μηδ' ἐξεῖναι ἀπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν εἰρημένοις, ἀλλ' ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ λόγου τὸ ἐκείνων ἀξιόπιστον, πάσης δυνάμεως λογικῆς καὶ ἀντιλογικῆς ἰσχυρότερον ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τοῖς στηλιτευτικοῖς ἀποφαίνεται. ὁ γὰρ τοῖς Εὐαγγελισταῖς ἐμπνεύσας, αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ τοῖς λοιποῖς θεηγόροις ἐνέπνευσε, καὶ Θεοῦ φωναὶ τὰ τῶν ὅλων ἁγίων ἅγια συγγράμματα. *Quod vero in Euangelijs plane vox illa inserta non est, quod plerique ad contradicendum arripiunt, dogmati nihilominus non officere probatur eorum fide digno testimonio, qui res Theologicas pertractarunt: quando nec in nostra potestate est, deiferorum Patrum dictis non credere, sed eorum auctoritatem dicti demonstrationem est, facultate omni logica & contradictoria validiorem, cui a Theologia nomen est, in Inuectiuis aduersus Iulianum decernat. Qui enim Euangelistis inspirauit, ille idem & alijs diuiniloquis verba dictauit, & Dei voces sunt, Sanctorum omnium sacrosancta monumenta.* Multa illis

illis nec dubito, siue per Metaphoram, siue per æquiuocationem, siue alio quopiam modo vocabulis abutentibus exciderunt, dictionibus inuersis, an ideo hæreseos nota infamandi, & eorum reliqua testimonia omnia reijcienda, in quibus inter se concordant? Sed videamus causas. *Prima est, quod non omnes, qui similia scripserunt, fatenturque, Filium ex Spiritu, eodem modo loquuntur, sed vt plurimum ex Patre.* Dixerunt vt plurimum ex Patre, cum dixerint etiam ex Filio, sed parce; sequeturne propterea dictum ex Filio non admitti? Vel vtraque dicta vera sunt, vel falsa; si falsa, iam cadit testimonium Christi, & Spiritus non procedit a Patre, si vera, ergo procedit etiam ex Filio Spiritus. Neque enim cum ex eodem ore, & eadem mente, eodem dictante Spiritu vtraque prolata sunt, hoc quidem erit verum, alterum falsum. Et quia de hoc vt plurimum locuti sunt, de alio parce; ideo hoc falsum erit, illud verum? Neque enim puto Patres & voces, & loca, & numerum etiam periodorum in lance appendisse. Secunda est, *Quod paucissimi sunt, qui astruant, Spiritum ex Filio.* Hoc quoque falsum est. Quamuis enim omnes non dixerint, eorum tamen maior pars, & inter eos præcipui non semel ex Filio, & per Filium inculcarunt.

Quodsi ideo reijciendum, quia paucissimi, & non omnes id fassi sunt, pauca Ecclesiæ Catholicæ dogmata stabunt: neque enim omnia apud omnes, & simili modo dictata reperiuntur. Tertia, *Quod non sint celeberrimi, & primæ notæ.* Neque Satanas id diceret. Athanasius, Basilius, Gregorius Nyssenus, Ioannes Chrysostomus, Cyrillus, & tot alij non erunt Ecclesiæ Græcæ celeberrimi, & primæ notæ Doctores? Et quis fuerit? *Gregorius Nazianzenus*, inquit, *& Dionysius Areopagita.* Non nego: celeberrimi sunt. Non ideo tamen inferioris sunt notæ, quos suprà recensui. Quare vero hos duos Pachomius celebrauit, reliquos tot ac tantos prætcrijt? Quia Dionysius scripsit, *fontalem Deitatis originem Patrem.* Et Nazianzenus, *omnia quæ Patris sunt committit Filio, vnam si excipias causæ rationem.* Dionysij verba non intelligentes Schismatici, Nazianzeni immutantes, in suam sententiam detorserunt, ideoque vti suos fautores celeberrimos indigitant, reliquis qui aperte ex Filio Spiritum prædicant, vti sibi discordes de dignitate deijciunt, & illis fidem abrogant. Non habebant, *qui illis aduersaretur.* Pachomij hoc quoque mendacium est, qui Theodoreti opponentis Cyrillo, Spiritum ex Filio existentiam non habere, & Cyrilli respondentis ex Filio Spiritum esse

memo-

memoriam abiecit. *Si ita sentiebant, Spiritum esse ex Filio, quid illos impediebat, ne scriberent?* Nihil quidem impediebat, ideoque sæpius id scripserunt, & publicarunt. *videntur multi ex ipsis affirmasse, ex solo Patre, quamuis ex Filio non negauerint.* Non constat sibi Pachomius. Quomodo ex solo Patre affirmatur, quod non negatur ex Filio. Quod ambobus conceditur, non vni soli reseruatur. Quare bene annexum est illud *videntur*; neq; enim re vera illud asseuerarunt, quamuis Schismatici somniantes, id certe affirmasse eos contendant. *Interrogabo vero eosdem & ipse. Quandoquidem nullus ex sanctis Patribus aperte dicat, Filium non generari à Spiritu sancto, sed omnes simpliciter ex Patre, dicemusne propterea ex Spiritu sancto Filium generari?* Hæc postrema verba desumpsit Pachonius ex tractatu de processione Spiritus sancti Manuëlis Moschopuli contra Latinos. Et intendunt probare, quemadmodum non generatur Filius a Spiritu, quod cum in confessis sit, demonstratione non eget, propereaque affirmatio, ex ipso generari mendax est, pari modo Spiritum non procedere ex Filio, cum indubitatum sit, demonstratione non indiget, ideoque affirmatio vna secum trahit, quod verum non est. Sed simili interrogationi doctissime respondet Georgius Meto-

chita in Refutatione ſcriptorum Manuelis: ſcribit ſiquidem. Ex Patre Filium generari duas perſonas inducere, duaſque neceſſario inculcare proprietates, alteram generare; & generandi facultatem ſolam vnamque Patris generantis, alteram geniti, & hoc generati Filij: inde ex Spiritu non generari ſubmota omni dubitatione, veritas tenet: quod demonſtrare neceſſarium non eſt, cum id paterna proprietas, generare ſcilicet, confirmet. Si enim Patris ſolius proprietas eſt, & Patri ſoli attribuitur, quomodo alteri adaptari poterit, vt Filium generet? Si itaque procedere faciendi facultatem, ſiue, vt alij dicerent, emittendi, ſiue producendi proprium eſſe ſolius Patris traderetur, vt generandi, vtique ſe haberet vtriuſque affirmationis ſimilitudo. Cum vero nullus ex his producendi, aut emittendi facultatem in proprietatem paternam aſſignare repertus ſit, quinimo nonnulli ex ipſis eam, vti Patri, ita & Filio attribuant, affirmationis ſimilitudo non conſtat. Deinceps ex Patre per Filium Spiritum ſanctum procedere decreto Synodi vniuerſalis ſeptimæ definitum eſt, non habebit ergo locum illud ἐκπορεύειν, *procedere facere.* Et cum quidquid habet Pater proprium, non habeat id per Filium, non generare, non ingenitum, non aliud vllum,

annon magnæ ignorantiæ fuerit, negationem, non procedit ex Filio Spiritus, ex illa quasi similis sit ostendere, non generatur Filius ex Spiritu? Vides quæ absurda, & quæ mendacia in paucissimis verbis proferantur à Pachomio. Sed hæ sunt Schismaticorum strophæ, hæ machinæ, quibus conantur veritatem conuellere: sed cum nullo innitantur vero fundamento, facillimo negotio disijciuntur, non disijciunt.

CAPVT LXXV.

Alia Cyrilli loca a Schismaticis adducta, ad conuellendam etiam ex Filio processionem Spiritus.

Alterum Cyrilli dictum, quod nobis opponunt, non indicantes locum, vnde desumptum est, Schismatici Macarius Ancyranus, capite 44. Iosephus Bryennius oratione 7. de Trinitate, & Macarius Macres de processione Spiritus sancti, & alij, est. Οὐχ ὥσπερ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς γεννητῶς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτῶς. ἄπαγε τῆς βλασφημίας, καὶ τῆς πολυθείας. εἷς γὰρ ἡμῖν ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν αἴτιος ὁ πατήρ. *Non uti Filius a Patre generationis modo, sic & Spiritus sanctus a Filio processionis modo.*

gatus, quam ob causam cum dixisset Christus, *Vt cognoscant tè solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*, non addidit Spiritum sanctum, cuius veneratio eadem erat cum Patre, & Filio, sed illum silentio praeterijt, vt responderit, vide verba ipsius in nostro Enchiridio de processione Spiritus sancti. Solus igitur & vnus, & silentium Personarum in diuinis non excludit alias hypostases; nec alio modo intelligenda sunt verba Cyrilli, si tamen illius sunt, quod non credo. Et Schismatici si sua probare cupiant, indicare modis omnibus debent, vndenam & ex quo Cyrilli libro illa expiscati sunt: sed nunquam ostendent. Tertium nobis obtrudit Cyrilli dictum solus quod ipse sciam Macarius Ancyranus capit. 44. ex epistola eiusdem Cyrilli ad Ioannem Antiochenum. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἢ δι᾽ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. *Spiritus sanctus ex Filio, aut per Filium existentiam non habet, sed ex Patre prodit. Proprius vero dicitur Filij vti consubstantialis*. Hanc Cyrilli ad Antiochenum epistolam, in qua similia continentur, licet anxius conquisierim, nondum inueni, puto quia nulla est. Quod si produceretur, non vacaret suspicione, cum in suis Commentarijs Cyrillus, & innumeris

pro-

prope locis contrarium asseruerit. Et sententia alicuius non ex ijs, quæ semel, aut bis exciderunt, sed ex ijs quæ sæpius, & pluribus in locis studens & serio inspersit. Sed fraudem Ancyrani nudabo. Legerat id in Theodoreti epistola ad Ioannem Antiochenum, in qua de mutata Cyrilli sententia agitur, in ea inter alia & de processione Spiritus ex Filio, de qua epistola cum fuse supra egerimus, sufficit hic indicasse. Neque plus vidit Iosephus Bryennius orat. 7. de Trinitate. Εἰ δέ τις λέγει, ὡς ἀναθεματίσθη τὰ κατὰ τοῦ θείου Κυρίλλου γραφέντα πάντα κεφάλαια παρὰ τῆς πέμπτης Συνόδου, μεμνήσθω, ὡς οὐχὶ καὶ ἡ πρὸς ταῦτα τούτου ἀπολογία ὠβελίσθη ποσῶς, στέργεται δὲ ὡς ὀρθόδοξος. ἐπεὶ πρὸς ταῦτα δυσχεραίνοντα τὸν μέγαν Κύριλλον, εὐθὺς καὶ φάναι καὶ γράψαι, γέγραπται, μὴ λέγειν ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. εἶναι δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ οὐκ ἀλλότριον κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. *Quod si quis dixerit anathemati tradita fuisse omnia quæ aduersus dictum Cyrillum scripta fuerunt Capita per quintam Synodum. Is in memoriam reuocet, eiusdem apologiam nullo modo fuisse reiectam, sed vti orthodoxam admissam fuisse. Nanque cum ea ægre tulisset magnus Cyrillus, illud dixit, scripsitque, non asserere ex Filio, aut per Filium existentiam habere Spiritum sanctum, sed ex Patre procedere, esse vero & a Filio non alie-*

num

num secundum essentiæ modum. Epistolam sub Theodoreti nomine ad Ioannem Antiochenum, sua mole admodum exiguam, vt illi pondus addat, speciosiori nomine Apologiam vocat. Sed sit Apologia. Ipsa locum inter acta Synodalia Ephesina non occupauit, sed vt commentum, atque nugatoria imposturà reiecta est. Et illius postmodum segmenta notata sunt in quinta Synodo, vt inde causa sumeretur damnandi Theodoretum, & vti iniuriosa Cyrillo, cum omnia Theodoreti contra Cyrillum, & illa quoque contra Cyrillum scripta sit, in quinta Synodo cum alijs condemnata est. Vndenam ergo habuit Bryennius, eam vti orthodoxam admissam fuisse? Nam si illam vti orthodoxam admisissent, omnia Cyrilli dicta de processione Spiritus etiam ex Filio condemnassent, quod dicere, esset vniuersæ Ecclesiæ auctoritatem, quæ tantundem Cyrilli dictis tribuit, destruere. Hinc ridicule colligit, Nilum Thessalonicensem suo more exscribens, Synodum Ephesinam, quod non contradixerit dicto Nestoriano in Symbolo, argumentum esse efficacissimum rectæ eorum fidei, qui credunt, Spiritum ex solo Patre procedere. Quod argumentum quantæ efficaciæ sit, iam a nobis supra expositum est.

CA-

CAPVT LXXVI.

Ab exteris quoque, & Hæresiarchis vindicantur Cyrillus, & Ephesina Synodus a calumnijs Schismaticorum.

QVid si exteri quoque & Hæreticorum capita, atque antesignani ad defendendam Cyrilli, Ephesinæque Synodi caussam adfuerint? Licet enim ipsi extra Ecclesiam sunt, ideoque modis omnibus Ecclesiam oppugnant, si aliquando pro ea dicunt, illiusque patrocinium suscipiunt, vis quædam superior est, quæ ab ipsis etiam nolentibus veritatem extorquet: quare & illis licet hostibus fidem adhibendam esse, dummodo æquus cognitor quis esse voluerit, non negauerit. Iacobus Syrus nullius dignitatis, nullius famæ vir, & ob sui vilitatem Zanzalus dictus, Dioscori, Cnaphei Petri, Seuerique assecla, & Iacobitarum, atque Armeniorum hæreseos auctor, in suo Catechismo, quem etiamnum sequuntur Iacobitæ, Armenij, Cophtitæ, atque Æthiopes, & hunc eundem legitur in Historia Orientali Hottingeri dictum fuisse Baradæum, quod vestitus esset lacinij strati iumentis imponi soliti, atque hinc appellatum Baradæum : hoc enim stratum Barada ab ipsis Arabibus dicitur ;

ver-

verba illius Latina dedit in linguis Orientalibus multum versatus Abrahamus Ecchelensis Notis in Concilij Nicæni Præfationem. *Quid loquar de Theodosio maiore? Loquar de eius filio Theodosio minore Imperatore fideli, qui tertiam Synodum Spiritu sancto confirmatam coëgit, & exposuit nomina trium Personarum in Symbolo, ac dixit in eo: Et in Spiritum sanctum Dominum viuificantem, procedentem a Patre Filioque, adorandum & glorificandum.* In his dictis sunt aliqua animaduertenda, Iacobum cum Ambrosio, Orosio, Ammiano, & alijs Theodosium iuniorem maioris Theodosij filium facere, contra atque facit Aurelius Victor, qui eum patre Honorio, & matre Thermantia natum refert. Viuebat autem Iacobus circa annum Domini quintum & trigesimum supra quingentesimum post Ephesinum Concilium celebratum annos centum & quatuor. Quare vti coactæ Synodo Ephesinæ proximior potuit vel ex traditione magis certa, vel ex actis Concilij, modo vel iniuria temporis, vel hæreticorum malitia deperditis: cum in his quæ modo prostant, Symbolum cum simili additione non legatur, & tunc tum Cyrillus, tum Synodus ad Synodum Nicænum prouocant; illiusque fidem se sequi profitentur, in quo de processione Spiritus nullum

ver-

verbum est. Et hoc ex Græcorum historia de ætate huius Iacobi Zanzali constat:si vero ad exteros recurrendum est, hic erit multo antiquior. Ioannes Henricus Ottingerus in historia Orientali ex Elmecino notat; *Iacobitas sequi dogma Dioscori, cui in iuuentute nomen erat Iacobi. Scripsit autem is ad fidei suæ socios in exilio degens, ijsque præcepit, vt in sua hominis quidem pauperis, & exilio mulctati Iacobi sententia permanerent. Sunt tamen qui dicunt, quod doctor fuerit discipuli cuiusdam nomine Iacobi, qui expulsus eundem hincinde ad populos miserat, vt in fide sua eos confirmaret, a quo proinde illi denominantur. Alij vero tradunt, Iacobum fuisse discipulum Seueri Patriarchæ Antiocheni, qui eandem cum Dioscoro habuerit fidem. Patrem autem Seuerum emisisse Iacobum discipulum ad fidei suæ consecratos, vt ad constantiam in fide Dioscori eos hortaretur, atque ab hoc obtinuisse nomen.* Hinc colligitur, vel Dioscorum esse Iacobum ipsum sub alio nomine, & Iacobitarum caput, vel eo ipso tempore, quo Dioscorus vitam agebat, in viuis fuisse, cum ad ipsum scripserit Dioscorus: sed Dioscorus in Cyrilli demortui locum substituitur, anno Christi 444. post celebratum Concilium Ephesinum annos quatuordecim, & potuit ipse, vel hic Iacobus,

ad quem ſcribit Dioſcorus, intereſſe Concilio, & in abdita quæque ſe penetrare, & quidquid gerebatur inuiſere, & vi etiam extorquere, potiſſimum cum de dogmatibus eorumque definitione ageretur, quæ non clanculum, & in latebris, ſed aperte, & in ore omnium verſabantur. Quodſi id eſt, dubito nanque etiam ipſe, an vera ſint, quis audebit dicere in Concilio Epheſino Patres de proceſſione Spiritus ſiluiſſe, & proceſſionem exiſtentiæ Spiritus per Filium condemnaſſe. Quodſi additio illa facta eſt, tempore Theodoſij iunioris, dubio procul in Synodo facta eſt, cum in rebus fidei decernendis nulla eſſet Imperatorum facultas, ſed totum negotium, vti de rebus alijs Eccleſiaſticis, Eccleſiaſticis committebatur. quod litteris ad ipſam Synodum datis Valentinianus, & Theodoſius ipſe iunior confirmant: Ἐντέταλται τοίνυν Κανδιδιανὸς ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστικῶν ἄχρι τῆς ἁγίας ἡμῶν διαβῆναι Συνόδου, καὶ μηδὲν μὲν ταῖς περὶ τῶν δογμάτων γινομέναις ζητήσεσι κοινωνῆσαι. ἀθέμιτον γὰρ τὸν μὴ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγιωτάτων Ἐπισκόπων τυγχάνοντα τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς σκέμμασιν ἐπιμίγνυσθαι. *Igitur Candidianum præclariſſimum religioſorum domeſticorum Comitem ad ſacram noſtram Synodum abire iuſſimus; ſed ea lege & conditione, vt cum*

qua-

quæſtionibus & controuerſijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quicquam commune habeat: nefas eſt enim, nota verba, *qui ſanctiſſimorum Epiſcoporum Catalogo adſcriptus non eſt, illum Eccleſiaſticis negotijs & conſultationibus ſeſe immiſcere.* Et cum Valentinianus Imperator ſollicitaretur ab Epiſcopis Orientis ad Synodum conuocandam pro reſtauranda conſubſtantialitatis fide, referente Sozomeno l. 6. cap. 7. reſpondit. Ἐμοὶ μὲν μετὰ λαοῦ τεταγμένῳ, οὐ θέμις, τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν, οἱ δὲ ἱερεῖς οἷς τούτο μέλει, καθ᾽ ἑαυτοὺς, ὅπη βούλονται συνίτωσαν. *Mihi qui vnus e laicorum numero ſum non licet eiuſmodi negotia conquirere curioſius, Sacerdotes, quibus hæc curæ ſunt ſeorſim, vbicumque illis lubitum fuerit, in vnum conueniant.* Idque ſubſequentium Imperatorum ſuffragio confirmatum eſt, & ſanctorum Patrum auctoritate conſtabilitum, quod non negant Schiſmatici, & inter eos Amyrutius de Synodo Florentina. Οὐ γὰρ ὁ κόσμιος ἄρχων τοῖς πνευματικοῖς συμμίγνυται, ὡς οὐδὲ τοῖς ψυχικοῖς τὸ σῶμα. εἰσὶ γὰρ διαιρεῖται αἱ ἐξουσίαι, καὶ κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἁγίους Πατέρας: *Neque enim ſæcularis princeps rebus ſpiritualibus ſe immiſcet; quemadmodum neque ijs, quæ animum ſpectant corpus: diuiduntur namque hæ poteſtates etiam ſacroſanctorum Patrum decretis.* Manuël Imperator in Synodo Conſtantinopolitana contra Soterichum & ſocios

eios coacta suo calculo confirmauit. Nanque in Decreto die duodecimo Maij. Indict. quinta publicato legitur. Τούτων οὕτω συνενεχθέντων, ἔδοξεν ἡμῖν δέον εἶναι τὸ κατασκοπηθῆναι λοιπὸν καὶ τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ καταστάσεως. εἰ ἄρα ἔχει τοῦτον ἐν ἱερᾷ καταστάσει μένειν τὸ ἀπὸ τοῦδε, εἴτε καὶ εἰς ἀρχιερέα προβιβασθῆναι. αὐτίκα οὖν ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν Βασιλεὺς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν μὴ ἀνήκειν τῷ μεγίστῳ κράτει αὐτοῦ ἐπειπὼν, καὶ τὸ δοκοῦν ἡμῖν ἐνδεχόμενον κανονικῶς τὰ περὶ τούτου ἐπέτρεψε διαπράξασθαι. ἐν πᾶσι γὰρ τὴν τῶν θείων καὶ ἱερῶν Κανόνων ἀκριβεστάτην συντήρησιν ἀποδεκτέον λογίζεται. *His hoc modo peractis, visum est nobis, opus esse dijudicare postmodum de illius statu & ordine, si fas fuerit, ipsum in sacro statu permanere in posterum, aut etiam in Pontificatum promouendum. Statim igitur maximus, sanctusque noster Imperator de illo iudicium non ad suam maximam dominationem pertinere dictitans, vt nobis iustum visum fuerit, secundum Canonum præscripta iudicium facere commisit. In omnibus nanque sacrosanctorum Canonum exquisitissimam obseruationem retinendam esse reputat.* Et Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses, de auctoritate Imperatoris in

Ὁ Βασιλεὺς δὲ τὰ τῆς Συνόδου ὑπηρετεῖ, ὡς χριστὸς Κυρίου, καὶ δεφένσωρ καὶ ὑπηρέτης τῆς Ἐκκλησίας καταστὰς ἐν τῷ χρίεσθαι, καὶ τοῦτο καθυποσχεθείς. διὸ καὶ οἱ τὸ μήνυμα λέγοντες φασίν. Ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐθέντης, καὶ Βασιλεὺς, καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ καὶ μεγάλη Σύνοδος προσκαλοῦνται τὴν ἁγιωσύνην σου, εἰς τὸν ὑψηλότατον θρόνον τοῦ Πατριαρχείου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μαρτυροῦντες, ὡς οὐχ ὁ Βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὰ τῆς Συνόδου μετὰ τῆς Συνόδου μηνύει, καὶ μόνον ὑπηρετεῖ. Φλυαροῦσι τοίνυν οἱ λέγοντες καινοτόμοι φθόνῳ βαλλόμενοι, ὡς ὁ Βασιλεὺς Πατριάρχην ποιεῖ. οὐδαμῶς γὰρ ὁ Βασιλεὺς, ἀλλ' ἡ Σύνοδος ἐνεργεῖ, ἐξυπηρετουμένου μόνου τοῦ Βασιλέως, εὐσεβοῦς ὄντος, ὡς δέδεικται. οὐ μόνον ὅτι ἔκδικός ἐστι καὶ Βασιλεὺς χρισθεὶς ἐκ τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἵνα συνεργῶν εἴη, καὶ ὑπηρετῇ, καὶ στέργῃ, καὶ βέβαια τηρῇ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὀφειλομένου καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ὀρθοδόξοις τηρεῖσθαι διὰ τὴν εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας. *Imperator vero Synodo aſſeruit, uti unctus Domini, & defenſor, & adminiſter Eccleſiæ conſtitutus, hoc enim cum vngitur promittit, quapropter qui promotionem denunciant, dicunt; Fortis & ſanctus noſter Dominus, & Imperator, & diuina, & ſancta, & magna Synodus ſanctitatem*

tuam

tuam accersunt ad sublimissimum thronum Patriarchatus Constantinopolitani, testimonio suo comprobantes, non Imperatorem a seipso, sed Synodi decreta cum Synodo indicare, & tantum asseruire. Garriunt itaque inuidentia moti Nouatores, dum inquiunt ab Imperatore Patriarcham creari. Nullo enim modo Imperator, sed Synodus operatur, & Imperator tantum asseruit, si modo pius existit, vt demonstratum est. Non tantum quod defensor est, & Imperator ab Ecclesia vnctus, sed vt coadiutor, & asseruiens amplectatur, & firmiter conseruet res Ecclesiæ. Cum hoc quoque conseruandum sit inter orthodoxos, propter Ecclesiæ pacem. Et ante hos ad Smyrnenses scripserat Ignatius Martyr: Τίμα, φησὶν, υἱὲ τὸν Θεὸν καὶ Βασιλέα. ἐγὼ δέ φημι, τίμα μὲν τὸν Θεὸν ὡς αἴτιον τῶν ὅλων καὶ κύριον, Ἐπίσκοπον δὲ ὡς Ἀρχιερέα, Θεοῦ εἰκόνα φοροῦντα, κατὰ μὲν τὸ ἄρχειν Θεοῦ, κατὰ δὲ τὸ ἱερατεύειν Χριστοῦ. καὶ μετὰ τοῦτον τιμᾷν χρὴ καὶ Βασιλέα. οὔτε γὰρ Θεοῦ τις κρείττων, ἢ παραπλήσιος ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν. οὔτε δὲ ἐν Ἐκκλησίᾳ Ἐπισκόπου τι μεῖζον ἱερωμένου Θεῷ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας. οὔτε Βασιλέως τις παραπλήσιος ἐν ἄρχουσιν, εἰρήνην καὶ εὐνομίαν τοῖς ἀρχομένοις πρυτανεύοντος. *Honora, inquit, fili, Deum & Regem.*

Ego vero dico : Honora Deum, vt hominum auctorem, & dominum : Episcopum vero vt Christi Sacerdotem, imaginem Dei referentem, Dei quidem propter principatum, Christi propter sacerdotium. Honorare post hunc oportet Regem : Nec enim quisquam Deo præstantior, aut quisquam similis ei in rebus omnibús creatis, nec Episcopo quidquam maius in Ecclesia, qui Deo consecratus est pro totius mundí salute. Nec inter Principes quisquam similis Regi, qui in pace, & optimis legibus subditos moderatur. Quod exemplis quoque adductis abunde probauit Maximus Homologeta in Colloquio suo cum Theodosio Bithyniæ Episcopo, quod refert auctor illius vitæ. Nam cum illi Theodosius opposuisset Synodum Romanam robur non obtinere, quod illa absque iussu Imperatoris coacta fuerit, ipse confidenter respondit : Εἰ τὰς γινομένας Συνόδους αἱ κελεύσεις τῶν Βασιλέων κυροῦσιν, ἀλλ' οὐχ ἡ εὐσεβὴς πίστις, δέξεται τὰς κατὰ τοῦ ὁμοουσίου γινομένας Συνόδους, ἐπειδὴ κελεύσει Βασιλέως γεγένασι. Φημὶ δὴ πρώτην τὴν ἐν Τύρῳ, δευτέραν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, τρίτην τὴν ἐν Σελευκείᾳ, τετάρτην τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀρειανοῦ, πέμπτην τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Θρᾴκης, ἕκτην τὴν ἐν τῷ Σιρμίῳ,

μίῳ, καὶ μετὰ ταύτας πολλοῖς χρόνοις τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ δεύτερον, ἧς ἐξῆρχε Διόσκορος. ὅλας γὰρ ταύτας κέλευσις Βασιλέων ἤθροισε, καὶ ὅμως πᾶσαι κατηκρίθησαν διὰ τὴν ἀθέιαν τῶν ὑπ' αὐτῶν κυρωθέντων δογμάτων. διὰ τί δὲ οὐκ ἐκβάλλετε τὴν καθελοῦσαν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Διονυσίου Πάπα Ῥώμης, καὶ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ τοῦ τῆς αὐτῆς ἐξάρξαντος Συνόδου. ἐπειδὴ μὴ κελεύσει γέγονε Βασιλέως. ποῖος δὲ Κανὼν διαγορεύει μόνας ἐκείνας εἶναι κεῖσθαι τὰς Συνόδους, τὰς κελεύσει Βασιλέων ἀθροισθείσας, ἢ ὅλως κελεύσει Βασιλέως πάντως τὰς Συνόδους ἀθροίζεσθαι; ἐκείνας οἶδεν ἐκκείνους καὶ ἁγίας Συνόδους ὁ εὐσεβὴς τῆς Ἐκκλησίας Κανὼν, ἃς ὀρθότης δογμάτων ἐνέκρινεν. ἀλλὰ καθὼς οἶδεν ὁ Δεσπότης μου, καὶ ἄλλοις διδάσκει, δεύτερον γίνεσθαι Συνόδους κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν τοῦ ἔτους ὁ Κανὼν διηγόρευσε, κελεύσεως Βασιλικῆς μηδεμίαν μνήμην πεποιημένος, ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηριώδους ἡμῶν πίστεως, καὶ διορθώσει παντων τῶν ἀνηκόντων τῷ θείῳ τῆς Ἐκκλησίας κεφαλαίῳ. καὶ ὁ Θεοδόσιος. ὡς λέγεις οὔπως ἐστιν. ἡ τῶν δογμάτων ὀρθότης ἐκκρίνει τὰς Συνόδους. *Si coactas Synodos Imperatorum mandata confirmant, & non recta, piaque fides, admittet Synodos contra Homousion congregatas, quandoquidem illæ Imperatorum iussa* ce-

celebratæ ſunt : primam inquam, Tyriam, ſecundam Antiochenam, tertiam Seleucienſem, quartam Conſtantinopolitanam ſub Eudoxio Ariano, quintam Nicænam in Thracia, ſextam Sirmienſem, & præter has multos poſt annos Epheſinam ſecundam, cui præerat Dioſcorus : Nanque has omnes Imperatorum mandatum coëgit. Et nihilominus propter decretorum impietatem & dogmatum condemnatæ ſunt. Quam vero ob cauſam non eijcitis eam, quæ Samoſatenum Paulum depoſuit ſub ſanctis beatiſque Dionyſio Romano Papa, Dionyſio Alexandrino, & Gregorio Thaumaturgo, qui Synodo præfuit, cum ea Imperatoris iuſſu celebrata non eſt? Et quiſnam Canon conſtituit, illas tantum Synodos admitti, quæ iuſſu Imperatorum coactæ ſunt: vel ſimpliciter Synodos nonniſi mandato Imperatoris congregari? Eccleſiæ regula illas tantum Synodos præfert, & approbat, quas rectitudo dogmatum approbauit : ſic, vt recte Dominus meus nouit, & alios inſtruit, alia quoque vice ſingulis annis in omnibus Eparchijs fieri conſtituit, nulla ibi mentione habita iuſſus Imperatorij pro ſecuritate noſtræ ſalutaris fidei, & correctione omnium ad ſacrum Eccleſiæ inſtitutum ſpectantium. Et Thodoſius. Ita res ſe habet, vt

vt dicis. Dogmatum rectitudo Synodos approbat. Quare si determinatum est tempore Theodosij, non potuit nisi a Synodo definiri, in qua controuersia exorta erat. Et tum Schismaticorum argumenta de silentio Cyrilli & Synodi cadunt. Et concedamus non peculiari decreto a Synodo, sed a Synodo approbante Cyrilli Anathematismos, in quibus planum atque apertum est, ex Filio Spiritum esse. Quid ergo prætendunt Schismatici, cum reboant, & ad fastidium, prolixis sermonibus, Synodum & Cyrillum in hoc negotio siluisse, ideoque approbasse, Spiritum sanctum non habere existentiam ex Filio, & per Filium, dum Iacobus scribit, *Theodosium exposuisse nomina trium personarum in Symbolo, dixisseque, Et in Spiritum sanctum Dominum viuificantem, & procedentem a Patre, Filioque, adorandum, & glorificandum?* Sic concludimus, Iacobo hoc teste, neque Cyrillum, neque Synodum Ephesinam siluisse, sed definisse, etiam Spiritum ex Filio existentiam habere, ex eoque procedere. Sed de Additione egimus fusius in Dissertione nostra de mendacijs & nugis Henrici Hottingeri Hæretici.

CAPVT LXXVII.

Synodos non decreuiſſe, Spiritum ſanctum non procedere ex Filio.

ID porro ſilentio tranſire volueram; ſed cum videam Schiſmaticos tenaciſſime inſiſtere aſſerentes, Synodos determinaſſe, decreuiſſeque, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere, quo rudioribus timorem incutiunt, quem religio, & in ſacras Synodos reuerentia attribuit, ideoque nil vltra quærentes miſeros, pronos & dicto audientes habent, animo ſuo ſatis obſequi reputantes, ſi quod Synodi ſanciuere, ipſi mordicus teneant, neceſſarium eſſe duxi, ad explodendum ſimile mendacium, pauca hic addere. Ioſephus Bryennius Oratione octaua de Trinitate. Οὕτω γοῦν, Spiritum nempe ſanctum ex ſolo Patre procedere, ἡ πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν ἐδογμάτισε Σύνοδος.. οὕτως ἡ δευτέρα ἐθέσπισεν. οὕτως παρέδωκεν ἡ τρίτη. οὕτως ἐκήρυξεν ἡ τετάρτη. οὕτως ἐβεβαίωσεν ἡ πέμπτη. οὕτως ἐκύρωσεν ἡ ἕκτη, καὶ ἀπεσφράγισε λαμπρῶς ἡ ἑβδόμη, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀφαιρέτως ἐκ τοῦ πατρὸς δογματίσασαι, οὐ μὴν καὶ ἐκ

τοῦ

τοῦ υἱοῦ, καὶ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἀναθέματι παραπέμψασαι. *Sic prima œcumenica Synodus decreuit: ſic ſecunda definiuit: ſic tertia tradidit: ſic quarta prædicauit: ſic ſtabiliuit quinta: ſic conſtituit ſexta: ſic clare ſeptima obſignauit congruenter ex Patre Spiritum ſanctum procedere confirmantes, non vero ex Filio, & ita ſentientes anathemati tradiderunt.* Nicephorus Gregoras Hiſtoriæ Romanæ lib. 5. Οὗτοι δὲ τὰ πάσαις ταῖς ἁγίαις βεβαιωθέντα καὶ κυρωθέντα Συνόδοις παραδραμόντες, εἰς ἔργον ἐξελήλυθαν, ἃ μόνοις αὐτοῖς βουλομένοις ἦν. *At iſti, ijs quæ omnibus ſacris Concilijs ſtatuta, & decreta ſunt, neglectis, ea fecerunt, quæ ipſis ſolis placuerunt.* Loquitur de proceſſione Spiritus ſancti contra Latinos. Similia habent, ne ſingulos recenſeam, Macarius Ancyranus, Michaël Glyca, Amyrutius, Georgius Gemiſtus, & alij. Quis negauerit, πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς Συνόδους χρῆναι ῥυθμίζεσθαι τὸ Ἐκκλησιαστικὸν σύστημα, αἵ τινες ἑπτά εἰσι, reſpondebat Beſſarioni Gemiſtus, διορίζασαι τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι; *Eccleſiaſticum cœtum vniuerſalibus Synodis eſſe accommodandum, quæ ſunt ſeptem, & determinarunt, Spiritum ſanctum ex Patre procedere?* Determinauit id ante Synodos

Chri-

Christus, cum palam fassus est, *Spiritus qui ex Patre procedit*. Et Apostolus, *Spiritus qui ex Deo est*. Hos Doctores secutas esse Synodos & Patres, quis negauerit? Hoc idem & Græci, & Latini omnes in Symbolo recitant, *qui ex Patre procedit*. Sed in nulla Synodo est, *etiam ex Filio*. Dicant prius Schismatici, in quanam dictum est, *non ex Filio*? Licet enim nec prima, nec secunda, nec tertia, nec quæ subsecutæ sunt postmodum id definiuerint, sed Patres, qui in illis primos locos occuparunt, & quorum dicta vti Catholica & sacra vniuersa veneratur Ecclesia dictarunt, & docuerunt, *procedere etiam ex Filio*. In prima Athanasius Oratione de incarnata Oeconomia Dei Verbi vocauit Filium *fontem Spiritus sancti*, &, *ex plenitudine Diuinitatis illius esse Spiritum sanctum*. In secunda Gregorius Nyssenus, qui dicitur etiam composuisse Symbolum Constantinopolitanum, quod hodie recitatur, tum a Græcis tum a Latinis inter Missarum solemnia, *Patrem esse causam, Filium & Spiritum causata: Filium, qui contiguus Patri est, causatum ex primo, Spiritum ex primo per contiguum*. Et similia. In tertia Cyrillus quid ad hoc dogma confir-

fir-

firmandum non scripsit? Dicta illius supra a nobis allata sunt, & examinata. Chalcedonensis tres has Synodos subsequitur, non alia sentiens, & alia proferens, sed eadem confirmans, atque stabiliens. Quinta confirmat scripta Cyrilli contra Nestorium, damnat Theodoreti contra Cyrillum, in his erat, *neq; ex Filio, neq; per Filium habere existentiam:* in illis, *ex Filio, & per Filium, ex ambobus, & per ambos Spiritum esse*. Sexta recipit easdem Synodales literas Cyrilli, & sancti Anastasij Theopolitani scripta: sed in Oratione dogmatum Anastasij legitur, *Spiritus ex ipso procedens, & missus non tantum a Patre, sed etiam a Filio*. Et, *Dominus ex seipso existere docens, discipulis insufflans dixit; Accipite Spiritum sanctum*. In septima Synodo Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus sua encyclica Epistola ad Patriarchas & alios scripsit, *Et in Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedentem*. Quæ cum lecta esset in Synodo, summis laudibus a Patribus excepta est. Qua ergo fronte clamat Photius: *Quis e sacerdotibus & laudatissimis nostris Patribus, Spiritum ex Filio procedere decreuit? Quæ Synodus vniuersalis con-*

fes-

fessionibus constabilita & celebris, Annon iniuste insulseque inuehitur in Latinam Ecclesiam. *Te vero qui grex impius vniuersa doctrina edocuit decernere Spiritum sanctum ex Filio? Quis contra Dominum leges instituens, in iniquas opiniones dilabi subduxit?* Respondebunt Latini, hæc se didicisse ex Patribus Græcis & Latinis, & Synodis vniuersalibus, quorum doctrinam ipse Photius inuerecunde impiam, & contra leges Dominicas esse declarat. Et quid non ausus fuisset Photius? Non ergo vt Schismatici somniant, Synodi vniuersales decreuerunt, *ex Filio Spiritum non procedere*, vel, *ex solo Patre procedere*. Sed decreuerint in gratiam etiam Schismaticorum, *Spiritum ex Patre procedere*. An propterea sequitur ex solo Patre, vel negatio de Filio? Quis est iste argumentandi modus? Procedit ex Patre, ergo non ex Filio, ergo ex Patre solo? Sed non decreuerunt, ex Filio. Decreuisse Ephesinam supra probauimus, decreuisse quartam, quintam, & sextam non dubitamus. Quæ enim tertiam confirmarunt, approbarunt Cyrilli dicta contra Nestorium, in quibus *processio Spiritus ex Filio habetur*, condemnarunt scripta Theodoreti contra Cyril-

rillum, in quibus contrarium aſſeritur, annon confirmaſſe etiam proceſſionem ex Filio dicendæ ſunt? Septima Synodus profeſſionem fidei Taraſij excepit, & ſummis etiam cum laudibus approbauit. ergo etiam approbauit, laudauitque, *Spiritum per Filium procedere*, quod in ea continebatur. Tot præterea Patres ſanctiſſimos, & potiſſimum Cyrillum, ex Filio docuiſſe Spiritum; teſtimonijs ſupra Patrum adductis, & argumentis ex ijſdem petitis manifeſtum remanet. Et Schiſmatici vela oculis noſtris obijcere tentant, vt cœcos factos ducant, quo velint, dum imprudenter contendunt, Synodos determinaſſe, *Spiritum neque per Filium, neque ex Filio exiſtentiam habere?*


CON-

CONCLVSIO OPERIS.

HIs omnibus plana est Cyrilli, & Synodi Ephesinæ, dicta Cyrilli approbantis de processione Spiritus ex Filio, & per Filium sententia. Cyrillus scribit, innumeris prope locis, & ad Nestorium datis literis ante Synodum, & in Synodo respondens obiectionibus Theodoreti, & suos Anathematismos, ita iubente Synodo explicans, *Spiritum ex essentia Filij naturaliter, & essentialiter esse, effundi, progredi per Filium, & ex Filio, esse proprium Filij, & hoc, quia a Filio est, & quia ab eo procedit*, & similia. Patres audiunt, examinant, probant, & laudant; Theodoreti, qui sese opposuerat Cyrillo, & vti blasphemam & impiam processionem Spiritus ex Filio condemnauerat, omnia in vniuersum reijciunt, & improbant, & standum esse Cyrillianis decernunt. obtrectatores Cyrilli, ni resipiscant, & mutata propria sententia, Cyrillianam amplectantur, in communionem non admittuntur. Cyrillus nunquam se mutasse sententiam, neq; vn-

vnquam ſe mutaturum teſtatur, vti Eccleſiæ, Nicænis PP., & alijs Doctoribus conſonam: & Schiſmatici contendunt Synodi & Cyrilli ſententiam fuiſſe, Spiritum ſanctum non habere exiſtentiam ex Filio, neque per Filium, & mutata ſententia, Theodoreto id aſſerente in epiſtola, neſcio qua, ad Ioannem Antiochenum, Neſtorianam, ſiue propoſitam a Theodoreto amplexatum fuiſſe? O improbos Schiſmaticorum mores! Ante diſſidium Cyrilli ſententia fuit, *ex Filio exiſtentiam habere Spiritum*, vt colligebat ex dictis Cyrilli Theodoretus, & poſt diſſidium, & reconciliationem ijſdem, & non alijs, immo expreſſioribus verbis ad explicandam proceſſionem Spiritus ex Filio vſus eſt, & Synodus acquieuit. Ergo habemus Cyrillum ante diſſidium Spiritus proceſſionem ex Filio probantem, & poſt diſſidium eandem ſæpius repetentem. Ergo etiam poſt diſſidium eadem tenuit, & prædicauit, & de mutata a Cyrillo ſententia, nugæ ſunt Schiſmaticorum, & gerræ germanæ, aiebat ille, & λῆρει λήρων.

FINIS.



INDEX

CAPITVM.

 est

dam